Forgotten Books

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

SERENISSIMO

# IOANNI CORNELIO
## VENETIARVM DVCI

LIBERALIS CREMA Philoſ. & Medic. D.

*Perpetuam Fœlicitatem.*

INTER cætera ingenii monumenta, Sereniſſime Princeps, quæ Adrianus Spigelius, fatis concedēs, mihi reliquit, Hiſtoriam humani corporis, pluribus à ſe locupletatam inuentis, Danieli Bucretio, & probatæ ſibi fidei ac eruditionis Anatomico, vt ſparſam in ordinem redigeret, commiſit. Id opus cum à Clariſſimis huius Collegii Medicis, quibus legendum exhibueram, probatum eſſet, tum vt Soceri, de me optime meriti votis, tum plurimorum, qui enixe id deſiderabant, precibus ſatisfacerem, in publicam lucem protraxi. Cæterum vt fœlicioribus auſpiciis, ſplendidiusve in hominum manus veniret, Tibi Sereniſſime Princeps, dedicare viſum eſt. Quid enim plus lucis exſpectem aliunde, quam ab eo, à quo ipſa Reſpublica toto terrarum orbe ſplendidiſſima, quæ Te Illu-

 ſtriſſimi

ſtriſſimi Senatus Principem omniũ applauſu creavit, non mediocrem lucem mutuatur? Si enim familiam ſpectemus, ab antiquiſſimis Romanorum Corneliis, quorum res geſtę ac nobilitas omnium hiſtorias adornat, deducitur? ſi Fortunæ bona intueamur, cum ſummum Imperium teneas, Filios Patri quam ſimillimos cernis, qui cum & ipſi maximis honoribus fungantur, ambiguum tamen faciunt, à tali dignitate plus accipiant decoris, quam eidem conferãt. In Federico certè Vaticana purpura nitidius ſplẽdet: in Marco Antonio Primicerialis mitra eminet: à Franciſco & Aloyſio Senatoria toga gloriam: à Georgio literæ & Philoſophia ornamentum capiunt. Te verò ipſum ſi cernamus, nõ tam Fortunam hanc tuam, quàm Te in hac ipſa admirari fas eſt. Raram in Deum pietatem, acerrimum iudicium, ſuſpiciendam doctrinam, incredibilem prudentiam, erga ſubditos clementiam, in patriam amorem. Quæ certè omnia talia ſunt, vt cum in Te ſummo Principe ſint conſpicua, ſummis quoque tantum Heroibus propria fuerint, Deum Opt. Max. venerari æquum eſt, vt Clementiſſimum Optimumque Principem terris haud invideat, ſed diutiſſimè incolumem, ſalvumque præſtet, quo præclariorem certè,

*Non alium videre Patres, aliumve Nepotes*
*Aſpicient.*

Venetiis. Anno M. DC. XXVII.

AD

# AD
# CELEBERRIMVM AMPLISSIMVMQVE VENETORVM MEDICORVM COLLEGIVM.

ADriani Spigelij, Clariſſimi Viri Anatomen, Sereniſſimo IOANNI CORNELIO, Venetiarum Duci dicatum opus, Vobis, Excellentiſſimi VIRI, offero. Sub auſpiciis enim ſummi Principis natum, nec tutius muniri, ſplendidius ornari, quam eiuſdem patrocinio, potuit. At cum obſcurum minime ſit, quam Diſſectionum ſtudium plærisq; omnibus, ijs etiam, qui Dogmaticam ſectantur Medicinam, ſordeat, ſummorum in Arte Virorum authoritate, gratiam huic operi colligendam, neceſſarium videbatur. Quos ſane ſi alibi, atq; Venetijs, quæram, quid aliud feciſſe jure videar, quam in Meridie Solem apud Antipodas quæſiiſſe? Quæ enim gens, aut ita barbara eſt, vel longe diſſita, cuius fines Veneti Collegij gloria non ſit peruagata? quæ ſic elata, aut inuida, quin vltro faſces deferat, ſeq; victam fateatur? Certe in ſumma omnium rerum ignorantia verſari neceſſe eſt, quem lateat, Hippocratis & Galeni Artem, quæ ſola inconcuſſis nititur fundamentis, barbarie ſuperiorum ſeculorum ſepultam, à Veneto ordine vitam lucemq; recepiſſe. Omitto hic referre ſummorum Virorum nomina, quod ob excellentiam omnium, nec principium facile ſtatuere: nec ob multitudinem finem fortaſſe inuenire queam. Quod ſi de Anatomicis quoq; dicendum eſt, Nicolaum Maſſam, præſtantiſſimũ Philoſophum ac Medicum, primum omnium, maiorum tempeſtate, Reſectiones Orbi reſtituiſſe, omnium conſenſu clarum eſt. Quæ certe res tantum vniuerſorum applauſum meruit, vt & ſummi Pontifices, & inuictiſsimi Imperatores, tam celebrem ordinem, tam præclarum collegium maximis rariſq; priuilegiis, velut certatim condecorarint. A quibus ergo, ſi ſplendorem quæramus, quam à Clariſſimis Viris? ſi authoritatẽ, à ſummis in Arte? ſi defenſionem, quam ijs, qui in maximo apud omnes ſunt numero,

 mero,

mero, petere licebit? Sed & vt ſperare liceat, tum veſtra erga omnes beneuolentia jubet, tum imprimis quadriga Excellentiſſimorum Virorum, cuius judicium de hoc opere perquam honorificum ſane fuit. Tanto vero & ipſa quoq; nobis ſpes accenditur magis, quanto & hos maiores eſſe, & inſigniore apud Vos pollere authoritate certum eſt. Quis enim Sanct. Sanctorium non nouit, noſtri ſeculi Æſculapium, cuius in medendo dexteritatem, tum in docendo ingenium admirata Sereniſsima Reſpublica, in celeberrimo totius Orbis Patauino Gymnaſio ſupremæ Cathedræ præfecit? Quam ſanè prouinciam, & maxima omnium expectatione primum ſuſceperat: ſic admiratione tenuit, deſiderio incredibili reliquit. Iam vero Albertus Columbus, & Anatomicus ac Chirurgus celeberrimus, cum maximi ab omnibus æſtimetur, tum vero & Sereniſsimi Principis noſtri judicio, cuius valetudo ipſi commiſſa eſt, Medicorum familiam ducit. Quid dicam autem de Hieronymo Theobaldo, & Mich. Angelo Rota, quos, vt laudare, omni laude maiores, hoc humili dicendi genere non audeo, ſic neq; opus apud vos, VIRI Excellentiſsimi, quibus eorum Virtus ſic perſpecta eſt, tantiq; habita, vt in Collegij veſtri ampliſſimi difficilioribus temporibus, Defenſorum titulo, non ſummo tantum nomine, ſed & auctoritate eos declaraueritis. Nec eſt vt exterorum aut poſteritatis gratia præconium hic mediter, quorum res geſtæ toti Orbi notiſſimæ in omnem æternitatem tranſſcribentur. Theobaldi certe fama (vt omittam quam Anatomia ipſi peperit) quanta ſit, ex innumeris clariſſime monſtrabit, quod à Diuo FERDINANDO II. Imperatore ex Italia in Germaniam accitus, Filij curæ adhibitus fuerit, maximiſq; præmiis affectus, iterum dimiſſus. Mich. Angelus autem, vt ipſe Medicorum vnus eſt è Principibus: ſic fere Principum tantum præfectus ſanitati, nomen celeberrimum immortalitati ſacrat. Hos ſummos Viros, cum & ante operis editionem Lectores, & approbatores inuenerim, non dubito, quin & beneuolentia veſtra, quæ fuit erga Authorem ſemper, & authoritate horum Virorum, (quorum conſilio VOBIS offero,) moti, veſtrum ipſis calculum addatis, vt jam non tantum tutius in publico contra maleuolorum morſus appareat; ſed & veſtro ornatum nomine omnium gratiam fauoremque mereatur. Valete.

*Veſter* LIBERALIS CREMA *vobis ſingulis deuotiſſimus.*

DANIEL

# DANIEL BVCRETIVS VRATISLAVIENSIS

Philoſ. & Medic. D.

## BENEVOLO LECTORI S.

*OFFERO Tibi, Benigne Lector, Adriani Spigelii, Clariſsimi Viri, decem de Humani Corporis Fabrica Libros, quos mihi vita diſceſſurus vt in ordinem redigerem, commiſit. Opus eſt, cum infinitis obſeruationibus, tum methodo ſuccincta, præclaris partium vſibus, & diſſectorum hiſtorijs mirifice exornatum. Adhæc, cum rari admodum ſint, quibus reſectionum ſtudiũ placeat, niſi Medicinæ, cuius fundamentum eſt, gratia: totum opus ſic inſtitutum eſt, vt perpetuo ad Artis vſum referatur. Hinc tot præcepta Chirurgis in ſuis operationibus notanda; tot difficiliũ Hippocratis locorum explicationes; viarum, per quas morborum tranſmutationes fiunt, tum conſenſus partium, demonſtrationes. Accedunt plurima ab aliis aut non attacta, aut perperam deſcripta: ſed imprimis noua Cerebrum diſſecandi ratio, ad inueſtigandos Capitis affectus maxime neceſſaria. Nec enim certe locum hic habet illud tritum Comici, Nullum eſt iam dictum, quod non*

*dictum*

*dictum ſit prius. Latuere multa maiores noſtros, quæ ſuperior ætas edocuit, multaq; nunc quoque abſtruſa oculos fugiunt, quæ tempus in apricum producet. Quanta vulgo in muſculorum doctrina confuſio; circa venarũ, arteriarumque vſum obſcuritas; circa viſcerũ actiones difficultas? Hic tamen nullus dubito, quin elegantem ordinem, clarã lucem, miram facilitatẽ inuenias. Ne quid tamen deſiderari poſſet, quod ad operis perfectionem faciat, ex Muſæo eiuſdem, Iul. Caſſerii Placentini, celeberrimi Diſſectoris Tabulas Anatomicas, omnes novas, nec antehac viſas, addidimus. Quæ ſane quanti præſtent aliorum adhuc editis, id nullo negotio edocebit, quod quæ in aliis ſingula ferè tantũ ſunt commendatione digna, in his vniuerſa reperiantur. Elegantia ad viuum accedens: multitudo neceſſaria; perfectio abſoluta; magnitudo perſpicua: artificium admirabile. Scio plurimis, nec iis indoctis, diuerticula has videri ab ipſis ſectionibus: at rectè rem æſtimantibus videre licet, & iis, quibus nunquam Anatomias cernere contigit, in Authorum obſcura alias lectione, facem eſſe: iis vero, quibus tam felicibus eſſe datum fuit, vt nonnunquam intuerentur, in tanta rerum varietate influxæ memoriæ ſubſidium cedere. Tuum eſt, benigne Lector, beneuolo hæc ſuſcipere animo, primiſque noſtris conatibus, vel Athenienſium monitu, quibus lege cautum erat, ne primi ingenii fœtus exploderentur, fauere.*

Venetiis. Anno M.DC.XXVII.

in lucem editam.

*SPIGELIO in magno quicquid Rex Adria fleuit,*
*Atq; Antenorei Nympha ſuperba Padi,*
*Quæ ſæpè obſtupuit Naturæ arcana docentem,*
*Et ſi qua antiquus neſciit Hippocrates,*
*Nunc redit à tumulo, & totum ſe ſpargit in orbem,*
*Quæ res vnius hactenus vrbis erat.*
*Quas Tibi ſoluemus gens Phœbo dedita grates?*
*Quæ Tibi nam reddet præmia Poſteritas,*
BVCRETI? *Si Regis opus donare ſalutem,*
*Exſtinctis vitam reddere, pæne Dei eſt.*

Daniel Sennertus D. Facult. Medic. in Acad. Leucorea
Profeſſ. & Senior.

FELIX *ſorte tua, & tot claris diues alumnis*
PATAVIVM, *Euganeis præſtructum collibus olim,*
*Quà* Brenta *Hadriaco properat ſe iungere ponto?*
*Quid memorem* THEMIDOS *præfulgida lumina priſcæ?*

)( )( *Quid*

*Quid* SOPHIES *ſtudium? quid totum deniq; dicam*
*Diſciplinæ orbem, diductum ambagibus amplis?*
*Si* MEDICOS *libeat narrare, & Apollinis artes,*
*Ilias immenſo ſeſe inferet altera textu.*
*Te cano,* SPIGELI, *Germano ſanguine cretum,*
*Quem tanta ornauit cura, tantoq; labore,*
FABRICIO *vt poſſit, quo ſeſe* AQVA-PENDVLA *iactat,*
*Eripere è manibus parti ornamenta decoris.*
*Mira loquor forſan, ſed non ea diſſona vero.*
*Nam quæ* FABRICIVS *vulgauit voce, ſtyloque,*
*Luſtris bis ſenis operi intentiſſimus vni,*
*Herculeoq; inſtans pernox & perdius auſu:*
*Illa dedit nobis, vno comprenſa pugillo,*
SPIGELIVS, *pulcro confiſus acumine mentis,*
*Iudicioq; acri, & longa experientia in arte.*
*At tibi,* BVCRETI, *qui diſpenſante* JEHOVA,
*Ante annos, animumq; geris, dextramq; virilem,*
*Quid mercedis erit? Vt poſt tua funera, dignus*
FABRICIO, *viuas æternùm,* SPIGELIOQ;

Caſp. Hofman. D. & Prof. Publ.

BVCRETI, *Iuuenum doctiſſime, gloria gentis*
*Noſtræ inter ipſos Italos, vbi te tenent*
*Euganei montes, atq; vrbs Antenoris ingens:*
*Sed non capit laudes niſi Cœlum tuas.*
*Quid dicam, quid non de Te præfiſcine dicam?*
*Vrget ſimul lentaq; rerum copia.*
*Nunc mihi Pythagoras cunctanti vellicat aurem,*
*Suamq; tantum non probat ſententiam.*
*En tibi, ait, monſtrum vitio ſine, quale renaſci,*
*Corpore alieno animaq; deſultoria,*
*Omne genus, memini quondam docuiſſe, animantum.*
*Autoritatem namq; nullus defugio.*
*Quod ſi* HOMINEM *eſſe parùm eſt quem* BVCRETIVM
*Agnoſce ſaltem ſpiritum* SPIGELII,

*Atq; animi mentem iuuenili in pectore canam,*
*Agnoſce* BVCRETIVM *alterum Spigelium.*
*Nec refert, paulò ante ſimul ſi vixit vterque:*
*Namque anima non ibi eſt, vbi animat, ſed vbi amat.*
*Atque ita Bucretium, ſeſe, dilexit, vt ipſum,*
*Spigelius, animæque compotem ſuæ.*
*Quo poſt defuncto,* SPIGELIO-VIRBIVS *ille eſt,*
*Quem nunc Spigeli animat ſimul anima atque amat.*
*Hæc Samius, quæ ſi malè me recitaſſe putabunt,*
*Nil deprecor, mea eſſe dicant Poſteri.*

Georgius Nœslerus D. & P.P. Ill. Principis Palatini & Reipub. Normberg. Medicus.

*DOTE licet propria, Speculum ſplendeſcere conſtet,*
*Gemmarum rutilo ſed magis orbe placet;*
*Sic licet ingenii Speculo* SPIGELIVS *oras*
*Irradians, proprio luminis ore iuuet:*
*Huic conſerta tamen* BVCARDIA GEMMA, *decorem*
BVCRETI *ſocia commodat arte magis.*
*Mome quid expoſitum tibi clauſtrum pectoris optas?*
*Hoc ſpeculo ſpecimen viſcera cuncta dabunt.*
*Quin parili geminata patet ſub munere virtus,*
*Et Speculo humano fulget imago Dei.*

Ad Clariſsimum Dominum Bucretium.

*MORTIS agone Tibi ſua ſcripta* SPIGELIVS *offert,*
BVCRETI, *meritis credita vita tuis.*
*Solue vices fati, clauſum nam corde reliquit*
*Ceu ſpeculo, ſpeculum pectoris ille ſui.*

Ludouicus Iungerman Med. D. & Profeſſor Botanicus in Vniuerſiate Altorphina. P.

)()( 2 SPIGE-

Sebaſtianus Chaignæus Picto-Gallus Collongienſis Ph. & Med.D.

INDEX

# INDEX
# LIBRORVM ET CAPITVM
## In toto hoc Opere contentorum.

### LIBER PRIMVS.

EXternarum partium Appellationes, Figuram, Magnitudinem, & mutuam inter ſe Proportionem exponit.


I. *Externarum Capitis partium appellationes ſuccinƈte explicat.* 1
II. *De appellationibus externarum Thoracis partium.* 9
III. *De appellationibus partium externarum infimi Ventris.* 10
IV. *De appellationibus partium externarum, quæ generationi ſunt dicatæ.* 12
V. *De appellationibus Manus, & partium in ea contentarum.* 13
VI. *De appellationibus Pedis, & partium in eo contentarum.* 15
VII. *De humani corporis figura, & magnitudine: tum quo pacto hæc ſecundum ætatem, ſexum, regiones, & morbos differat.* 17
VIII. *De Figura, & Magnitudine Capitis, partiumq; in eo contentarum.* 21
IX. *De Figura, & Magnitudine Thoracis, ac Mammillarum.* 22
X. *De proportione Infimi Ventris, & Pudendorum vtriusq; ſexus.* 24
XI. *De mutua Artuum inter ſe proportione.* 26


### LIBER SECVNDVS.

Qui oſſium hiſtoriam proponit.


I. *Oſſis naturam, vſus, & differentias explicat.* 27
II. *De partibus oſſium, vbi nomina, quorum frequens in oſſium hiſtoria mentio ſit, ſimul explicantur.* 32
III. *De oſſiũ inter ſe ſtruƈtura, ac cõnexu.* 34
IV. *De nutrimento, quo oſſa aluntur, & per quas vias ad ipſa deducatur.* 38
V. *An oſſiũ aliquod ſit principiũ, quẽadmodũ Venarũ, Arteriarum, & Neruorũ, tum quale illud ſit, inueſtigatur.* 40
VI. *Breuis omnium totius corporis oſſium diuiſio, & enumeratio inſtituitur.* 41
VII. *Agit de Cranio in vniuerſum, ſuturasq; Capitis proponit.* 42
VIII. *De oſſibus Capitis, ſiue Caluariæ propriis agit* 45
IX. *Deſcribit tria oſſicula auditui inſeruientia.* 48
X. *De oſſe Cuneiformi, & Spongioſo.* 49
XI. *Agit de oſſe Iugali.* 51
XII. *Oſſium Faciei, ſiue Maxillæ ſuperioris, & inferioris, deſcriptionem tradit.* ib.
XIII. *Dentiũ numerũ hiſtoriãq; proponit.* 55
XIV. *Oſſis hyoidis hiſtoriam tradit.* 58
XV. *Deſcribit Claniculas.* 59
XVI. *Sterni, ſiue oſſis peƈtoris hiſtoriam proponit.* ibid.

XVII. *Scapularum hiſtoriam explicat.* 61
XVIII. *Quæ de ſpina in vniuerſum dici poſſunt, perſequitur.* 63
XIX. *De Vertebris Ceruicis.* 64
XX. *De Thoracis, ac Lumborũ Vertebris.* 65
XXI. *De oſſe ſacro.* 67
XXII. *De oſſe coccygis.* 68
XXIII. *De Coſtis.* 69
XXIV. *De oſſe Innominato.* 70
XXV. *De oſſe Humeri.* 73
XXVI. *De Vlna, & Radio.* 75
XXVII. *De oßibus extremæ Manus, & Seſamoideis appellatis.* 77
XXVIII. *De oſſe Femoris, & Patella.* 79
XXIX. *De Tibiæ vtroque oſſe.* 80
XXX. *De oßibus Pedis extremi.* 82
XXXI. *De Vnguibus.* 86

## LIBER TERTIVS.

Qui de Cartilaginibus, & Ligamentis agit.

I. *Cartilaginis naturam, vſus, & differentias proponit.* 88
II. *De Cartilaginibus ſupremi ventris, ſiue Capitis.* 91
III. *De Cartilaginib. medii, infimiq; Ventris.* 92
IV. *De Ligamẽtis agit, quorum naturam, vſum, & differentias breuiter perſequitur.* 94
V. *De ligamentis, quæ in capite, thorace, ac imo ventre occurrunt* 96
VI. *De ligamẽtis Artuum, ac primo Manus.* 97
VII. *De ligamentis Cruris vniuerſi.* 98

## LIBER QVARTVS.

Qui Muſculorum hiſtoriam perſequitur.

I. *Quid ſit Muſculus, & quæ eius actio.* 100
II. *Quæ ſit muſculi conſtructio, & quibus ex partibus conſtet.* 104
III. *Enumerantur omnes muſculorum differentiæ, quæ alicuius ſunt momenti.* 110
IV. *Quæ difficultates ſeſe in muſculorum hiſtoria offerant, & quibus modis tollantur.* 113
V. *Frontis, Palpebrarum, oculorum, naſi, buccarum, labiorum, maxillæ inferioris, & aurium muſculos proponit.* 114
VI. *Perſequitur hiſtoriam muſculorum linguæ, oßis hyoïdis, faucium, & laryngis.* 122
VII. *De muſculis Caput, & Ceruicem mouentibus.* 126
VIII. *De muſculis Thoracis.* 129
IX. *De muſculo Subclauio.* 137
X. *De infimi Ventris, & primum, de muſculis abdominis appellatis.* 138
XI. *De muſculis Lumborum.* 147
XII. *De muſculis Teſtium, Veſicæ, Ani, & Penis.* 148
XIII. *De muſculis Scapulæ.* 150
XIV. *De muſculis oſſis Humeri.* 152
XV. *De muſculis oßis Cubiti.* 154
XVI. *De muſculis Radii.* 155
XVII. *De muſculis Carpi, vel potius toti manui dicatis.* 156
XVIII. *De muſculo, cuius latus tendo mediæ volæ ſubnaſcitur, quem Palmarem vocant.* 157
XIX. *De muſculis manus digitos flectentibus.* 158
XX. *De muſculis manus digitos extendentibus.* 160
XXI. *De muſculis manus digitos oblique ad latera trahentibus.* 161
XXII. *De muſculis Femoris.* 162
XXIII. *De muſculis Tibiæ.* 165
XXIV. *De muſculis Tarſi ſiue Pedis.* 167
XXV. *De muſculo, cuius latus tendo, mediæ plantæ ſubnaſcitur, & Plantaris propterea vocatur.* 168
XXVI. *De muſculis pedis digitos flectentib.* 169
XXVII. *De muſculis pedis digitos extendentibus.* 170
XXVIII. *De muſculis pedis digitos ad latera oblique mouentibus.* ibid.
XXIX. *Breuis omnium totius corporis muſculorum enumeratio, memoriæ gratia, inſtituitur.* 171

LIBER

## LIBER QVINTVS.

Quo Venarum natura, earumque per vniuerſum corpus ſeries deſcribitur.


I. *Venarum naturam, actionem, & vſus explicat.* 177
II. *Differentias Venarum breuiter enumerat.* 181
III. *Diſceptationem Medicorum, & Philoſophorum de principio Venarum continet: tum Authoris ſententiam in medium adducit, & probat.* 182
IV. *Cur duæ venæ, Portæ nempe dicta, & Caua facta ſit, tum quæ ipſarum inter ſe differentia ſit, & connexio.* 188
V. *Ramos, ſiue propagines Venæ portæ recitat, & Hippocratis aphoriſmum huc maxime facientem explicat.* 190
VI. *Superiorem, ſiue Aſcendentem Venæ cauæ truncum, tum ramos per caput diſperſos, recitat.* 196
VII. *Axillaris Venæ per brachium diſtributæ ſeriem proponit.* 202
VIII. *Inferiorem, ſiue deſcendentem venæ Cauæ truncum explicat.* 204
IX. *Iliaci rami exterioris per crus diſſeminati propagines, & ramos, enumerat.* 208
X. *Sanguinis definitio proponitur, & declaratur.* 210
XI. *Animalium quædam ſanguinea, quædam exſanguia eſſe, & quamobrem.* 213
XII. *Sanguinem heterogeneum eſſe probatur, inde quibus ex partibus conſtet, & quæ harum cauſæ ſint, inueſtigatur.* 214
XIII. *Differentias ſanguinis perſequitur.* 216


## LIBER SEXTVS.

Qui Arteriarum naturam, earumq; per vniuersũ corpus diſtributionẽ perſequitur.


I. *Arteriarum naturam, actionem, & vſus cum differentiis explicat.* 219
II. *Superiorem, ſiue Aſcendentem Arteriæ magnæ truncum, & propagines per caput diſtributas, proponit.* 223
III. *Axillaris Arteria per brachium digeſtæ ſeriem enarrat.* 226
IV. *Inferiorem, ſiue deſcendentem Arteriæ magnæ truncum, eiuſq; per medium ac infimum ventrem propagationem proponit.* 227
V. *Iliaci rami per crus propagati ſoboles.* 235
VI. *Venæ arterialis, & Arteriæ venalis hiſtoriam complectitur.* 236


## LIBER SEPTIMVS.

Qui vniuerſam Neruorum hiſtoriam cõplectitur.


I. *Neruorum naturam, actionem, & differentias explicat.* 238
II. *De Neruis Cerebri.* 243
III. *De neruis ſpinalis medullæ proprie ſic dictæ, & primo quidem vertebrarum Ceruicis.* 249
IV. *De neruis medullæ vertebrarum Thoracis.* 252
V. *De neruis medullæ vertebrarum Lumborum.* 254
VI. *De neruis medullæ oſſis Sacri.* 255
VII. *De neruis per Brachia diſtributis.* ibid.
VIII. *De neruis per Crura digeſtis.* 258


## LIBER OCTAVVS.

Qui hiſtoriam infimi ventris continet.


I. *De Cute.* 260
II. *De Pinguedine.* 271
III. *De membrana carnoſa.* 274
IV. *De Peritonæo.* 275
V. *De ſitu, tam naturali, quàm eo qui præter naturam eſt, omnium quæ in imo ventre continentur, viſcerum.* 278
VI. *De Omento.* 282
VII. *De Gula.* 288
VIII. *De Ventriculo.* 289
IX. *De inteſtinis.* 292
X. *De Meſenterio.* 299
XI. *De Pancreate.* 301
XII. *De Hepate.* 302

306 VIII. De actione, & vſu Cordis, partiumque ipſius. 354
309
ucceenturiatis glandu- IX. De vnione vaſorũ cordis in fœtu, quæ in na-
ibus vrinæ tranſitum to perit, vbi modus ſimul aperitur, quo nõ
313 ipſa ſolum perditur, ſed & vaſa vmbilica-
316 lia in editis cauitatem ſuam amittunt. 359
ibus in mare, & pri-
is, quæ ſeminis genera- X. De Pulmonibus, & eorum aſpera Arteria. 362
318
e virilis ſeminis excre-
321
ibus in fœminis, & pri-
dendo muliebri. 328
331
nnexis vaſis præparan-
is, & cæcis. 335
vſus ſingularum parti-
italia mulierum refe-
337
s, quæ in partibus geni-
& eius quæ vtero non ge-
339

ONVS.

oriam complectitur.

nibus medii ventris in-
341
que ſexus. 342
as ſuccingente membra-
345
e membranis cauitatem
ientibus. 347
humore in ipſo contento.
partibus externis. 349
internis, Ventriculis in-
ulis. 352

LIBER DECIMVS.

Qui ſupremi ventris hiſtoriam continet.

I. De capillis, & quatuor communibus ſummi ventris integumentis. 367
II. De Pericranio. 370
III. De duabus cerebrum obcingentibus membranis. 371
IV. Cerebri, quatenus id in Veteri ſectione ſe offert, hiſtoriam nectit. 373
V. Cerebelli, eiuſque partium iuxta Veterum diſſectionem, enarratio. 377
VI. Spinalis medullæ, ſecundum Veterum placita, deſcriptio. ead.
VII. Cerebri eam diſſecandi rationem, quam Recentiores inuenerunt, primum proponit, mox partium eius beneficio inuentarum, aut aliter comparentium, hiſtoriam nectit. 378
VIII. De Actione & vſu Cerebri. 381
IX. De oculo interno, ſiue viſus inſtrumento. 385
X. De Aure interna, ſiue organo Auditus. 388
XI. De naſo interno, ſiue olfactus inſtrumento. 390
XII. De guſtus, tactusque inſtrumentis. ead.

# ADRIANI SPIGELII BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA,

## Liber Primus.

Externarum partium Appellationes, Figuram, Magnitudinem, & mutuam inter ſe Proportionem exponens.

## CAPVT PRIMVM.

*Externarum Capitis partium appellationes ſuccinctè explicat.*

*Ex iis numeris, quos margini aſcripſimus, pro demonſtratione eorum quæ in hiſtoria traduntur, primus Librum deſignat, ſecundus Tabulã, tertius Figuram.*

*Ratio ordinis.*

HVMANI Corporis fabricam tradituri, initium ab externarum partium hiſtoriâ deſumendum duximus, ſapientiſſimi Platonis præceptum ſequentes, qui omnem, quæ à rectâ ratione de aliquâ re ſuſcipitur, tractationem, ab iis exordium petere iuſſit, quæ tùm oculis, tùm animo manifeſtiora eſſent. At hæ partes ex cæteris nec ita abſtruſæ latent, vt quiſquam ſit cuius oculos ſubterfugiant: nec ita difficiles explicatu, quin vel rudis quiſque animo ſuo comprehendere valeat. Accedit, quòd hæc præuia tractatio, ad reliquorum, quæ nobis poſtmodùm dicenda ſunt, & maioris momenti erunt, & mentem requirent ſolertiorem, perfectam abſolutamque cognitionem immenſum quantum vtilitatis afferat. Quemadmodum enim, qui vaſtam orbis terrarum deſcriptionem tradituri ſunt, vt regionum, vrbiumque immenſam multitudinem promptiùs edoceant, rudia primùm lineamenta ducunt, quibus amplum quendam ſitum craſsâ mineruâ repræſentant, vt montes poſtea, oppida, fluminaque tradentes, quò ſeſe referant, citra negotium inueniant. Sic in tàm difficili corporis noſtri fabricâ, in quâ tanta partium varietas, tantaque multitudo ſeſe offert,

vt vix hominis vnius ætas ad ediſcendum ſufficiens eſſe videatur, ſi primùm rudem
quandam veluti tabulam menti adumbratam in externis partibus exhibuerimus, ad
quas interiorum poſteà ſitum referamus, plurimum operæ pretium feciſſe meritò vi-
debimur. Eſt igitur externarum partium tractatio, non vtilis tantùm cuiuis, qui ope-
ram ſuam locare diſſectionum ſtudio voluerit; ſed prorſus etiam neceſſaria, niſi animo
ſemper anceps dubiusq; hærere cupiat, eius inſtar, qui in vaſtâ montium congerie, aut
ſyluarum inuiis viis errabundus, quò pedem figat, hinc inde ambiguus curſitet. Tra-
*Difficultas huius tractationis.* ctatio autem hæc, etſi primâ fronte leuis admodùm eſſe videatur, non tamen leuis in
eâ ſeſe offert difficultas, quòd nomina illa, quibus externæ partes veniunt, infinita pæ-
nè ſint, tùm quòd partes ipſæ plurimæ exiſtunt, tùm quia authores varietate vocum ſu-
prà modum delectati fuiſſe videntur. Vt tamen huic medeamur malo, & aliquod me-
moriæ ſubſidium conferamus in medium, methodo vtemur, quæ obſcura omnia dilu-
*Generalis totius corporis diuiſio.* cidet, ignota cuncta aperiat, difficilia quæq; planiſſima reddat. Exordiemur autem à
generali totius corporis diuiſione, quæ etſi diuerſa à ſcriptoribus vulgò tradatur, vnâ
tamen illam ſeruandam cenſuimus, quam Galenus vbiq; locorum ſecutus eſt, ſed im-
primis 7. de vſ. part. 21. vniuerſum corpus, in ventres & artus, ſiue extrema, dirimendo.
Vocatur VENTER inſignis aliqua corporis cauitas, in quâ viſcus aliquod primarium
reconditum eſt: ARTVS verò, extremæ partes, trunco corporis ramorum inſtar adna-
tæ, cuiuſmodi ſunt Manus ac Pedes. Hos Græci κῶλα, illos κοιλίας appellant, non tamen
*κοιλίας vox ambigua eſt.* ſine inſigni vocis ambiguitate. Vſurpatur enim κοιλία nonnunquam ſtrictiore ſignifica-
to pro abdomine, ſiue infimo ventre, quomodo Hippocrates ſumſiſſe videtur, cùm 2.
aphor. 53. ὁκόσοι, inquit, τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ὄντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς
1. ἐχόντων. quibus aluus eſt humida, dum quidem iuuenes ſunt, melius degunt, quàm hi,
2. qui ſiccas habent. Interdum adhuc ſtrictiùs ſumitur, & Ventriculum ſignificat, vnde
τὸ ϛόμα τῆς κοιλίας dicitur, quod apud Latinos orificium Ventriculi appellatur. Sic &
Pollux accepiſſe videtur, dum ἔνθα, inquit, τῇ κοιλίᾳ συνάπτει ὁ ϛόμαχος, hoc eſt, ventricu-
3. lo gula adaptatur. Strictiſſimè tandem, authore Philotheo, ad lib. 1. aphor. 15. pro qua-
uis cauitate paruâ, quæ in profundo ſita eſt, ſumitur, ſiue cibum ſuſcipiat, ſiue non, quē-
admodum κοιλίαι τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ τῆς καρδίας, cerebri cordisq; ventriculi dicuntur. Hinc
apud Ariſtotelem 1. hiſt. animal. 17. ἡ δὲ καρδία ἔχει μὲν τρεῖς κοιλίας, cor quidem tres ven-
4. triculos habet. Nos hoc loco κοιλίας vocabulo cum Galeno inſignem aliquam cauita-
tem intelligimus, quæ viſcus aliquod principale complectitur, cumque tria ſint, toti-
*Capitis ambiguitas.* dem quoque *Ventres* conſtituimus, ex quibus *primus* & ſuperior eſt Caput; *medius*, Tho-
rax; *infimus*, Abdomen, impropriè ſic dictum. CAPVT ergò primus venter eſt, quâ voce
ampliore propriaq; ſignificatione, totum id appello, quod primæ colli vertebræ im-
ponitur. Preſsâ enim ſignificatione Medici nonnunquam capite pro cerebro vtuntur
dum hoc læſo, caput affectum eſſe dicunt. Interdum etiam anguſtiore adhuc, pro ca-
pillata tantùm parte, quâ ratione ſumpſit Hippocrates dum περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων
de vulneribus capitis, librum inſcripſit. intelligit enim tantùm ea vulnera, quæ calua-
riæ infliguntur; quo pacto & noſtræ ætatis Chirurgi hanc vocem accipiunt, faciei vul-
*Capitis etymologia.* nera, à capitis vulneribus diſtinguentes. Dicitur autem Caput, vel, quia ſenſus ab eo
initium capiant, quæ notatio Varroni ad Ciceronem placet: vel, quia cerebrum capi

partium

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*Partes faciei.* Eſt enim ſpeculum animi, morum index, & ſedes mentis, vnde & v
voluntatem detegat. Partes habet plures, frontem, naſum, ocul
mentum, de quibus ſingulis nunc ordine dicendum.

Frons. [g] FRONS ergò, Latinis à feredo dicta eſt, quòd animi mores pr
ci à ſitu μέτωπον vocant, quaſi dicas, partem poſt oculos ſitam, μετὰ τὰ
cipite, inferiùs, ſuperciliis & glabellâ; ad latera, temporibus vtrinc
cutis, quæ ſola in homine mobilis eſt, προμετωπὶς vocatur, at latino
*Rugæ.* lineæ apparent, ex quibus contractâ fronte [h] *Rugæ* generantur, πολ
cupatæ. Has Phyſiognomi obſeruant, qui & propterea Metoſco
turæ, fortunæq. hominis ſigna, & indicia eſſe profiteantur. Sun
plices; aliæ enim in longum, aliæ verò in latum extenduntur, & il
ſunt, ſingulæ ſingulis Planetis dedicatæ. Nec tamen omnes in omn
ſed quædam interdum abſunt. Vt plurimùm comparent, quas
Ioui tribuunt, ſuntque omnes euidentiores ſi ſupercilium tollat
cogitantibus euenire ſolet, & tunc ἐπισκήνιον vocatur, ac ſi dice
quemadmodum ſi quis rectas cum tranſuerſis ruget, quod iraſce
& νεφέλη, hoc eſt, nubes appellatur. ad hoc alluſit Poeta, dum canit

*Deme ſupercilio nubem.----*

Superci-lia. Ex inferiore parte frontem excipiunt [i] SVPERCILIA, quæ &
hirſutas frontis extremitates cognominat Ruffus. Pili ſunt oblo
oculorum confinio extenſi, vt ſudores ab illâ defluentes excipia
Græcis ὀφρύες dicuntur non notâ etymologiâ; Latinis à ſitu ſuper
pebras locata, quæ antiquitùs *Cilia*, ab officio oculos celandi, vo
ipſorum, quæ naſum reſpicit, ὀφρύων κεφαλὴ, *Superciliorum caput:* quæ
ρα, *Superciliorum Cauda* vocatur. Vt autem palpebræ duæ ſunt, ita &
rum interſtitium μεσόφρυον, quaſi medium ſupercilium à Græcis;
*Glabella.* rum expers ſit, [k] *Glabella* dicitur, quamuis nonnunquam hirſutu
protenſis ad naſum, & coeuntibus inuicem ſuperciliis, quod ſign
animal 9. συνοφρυς, auſteri & acerbi hominis eſſe tradit, & tunc συνο

Naſus. [l] NASVS poſteà ſub glabellâ ſuccedit inſpiciendus, quem
παρὰ τὸ ῥέειν, & μυκτῆρα, ac μυξωτῆρα, à muco, cerebri excremento,
*Naſi diuiſio.* appellant. *Diuiditur* in partem *ſuperiorem*, quæ oſſea eſt, ac immobil
cartilaginea, mobiliſque. Vtraque iterum in duo latera diſpe
*Spina naſi.* partem mediam, quæ acuminata eſt, & ῥάχις, [m] *ſpina*, ac *dorſum* di
ἠθμός, [n] *Colatorium*, ab vſu ſuo vocatur, quia mucus per ipſam
colatur, quamuis, vt oſtendemus inferiùs, id non niſi præter n
ἠθμοειδὴς, ſiue ſpongioſum, odoribus potiùs, quàm excrementoru
eſt à Naturâ. Foramina duo, quæ inferiùs patent, ῥύνια Ariſtote
*Nares.* Latinis [o] *Nares*, à gnauitate, vt inquit Donatus, quia odoratu n
ſtò; quæ oculi nondum cernunt. Has, medij inſtar parietis, di
*Colũna.* ſeu [p] *Columna* appellata, cui ſuperiore parte *interſeptum oſſeum, &*
gnominatum, iungitur. Partes verò mobiles, quæ inferiùs ſunt

nis q *Alæ*, & *narium pinnæ* vocantur. Extrema autem naſi rotunditas protuberans, σφαί- *Alæ.*
q, e. ριον, r *naſi orbiculus*, & *globulus*: at pili in narium antro creſcentes, ſ *Vibriſſi*, & *Vibriſſæ*, quòd *Naſi globulus.*
r, f. s, g. iis euulſis caput vibretur, concutiaturque.
t, 1.1.2. t OCVLVS EXTERNVS, ſic dictus ad differentiam interni, qui ad aliam tractationem pertinet, ſub ſuperciliis, & à latere radicis narium collocatus eſt, duabus partibus conſtans; vnâ, quæ pro integumento interni oculi ſeruit; alterâ verò, quæ ad ipſum quidem oculum internum pertinet, at quatenus nobis ſine diſſectione in conſpectum ſe profert, ſuo quaſi iure ad externum referri videtur. Prior illa u, PALPEBRÆ *Palpebræ.*
u, d.d. vocatur, à palpitando, quòd inter loquendum frequenter palpitent, & à nobis moueãtur, Græcis βλέφαρα, παρὰ τὸ βλέπειν, à vidẽdo, quòd iis apertis homo videat: vel certè, quia ſunt βλέποντος φάρεα, hoc eſt, *Viſus tunicæ, & opercula*, vnde nec malè, & eleganter profectò à Poëtâ, ὀμματόφυλλα, *Oculi folia*, dicuntur. Sunt autem palpebræ in vtroque oculo binæ, quarum quæ ſuperior eſt, oculum à ſuperiore parte operiens, κοιλίς: altera, quæ inferior, & ab infimâ parte contegens, κοῖλον, καὶ ἀνάκοιλον Polluci vocatur. Hæ cùm ad oculi tutelam, maximè dormientibus, claudantur, ſi in ſomno conniueant, vt albi aliquid cernatur, indicia Medicis præbere ſolent exitialium febrium, indubitatæque mortis. ſic enim hoc ſignum Hippocrates 1. prognoſtic. interpretatur, niſi fortè à ſuperpurgatione, aut magno alui profluuio, vel etiam aliâ externâ cauſâ contigerit, tùm enim minus malum portendit: aliàs ſummam omnium naturalium, vitaliumq; facultatum imbecillitatem ſignificat. In quibuſdam tamen naturale eſſe, apertis dormire oculis, obſeruauimus. Quare cauendum eſt, ne præcipiti nimiùm iudicio hîc fortè labamur; ſed qualis valenti conditio fuerit, priùs inueſtigemus. Cæterùm pili qui vtriuſque palpebræ extremitates cingunt, ἀπὸ τῶν βλεφάρων, x βλεφαρίδες dicuntur: Latinis quibuſdam, inter quos eſt & doctiſſimus Theodorus Gaza, *Cilia*, ſed malè vocantur, id quod rectè ſummus vir Scaliger iam antè obſeruauit, & monuit: Plinius, & Lucretius *Palpebras* vocant. Cartilagines autem ſemilunares, quæ palpebrarum extremitates firmant, & inuerſis ipſis viſui ſe offerunt; clauſis, inuicem iunguntur, ταρσοὶ *palpebrarum crepidines*, & Antiquis *Cilia* quoque dicebantur. Harum fines ſeſe inuicem ſecantes, vtrinque oculorum angulos conſtituunt, τῶν ὀφθαλμῶν κανθούς, quorum qui ad naſum eſt, y *Maior angulus*; qui ad tempora, z *Minor*, & eſt, & nuncupatur, Græci tamen maiorem peculiari voce, & propriè ἐγκανθὸν appellant, quam vocem poſtea Veſalius ad carunculam eo loci poſitam traduxit. Heſychio pulchrè πηγὴ dicitur, *fons*, quod lachrymæ indè quaſi ſcaturire videantur. Eſt enim illic a *Foramen in inferioris palpebræ tarſo*, magnitudine quidem exiguum, ſed profunditate ſummum, ex quo lachrymæ emanant. Hoc ſi acriorum humorum fluxu tentetur, ſiue lacrymæ illi ſint, ſiue pus ab inflammatione vicinarum partium affluens, affectum parit, quem Medici noſtri *Fiſtulam lacrymalem*; Græci αἰγίλωπα vocant. Si quis exactius foramen id videre deſideret, bouis modo mactati oculum intueatur, in eo enim inſigne admodùm eſſe conſueuit. Eſt etiam in fœminis maius, quàm in maribus, & in iis, qui lachrymis delectantur, quàm qui ab ipſis abſtinent. Tandem inter oſſa, & vtramque palpebram, exiguæ quædam cauitates reperiuntur, ſemicirculares, quarum ſuperior, b *Cauum oculi*, κοῖλον; inferior, c *ſubcauum*, ὑπόκοιλον dicitur. Vtraque cauitas, ſed præcipuè inferior, in cachexiâ, & hy-

Marginalia: x, e. — y, f. — z, g. — a, h. — b, i. — c, k. — *Obſeruatio.* — *Oculorũ anguli.* — *Punctum ſiue foramen lacrymale.* — *Cauum oculi.* — *Subcauũ.*

drope intumeſcere conſueuit, maximè verò, ſi à longo menſium, aut hæmorrhoidum profluuio naſcantur. Idem in longis vigiliis, & incipientibus ophthalmiis contingit. Menſtruo autem fluxu laborantibus, tumor fit liuidus: at lue venerea preſſis, pallidus, cum inſigni ſplendore, qui mihi ſemper Gallici morbi certiſſimum ſignum dedit.

Obſeruatio.

Oculus.

Palpebris ſic viſis, viſorium deinde organum inſpiciendum eſt, quod Oculus appellatur, ab occultando. Græci à munere ſuo ὀφθαλμὸν, quaſi ὠπὸς θάλαμον, *viſus cubiculum:* & ὄμμα, παρὰ τὸ ὄπτεσθαι, à videndo vocant. In huius medio niger circulus, lucidusq; admodum eſt, ſpeculi inſtar, ſpeculi etiam officio fungens, quod imagines repræſentet oppoſitas, [d] *Pupilla* dictus, Ariſtoteli κόρη, Ruffo γλήνη. Húc ambit alius, magnitudine quidem priorem ſuperans, ſed claritate victus, quem Græci ἴριδα vocant, à ſimilitudine, quâ cæleſtem arcum, varietate, & pulchritudine colorum refert, vnde & Romani quoque hanc vocem retinentes, [e] *Iridem* appellarunt. *Colores Iridi Ariſtoteles* 1. hiſtor. animal. 10. quatuor tribuit, atrum, cæſium, fuluum, & caprinum: *Galenus*, art. medic. 26. tres tantùm conſtituit, glaucum, nigrum, & medium inter hos duos. Generantur autem hi, aut multitudine, aut paucitate, aut ſitu quodam certi humoris. Solus tamen ferè Homo inter cætera animantia, diuerſi coloris oculos obtinet, nec ratione tantùm indiuiduorum, ſed & integrarum nationum. *Niger* enim ferè eſt Æthiopibus color: *cæſius* Belgis, & Septentrionalibus: *fuluus*, Italis, viciniſque gentibus. Fuerunt autem ex antiquioribus Græcis, qui στεφάνην vocauere; poſteriores tamen extremitatem tantùm ipſius, quæ inter Iridem propriè dictum, & album eſt, hac voce dignantur. Eſt autem [f] *Album oculi*, τὸ λευκὸν, totum id, quod extra dictas partes albi coloris exiſtit, & à corneâ tunicâ conſtituitur. Oſſa verò, vel impendentia, vel ſubiecta oculis, ὑπώπια, καὶ ὑπόφθαλμα vocantur. Latinè ſi velis reddere, non malè *Subocularia* dixeris.

*Pupilla.* *Iris.* d, l.

*Colores Iridis.* e, m.

*Album oculi.* f, n.

Sequuntur nunc duæ aliæ partes, quas Ariſt. 1. hiſt. animal. 11. σιαγόνας vocat, ὅτι σείονται πελαζόμεναι, quòd motæ concutiantur, facitq; vnam earum anteriorem, quã γένειον vocat: alteram poſteriorem, quam γένυν. Partes ſunt, quæ vtrinq; auribus, naſo, oculiſq; ſubſunt, & ad mentum vſque protenduntur. Latinis, vt puto, rectè GENÆ dicuntur, παρὰ τὸ γίγνεσθαι, quòd hæ partes barbam in viris producant, vnde, nec ineptè fortaſſis, *Barbitium* in his appellarentur, ſi cui nomina fingere placuerit. Eſt autem duplex Gena, ſuperior & inferior, ἡ ἄνω καὶ κάτω γένυς Ariſtoteli, dict. loc. *Superiorem* (quæ & MAXILLA SVPERIOR) conſtituunt ſub oculis, inter naſum & aures, duæ illæ rotundæ faciei eminentiæ, ſoli homini conceſſæ, quæ pudoris ſedes eſſe conſueuerunt. rubeſcunt enim primùm omnium pudore affectis. latinè dicuntur *Malæ* à ſimilitudine (vt quibuſdam placet) quâ malum, ſiue pomum, non rotunditate ſolùm ſuâ, ſed & colore ſubrubro referunt, quamobrem & Græcis μῆλα vocantur. Cicero tamen, in Orat. malam à maxillâ dictam fuiſſe oſtendit, abiectis mediis literis, quomodo voces ſæpè contrahuntur, non vsûs causâ; ſed aurium. Sic ex axillâ, ala: ex taxillo, talus factus eſt. Polluce teſte, γνάθοι etiam dicuntur, vnde mutuauit nomen Paraſitus ille apud Terentium. Hippocrates, lib. de morb. mulier. eleganter κύκλους τοῦ προσώπου, circulos faciei nominat. Solet autẽ hæc pars in Peripneumoniacis inflammari, aut maximè rubere, quod fit, quia ſanguinis copia affluens, propter tenuitatem ipſius cutis, quæ hoc in lo-

*Gena.*

Maxilla ſuperior. g, l. l. l. h.

Obſeruatio.

in loco ſumma eſt, imprimis tranſparet, tùm etiam, quia vaſa ibi maiora ſunt paulùm, & pinguedo nulla ſubiecta, quò fit, vt humoris abundantis, vel concurrentis eò, color facillimè tranſpareat. [h] *Inferior* autem pars, quæ laxior eſt, & aëre inflata tumet, propriè γνάθος dicitur, *Bucca* Latinis. In hac in nonnullis ridentibus rima, in aliis ruga, in quibuſdam fouea comparet, quam Martialis *Galeſinum*, ἀπὸ τοῦ γελᾶν appellat. *Bucca. Gelaſinum.*

i, x. Sub Naſo, & genis continentur [i] LABIA, quæ & LABRA Ciceroni, Ariſtoteli χείλεα, ἀπὸ τοῦ χέειν λόγον, quòd vocem fundant. Opercula ſunt oris, dentium deformitatem tegentia, numeroq; duo. *Superius*, ἀνώχειλον dicitur; *inferius*, κατώχειλον. Extremitates ipſorum rubeæ, πρόχειλον: ſin committantur inuicem, πρόστόμιον dicuntur. Ipſum autem foramen, quod apertura ſua producunt, τὸ στόμα, os cognominatur. *Labia.*

k, 2.3.1. Aperto ore, aut ſublatis labiis occurrunt in maxillæ vtriuſque circuitu [k] DENTES, Græcis ὀδόντες: quaſi ἔδοντες, ab ἔδω, quod eſt, comedo, dicti. Latinis etiam *Dentes*, q. edentes. Horum numerus diuerſus eſt, non quidem ratione ſexûs, vt malè cenſuit Ariſtoteles, (cùm viderim fæminarum dentes ſuperaſſe numerum dentium marium) ſed ratione ipſorum indiuiduorum, cùm in aliis plures, in aliis ſint pauciores: magna tamen pars triginta duos obtinet, vt vtriq; maxillæ ſedecim competant. Ex quibus quatuor ſunt Inciſores, qui medium locum occupant, duo Canini, vtrinq; vnus, ad inciſorum latus, & quinque Molares. *Inciſores*, τομεῖς, ἀπὸ τοῦ τέμνειν, dicti ſunt, ab officio, quia cibum acie ſuâ tenui, (à quâ & ὀξεῖς, acuti appellantur) ſecant: à loco vocantur πρόσθιοι, *primores*, ab Hippocrate. *Canini*, κυνόδοντες, quia reliquis ſunt longiores, & reſpondent dentibus duobus acutis admodumq; exſertis canum. *Molares*, μύλαι, quia inciſum cibum, veluti molæ, conterunt, & in minutiſſimas partes redigunt. Sed cùm hi poſtremi non ſemper, aut omnibus omnes creſcant, aut non omni tempore: ſed ſæpè in matura ætate exſerantur primùm & naſcantur, quemadmodum vltimi molarium, qui propterea quoq; σωφρονιστῆρες ab Hippocrate ſunt appellati, quòd plerunq; oriantur, vbi Homo iam ſapientiæ annos attigit, fit, vt maxima ſit de numero dentium apud authores diſcrepantia. Cæterùm *margines* illi maxillarum, in quibus ſeriatim continentur, Græcis φάτνια dicuntur: at *alueoli*, quos ſingulos ſinguli habent βόθρια. Interualla autem, quæ dentes à ſe diſcernunt inuicem, ἀραιώματα vocantur. Caro dentium, quæ circa φάτνια eſt, dura atq; immobilis, dentes ceu vallum cingens, *Gingiua* Latinis, οὖλον Græcis, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν, ab inuoluendo, quaſi inuolucrum dentium. Hinc ἐπουλὶς medicis, tumor in gingiuis natus vocatur. Inter ſuperius labrum & naſum pars quædam occurrit, in quâ primùm barba erumpere ſolet, quæ [l] μύσταξ dicitur, ἀπὸ τοῦ μυκτῆρος à muco, qui ex naribus eò deſtillat. à ſitu aliis ὑπόρρινον, quaſi ſub naribus collocatum diceres. Cauitas quæ in hoc ſub ipſâ naſi columna inſculpta eſt, & in duas partes myſtacem dirimit [m] φίλτρον dicitur, quòd amoris illecebra in eo contineatur. Barba hîc primùm prodiens, ſi pili adhuc ſint molliores, προγενείον, hoc eſt, anterior barba, quia ante inferiorem exeat: adauctis verò, rigidioribusq; factis, μύστακες, Latinis quoq; *Myſtaces* græcam vocem retinentibus, dicitur. *Dentes. Inciſores. Canini. Molares. Gingiua.*

l, 1.1.1.

m, m.

n, n. Sub labro humiliore [n] Maxilla INFERIOR eſt, γένειον, & *Mentum*, ab eminendo dictum. Eminet enim à gulâ, & pars eſt faciei infima, in orbicularem acutiem deſinens. *Maxilla inferior.*

πώγων, *Barba*, dicuntur. Pili verò à lateribus, ſub t
λ☉· vocantur, quod inſtar vermis Iuli appellati ſ
conſtituant.

Aures. Temporibus o AVRES adſtant, ſic dictæ, quòd
rire videantur, cùm ſint inſtrumentum auditus. I
ſignificat, internâ externâq; aure conſtans. Græc
tùm auris partem, quæ in capitis lateribus promi

*Auricula.* ni Græcos imitati *Auriculam* dixerunt, quamuis h
aure acceperint. Huius p *ſuperior* pars, cartilagi

*Pinna.* ſtotele, 1. hiſt. animal. 11. Gaza tamen interpres, la
carnea eſt, λόβος eidem, παρὰ τὸ λοβεῖν quod abſci
enim hæc pars turpiter flagitioſis abſcindi ad ma
didit. Cæterùm extremus pinnæ ambitus & circ
r *Helix*, vocatur: interior & priori reſpondens, ſ ἀν
ca conſiſtit, κόγχη, t *Concha*, à ſimilitudine, quòd c
ſit, & tortuoſe caua Iuxta hanc eminentia quæda
vocant, ſiue *Hircum*. Eſt enim pars hæc pilis hirſut
lam imitatur. Huic oppoſita pars x ἀντίτραγος dic
*tus auditorius*, πόρος ἀκουστικός, in quo ſordes colligu
gnominati. Latini veteres *Cerumina* vocarunt, ſo
tia, qua vtraque ceram flauam refert.

Collum. Sub capite tandem occurrit pars quædam obl
ad humeros vſque protenſa, quæ etſi inter medi
ad caput tamen rectiùs, quàm thoracem referri
quod præcipuè torquibus coli ornariq; conſueu
quamquam non deſint alii, qui ceruicem poſteri
velint. Græci τράχηλον vocant. Galenus tamen, I
lat, & cum τραχήλῳ confundit. Muſæus ſimilite
χῆς, inquit, ἔνοδμον, εὔχροον τ' αὐχένα κόσμῳ, *virginis*
*tus*. Sic Ariſtoteles quoq; 1. hiſtor animal. 11. cùm

*Colli partes.* καὶ θώρακος, quod inter faciem, & thoracem eſt.
Anterior poſteriorem. *Anterior*, ἀνθερεὼν dicitur, ἀπὸ τῦ θε
Ariſtoteli λάρυγξ. In hac cernitur caput aſperæ
*Pomum Adami* dictum; aliis *Nodus gutturis*; Ariſtot

*Iugulũ.* vicina thoraci parte cauitas eſt, acuto angulo pe
καὶ λαυκανίη dicta. Homerus tamen vocem ha
pit, ſed & illis duabus, quæ ſub imo collo, & tho
ſunt. Hinc Plinius, 2. hiſtor. natur. Vni, inquit, h

Poſterior. ſter. *Poſterior colli pars*, ab occipitio ad ſcapulas vſ
li ἐπωμὶς, quòd ſupra humeros ſit ſita. Sunt aute
ra colli poſitæ, quæ initium præbent toti manui

# CAPVT II.

## *De appellatione externarum Thoracis partium.*

MEDIVS venter,qui cordis partiumq; vitali facultati deſtinatarum domicilium
eſt,collum excipit. Hic Latinis Medicis,Thorax vulgò, græca voce appellari
conſueuit,quantumuis θώραξ apud Græcos non parua ambiguitate laboret. Ariſto-
teles enim pro toto corporis trunco,medio infimoq; ventre conſtante accipit, cùm 1.
hiſtor.anim.7.corpus in ſummas partes dirimit,& τὸ ἀπὸ αὐχένος, inquit, μέχρι αἰδοί-
ων κύτος, θώραξ καλεῖται, quod à collo ad pudenda vſque pertendit, Thorax vocatur.
Eadem ſignificatione Ariſtotele antiquior Hippocrates,libro de arte, & doctiſſimus
Plato in Timæo,ſumpſere. Non mirum ergò ſi Iecur in thorace ſitum nonnunquam
apud hos Authores legamus, quos nonnulli præcipiti nimis iudicio ignorantiæ in
rebus Anatomicis accuſarunt. Galenus tamen propriâ ſemper acceptione vſus eſt,
quem meritò Recentiores ſequuntur, qui Thoracem eam tantùm partem vocant,
quæ collo ſubiecta,vtrinq; coſtis clauditur. Sic Ariſtoteles & ipſe nonnunquam ac-
cepiſſe videtur, vt 1.hiſt.animal.13.vbi, μετὰ, inquit, τὸν θώρακα ἐν τοῖς προσθίοις γαστήρ,
καὶ ταύτης ῥίζα ὀμφαλός. Venter infra Thoracem parte priore ſitus eſt, cuius radix vm-
bilicus. Dicitur autem θώραξ, ἀπὸ τοῦ θορεῖν, quòd cor continet, viſcus perpetim ſaliens. *Etymologia thoracis.*
d, 1.1.1. Conſtat tribus partibus; anteriore,lateralibus,& poſteriore. [d] *Anterior*,à colli cauitate
p.q.r.s. propè clauiculas incipiens,ad molles vſque partes extenditur, & στῆθος, *Pectus* dicitur,
e, q.q. [e] Medium pectoris,quod à iugulo in cartilaginem mucronatam deſinit, στέρνον com- Diuiſio thoracis.
muniter,quaſi στερεὸν quòd ibi pectus ſolidum ſit, oſſeumque,dicitur. Latini *Sternum* Pectus.
vocant,quandoquidem in medio coſtarum ſternitur. Ad huius latera, rotunda duo *Sternũ.*
corpora carnoſaq; eminent,vtrique quidem ſexui communes,ſequiori tamen & fœ-
f, r.r. minino maiores. Græci [f] τίτθας vocant generali nomine,& μαστοὺς ſpecialiore, fæmi-
narum mammas,quaſi μασητοὺς, manſos, ſiquidem alimentum infantibus ſuppeditat.
g, 1.1.ſ. Latini,in Viris, *Mammillas*; in Mulieribus, [g] *Mãmas*; in cæteris Animalibus, *Vbera* appel- *Mãma.*
lant. Harum moles dum præſertim lacte turget, ἄσκωμα, *Vter* dicitur: at pars,quæ in
h, a. centro eminet veluti apex, θηλή, [h] *Papilla*: circuitus verò obfuſcus hanc ambiens, φῶς, *Papilla.*
i, b. Latinis [i] *Areola*, à ſimilitudine. *Areola.*

*Poſterior* pars pectori oppoſita,quæ à ceruice ad coſtarum finem, & lumborum vſ-
k, 1.2. que principium porrigitur, νῶτον, [k] *Dorſum*, & *Tergum* dicitur, μετάφρενον etiam, quòd Dorſum.
r.s.t. poſt φρένες, hoc eſt, diaphragma poſita. Huius partes ſunt *Scapulæ*, ὠμοπλάται, & *Spina*,
l, t.t. ῥάχις. [l] *Scapulæ* vocantur eminentiæ illæ duæ ſuperiores à lato ſcapularum oſſe progna- *Scapulæ.*
m, r.s. tæ: at [m] *Spina*, acuta illa protuberantia, quæ per totam dorſi longitudinem excurrens, *Spina.*
tergum in dextram ſiniſtramq; partem diſpeſcit.

n, u.u. [n] *Laterales* tandem partes inter anteriorem poſterioremq; continentur, & πλευραὶ, Latera.
*Latera* vocantur. Initium ſuum ducunt ſub alâ, & cum coſtis terminantur. Late-

rum ergò vnum quidem dextrum eſt, alterum ſiniſtrum; ſed cum ex coſtis conſtent, carne alternatim conſtipatis, ſpatia illa intermedia quæ carnea ſunt, *Intercoſtalia* dici meruerunt.

## CAPVT III.

### *De appellatione partium externarum infimi Ventris.*

*Infimus venter.*

TERTIVS VENTER, qui naturales partes, nutritioni generationiq; dicatas complectitur, ſuo honore infimo loco ſitus eſt, ſubſtantia carneus & mollis. Circumſcribitur cartilagine mucronatâ, lateribus duobus, lumbis, & oſſibus pubis. Ariſtoteles 1. hiſt. animal. 13. vocat propriè γαστέρα, alii impropriè, ἐπιγάστριον. Latini *Ventrem* appellant, abutentes vocabulo in preſſiore ſignificato, quod euitare volens Celſus, rectius *imum Ventrem* dixit, ad diſcrimen capitis & thoracis, ventrium ſuperiorum.

*Abdomē.*

Sunt qui *Abdomen* cognominant, ſed præterquam quod admodum impropriè, elegantioribus quoq; aduerſantur, qui hanc vocem porcis potius, quam hominibus tribuendam cenſent.

*Diuiſio imi ventris.*

*Diuiditur in partem anteriorem, & poſteriorem*; illa, à cartilagine enſiformi incipiens, ad oſſa pubis vſque extenditur, Galeno ἐπιγάστριον dicta: hæc, ab extremis coſtis ad oſſis ſacri extrema pertingit, & quibuſdam διάζωμα appellatur. [o] *An-* o, 1.1.1.

*Anterior pars.*

*terior rurſus in tres regiones, ſupremam, mediam, & infimam ſecatur*, quas Galenus, 2. aphoriſm. 35. ex Hippocrate, & Ariſtotele ὑποχόνδριον vocat, τὰ περὶ τὸν ὀμφαλον, & τὸ ἦτρον. [p] *Superior* ergò pars à mucronata cartilagine ac coſtarum finibus, ad vmbilicum ferè p, t. u. t. terminatur. [q] *Media*, ſupra infraque vmbilicum, trium circiter aut quatuor digitorum q, x. ſpatium complectitur, & quia hunc in media veluti centrum coercet, Vmbilicalis dicitur. [r] *Infima*, ab hac inchoans, ad pubis oſſa terminatur. Singula harum partium ab r, y. Anatomicis iterum in alios ſubdiuiduntur, in duas, inquam, laterales & mediā, quarum appellationes nunc breuiter perſequemur.

Suprema ergò regionis latera, proprie [s] ὑποχόνδρια dicuntur, quaſi *ſubcartilaginea*, s, t. t. ſi quidem ὑπὸ τῶν χονδρῶν, ſub cartilaginibus coſtarum ſpuriarū ſunt ſita. Celſus, lib. 4. cap. 8. Latinis proprie *Præcordia* dici ſcribit, quamuis Plinius li. 11. nat. hiſt. cap. 37. hac voce diaphragma intellexerit. Inter hæc pars media, [t] ἐπιγάστριον, quaſi *Superuentrale* t, u. vocatur, in qua occurrit cauitas quædā, Polluci σφαγὴ dicta, antiquis, [u] καρδία Cor, u, q. vnde dolores circa illam partem fientes, καρδιαλγίαι, καὶ καρδιωγμοὶ, cordis dolores appellantur, alii προκάρδιον dixerunt: quaſi dicas, *Præcordium*, aut *Anticordium*, alii στόμα τῆς κοιλίας, *os ventriculi* nuncupant, quia ſub eo ventriculi os ſuperius lateat, & hæc eſt regio, cui ſolemus remedia adhibere pro ſtomachi malis.

*Regio vmbilicalis.*

Porrò [x] *regio vmbilicalis* (in qua vmbilicus ſitus, & corporis totius, & abdominis x. centrum,) Græcis appellatur, τὰ περὶ τὸν ὀμφαλον, quæ circa vmbilicum conſiſtunt, ὄμφαλος autem, παρὰ τὸ ἐμπνεῖν, à reſpirando dictus eſt. Reſpirare enim per eum animal, dum vtero concluditur adhuc, Antiqui credebant. Media eius pars μεσομφάλιον, καὶ ἀκρομφάλιον dicitur: cauum autem γαγγαμὼν appellatur. Cutis rugoſa, quæ circa vmbilicum eſt, γραῦς, *Vetula*, quòd in modum frontis vetulæ rugoſa ſit in homine. In ca-

Solus tamen Homo ex omnibus commodè ſedet, cui carnoſi & magni contigere, & pro ſubſternaculo puluinariq; tomento repleto, inſeruiunt, vt citra moleſtiam ſedendo, cogitationibus rerum diuinarum animum rectius applicare poſſet. hinc Philoſophus 4. de part. 10. Simiam ἰσχία habere, & οὐρὰν pernegat: rationem addens, διὰ τὸ τὴν μορφὴν ἐπαμφοτερίζειν, καὶ μηδετέρων τ' εἶναι καὶ ἀμφοτέρων. ὡς μὲν οὖν δίπους ὤν, οὐρὰν οὐκ ἔχει, ὡς δὲ τετράπους, ἰσχία. hoc eſt, ſimia quòd formâ ambiguâ ſit, vt & in neutro, & vtroq; genere ſit conſtituenda, ideò nec caudam habet, nec nates. Vt bipes enim, caudâ vacat: vt quadrupes, natibus [e]. *Fiſſura*, quæ nates dirimit, διχάλα Herophilo dicitur, in quâ foramen aduertitur, vbi eſt exitus inteſtini recti, & excrementorum duriorum, quod [f] *Podicem*, & *Anum* à rugis anilibus, quas habet, appellant. e. z. z. f. a.

*Podex.*

# CAPVT IV.

## *De appellationibus partium externarum, quæ generationi ſunt dicatæ.*

*Pudenda.*

GENITALES PARTES, μόρια γεννητικὰ, & αἰδοῖα appellatæ, quod iis importuno tempore & loco detectis, pudore afficiamur, Latinis *Pudenda* eadem ratione, & *Naturalia* vocantur. Variant hæ partes pro ſexus diuerſitate, & aliæ maribus datæ ſunt, aliæ fæminis. De vtriſq; hîc agemus, initio ab illis accepto. *Genitalia ergò marium* commodè in duas diuiduntur partes, in eam quæ vterum ingreditur, & illam quæ extra, ſacci inſtar propendens, remanet. Hanc [g] *Scrotum*, & *Scortum* vocant, quòd coriacei ſacculi ſimilitudinem referat. Scortea enim Veteribus dicebantur, quæcunque ex alutâ, aut pelle fiebant. Vulgus *marſupium*, & *burſam virilem* vocat: Græcis ὄσχεον, & ὄσχεος, Ariſtoteli etiam ὀσχέα dicitur. In hoc continentur partes, quæ ſemini genitali conficiendo deſtinatæ dicuntur, ὄρχεις, quos à numero quidam διδύμους, quaſi *gemellos*, & à figurâ κυάμους, *Fabas* appellant. Latini *Teſtes*, quòd teſtimonium præbeant virilitatis. Altera pars longa & carnoſa, [h] *Penis* dicitur, à pendendo: Græcis τύλος, à figura, quaſi *clauus*: καυλὸς, *caulis*: νεῦρον συριγγῶδες, *Neruus fiſtularis*: στῆμα, à ſtando: & πέος, *penis*. Vulgò etiam *Mentula*, quòd rigida hæc pars, viro mentem eripiat, vel à ſeriis ad iocoſa & Venerea auertat. Pars verò, quæ inter anum & penis initium interiacet, in ſexu maſculino ὑπόστημα, quòd ſub pene ſit ſita; in vtroque ſexu, latiore ſignificato, περίναιος, *Perinæum* dicitur, quo loci inciſio fieri conſueuit à Lithotomis. Cæterùm penis rurſum duas habet partes, vnam, quæ ſemper cute tecta eſt, & dura ac veluti neruoſa, totiusq; nomine gaudet: alteram, quæ carnoſa eſt, ſphærica, & in complexu Venereo à cute denudatur, aliàs cute tecta, βάλανος dicitur, ſiue [i] *Glans* à ſimilitudine. Nonnulli *Ceraſum* eandem de cauſa vocant. Cutis autem illa πόσθη Galeno, & ἀκροποσθία quibuſdam, [k] *Præputium* Latinis dicitur, eſtque illa, quæ Iudæis abſcinditur, vnde Recutiti vocantur, olim ſanctiſſimi fœderis, nunc impiæ incredulitatis ſignum eſt. Ligamentum quod præputium, ex infernâ parte glandi alligat, κυνοδέσμιον, *Vinculum caninum*, & κύων, *Canis*, dicitur. Vulgus χαλινὸν, *frenum* appellat. Circulus qui glandis extrema cingit, στεφάνη, [l] *Corona*: foramen autem in medio glandis, vrinæ & ſeminis exitui deſtinatum, οὐρήθρα, *Meatus vrinarius* vocatur.

Genitalia marium. *Scrotum.* g. 1. 1. y. h. d. *Penis.* *Glans.* *Præputium.* *Vinculū caninū.* i. 7.16. 1. H. k. K. l. 7.16. 4.1.

Genitalia fæminarum.

FÆMINARVM GENITALIA pluribus adhuc partibus conſtant, quàm marium. Vocantur

cantur Galeno αἰδοῖον γυναικεῖον, *Pudendum muliebre*. A Poëtis Latinis *Cunnus*; communiter *Vulua*, quòd propter longam fiſſuram, qua labia genitalium diſparantur, valuas æmuletur. Occurrunt in his primùm, [m] *Labia vuluæ*, χείλεα Hippocrati dicta, quæ ſunt duo oblonga & mollia corpora, ſubſtantiæ carnoſæ, & ſpongioſæ. In horum medio rima eſt magna, quam σχίσμα, ſeu *Fiſſuram magnam* appellant, quia reuera longe maior eſt alterâ rimâ, quæ vteri exterius oſculum conſtituit. Diductis ſic labiis, in conſpectum veniunt duo alia corpora [n] *Nymphæ* dicta, νύμφαι, vel quia primæ ſponſum admittant; vel, quia nympharum officio fungantur. vt enim illæ riuis, & ſcaturientibus præſunt aquis; ſic hæ vrinæ riuulo præfectæ videntur. Ab aliis πτερύγια, & πτερυγώματα, ſiue *Alæ* dicuntur. Sunt autē duæ productiones, fungoſa carne conſtantes, vtrinq; vna, in principio ferè inter ſe iunctæ, & ſub vtroq; vuluæ labio latentes, vbique ferè contiguæ, ad finem commiſſuræ oſſium pubis aſcendunt, vbi iunctæ, Clitoridem veluti præputium quoddam integunt. In harum apice [o] *Clitoris* eſt, κλειτορίς dicta, ab obſcæno verbo κλειτορίζειν, quod, his partibus laſciue contrectatis, ſemen effundere ſignificat. Nonnullis Recentioribus *Penis*, aut *Mentula muliebris* dicitur. Eſt enim proceſſus exiguus, in anteriore & elatâ pubis parte, vbi nymphæ conueniunt, reſpondens in pluribus peni virili, puta in ſitu, ſubſtantiâ, ſpirituum repletione, & erectione. Diductis poſtea nonnihil nymphis, alia rima conſpicitur, quæ [p] *externum ceruicis vteri oſculum* conſtituit, ſupra quam aliud [q] foramen cernitur, quod ex implātatione colli veſicæ vrinariæ prodit. In illâ autem maiore rimâ, conſpiciendæ veniunt quatuor *carunculæ*, quas *myrtiformes* appellant, quòd myrti baccas referant. Harum anterior, vrinarii meatus foramen, quod in hanc vteri partem deſinit, obtegit: altera huic oppoſita poſterior eſt, duæ reliquæ ſunt laterales. Seruantur hæ carunculæ vſque ad interitum, nec minus in vetulis, quàm iuuenibus cernuntur: in iis tamen, quæ vtero non geſtarunt, integriores ſunt. Has carunculas coniungit membrana quædam, in medio perforata, ὑμὴν, ſiue *Hymen* dicta, apud omnes ſcriptores decantatiſſima, quæ virginitatis ſignum vulgò habetur, & reuera quando adeſt, certiſſimum eſſe ſolet, de qua tamen re inferius, vbi hiſtoriam vteri aggrediemur, pluribus acturi ſumus.

*Marginalia: m, 7.17. I. C.C. — Labia vuluæ. — Rima magna. — n, D.D. — Nymphæ. — o, B. — Clitoris. — p, F. — q, E. — Externū vteri oſculum. — Carunculæ myrtiformes. — Hymen.*

## CAPVT V.

### *De appellatione Manus, & partium in ea contentarum.*

Expeditis hactenus appellationibus earum partium, quæ in tribus ventribus citrà diſſectionem conſpectui ſe offerunt, reliquum eſt, vt ad Artus nunc accedamus. Appellamus Artvs, ſiue κῶλα, partes noſtri corporis, ex trunco ramorum inſtar exſtantes, ſuntq; manus, & pedes, χεῖρες, καὶ πόδες. [r] χεὶρ, ſiue Manvs vocatur, quicquid inter ſummum humerum, & extremos digitorum apices continetur. Hac enim ſignificatione olim ſumebatur, qua vſus eſt doctiſſimus iuxta atque antiquiſſimus ſcriptor Homerus, & poſt eum Hippocrates, qui propterea diſcriminis gratiâ, non χεῖρα ſimpliciter, ſed χεῖρα ἄκραν vocauit, quam Latini, & nos hodie Manum dicimus. Hanc Galenus lib. de inæquali intemp. cap. 2. in tres præcipuas partes diuidit, in βραχίονα, in πῆχυν, & τὸ ἀκρόχειρον, id eſt, in brachium, cubitum, & extremam manum. Contracta enim & compoſita voce ἀκρόχειρον vocat, quam ab Hippocrate ἄκραν

*Marginalia: Artus. — r, I. I. A. r. — Manus. — Ambiguitas vocis manus.*

χεῖρα appellari diximus. Has partes Poëta non ineleganter verſu complexus eſt, dum ſic canit,

*----- laudat digitoſque manuſq́ꝫ,*
*Brachiaque, & nudos media poſt parte lacertos.*

Ariſtoteles verò 1. hiſt. animal. 15. Manum, ſiue τὴν χεῖρα appellat βραχίονα, quē Latini
ſecuti ſunt, vocantes *Brachium*, quicquid ab humero dependet. Huius partes conſtituit
*Humerus.* ὦμον, ἀγκῶνα, ὠλέκρανον, πῆχυν, & χεῖρα. [s] ὦμος, ſiue *Humerus*, pars illa eſt, quæ à ſummo s, ε.
humero ad proximum vſq; articulum cubitiue flexurā pertingit. [t] ἀγκὼν *flexura eſt cu-* t, η.
*biti*, ſeu incuruatio brachii: huius contrarium eſt [u] ὠλέκρανον, nempe exterior *cubiti pro-* u, θ.
*Cubitus.* *tuberantia*, ſiue gibboſitas. πῆχυς, Latinis [x] *Vlna* & *Cubitus* dicitur, eſtq; pars, quæ à bra- x, ι.
*Manus.* chio, ſiue humero, vſq; ad manum extremam, ſeu ſummam, ſe extendit. χεὶρ, [y] *Manus* y, κ. τ.
quoq; Latinis dicta, à cubito, ſiue vlnâ extremâ incipit, & in acie digitorum termina-
tur. Porrò manus interior pars, quæ caua eſt, dicitur [z] θέναρ Græcis, *Vola* Latinis, πα- z, λ.
ρὰ τὸ βάλλειν, à proiiciendo. Pars huic contraria, quæ prona eſt [a] ἀντιθέναρ, & *Dorſum* a, μ.
*Lineæ manus.* *manus*. At *Palma* fit ex manu expanſa, vt *Pugnus*, ex contracta. In vola notandæ ſunt *Li-*
*neæ*, & *Monticuli* à Chiromantis ſic appellati. Linearum principalis eſt, quam *Vitæ* ap-
pellant, propterea, quod ex eius longitudine aut breuitate, longam aut breuem vitam
coniicere liceat. Huius meminit Ariſtoteles, 10. Problem. 48. vbi τομὴν, *cæſuram* vo-
cat. Quærens enim, cur illi qui per totam manum cæſuram habent, longioris vitæ
ſint; reſpondet, quia articulis carentia breuioris ſunt vitæ, vt piſces. Ergo quæ articu-
lata ſunt, longiori vitæ vſurâ fruuntur. At 1. de hiſtor. animal. cap. 15. ἄρθρα, *articulos*
vocat, quorum vnum aut duos per totam volam currentes, longæuis aſſignat: breuio-
ris verò vitæ hominibus, duos quidem; at non per totam longitudinem protenſos. Si
tamen numerum linearum quæſieris, non duas, ſed tres vt plurimum inuenies; *vnam*,
quæ fit à flexu pollicis, & [b] *linea vitæ* dicitur: *alteram*, quæ à quatuor digitorum flexu cō- b, ν.
ficitur, & vocatur [c] *Cerebri linea: tertiam*, quæ à trium tantum digitorum flexu conſti- c, ξ.
tuitur, & appellatur [d] *Menſalis*, quod cum dicta figuram trapeziam, ſiue menſalem re- d, ο.
*Monticuli.* ferat. *Monticuli* ſunt eminentiæ quædam in volâ manûs, quorum ſeptem Chiroman-
tæ faciunt, ſingulos ſingulis planetis dedicantes. Sic igitur [e] *Pollicis* tuberculum, Vene- e, π.
ri dedicare ſolent: *indicis*, Ioui: *medii*, Saturno; *annularis*, Soli: *minimi*, Mercurio: *Triangu-*
*lum* in vola manus, Marti: *Hypothenar* tandem, Lunæ.

Cæterùm ἀκρόχειρον, ſiue *Manus extrema* in tres partes ſubdiuiditur, in καρπὸν, μετα- f, ϰ.
Carpus. καρπιον, & δακτύλους. [f] Καρπὸν, Latini *Brachiale* vocant, quādoq; *Carpum* Græca voce, eſt-
que ea manus pars, quæ cubiti flexuræ proxima eſt, ſiue quæ palmam cubito iungit. [g] g, λ. ο. ξ.
Metacarpus. μετακάρπιος, *poſtbrachiale*, elegantioribus Latinis *Palma*, ea pars eſt, quæ inter brachiale,
& digitorum principium conſiſtit. δάκτυλοι ſunt ipſi *Digiti*, qui numero ſunt quinq;. Ex
Digiti. his duo, qui extremi ſunt, nomen à magnitudine acceperunt, cæteri à ſitu, vel officio.
Primus ergo, [h] *Magnus* vocatur, quod omnium ſit maximus craſſiſſimuſque, cuius cum h, ω.
*Pollex.* robur reſpondeat magnitudini, *Pollex* dicitur, quod cæteris quatuor æquipolleat.
Græci eleganter, vt pleraq; omnia, ἀντίχειρα vocarunt, quaſi *promanum*, vt qui totius
manus munere fungi queat, & ſit inſtar omnium reliquorum digitorum. Non deſunt
tamen, qui ἀντίχειρα dictum velint, quod cæteris oppoſitus ſit, & ex aduerſo ſitus. Al-

ter

i, φ. ter extremus,dicitur [i] *Minimus*,& *Auricularis*, opinor,quia ad aures expurgandas eo cō- *Minimus*
k, σ. muniter vtimur.Pollici proximus,ὁ δεικτικὸς δάκτυλος, [k] *Demonſtratorius* Iſidoro, ab v-
ſu,à quo apud Græcos,omnes in vniuerſum digiti nomen ſuum ſortiti, vt dicātur δά-
κτυλοι, παρὰ τὸ δείκνυσθαι,ab indicando. Hoc enim digito ferè præ aliis vtimur in de-
monſtrando. Vnde Poëta,

*—pulchrum eſt digito monſtrari,& dicier,Hic eſt.*

Latinis *Index* dicitur.Alius huius vſus eſt, ſed minus conueniens honeſto viro, à quo *Index.*
Introductorio λειχανὸς dicitur,παρὰ τὸ λείχειν,quod lambere ſignificat,quia quidam
inciuiliter comedentes ſine cochleari,pultem hoc digito lābunt,& nutrices infantib.
l, τ. hoc digito pultem præbent. [l] *Medium* appellant,qui hunc ſequitur, à loco. Græci ſimi- *Medius.*
liter μέσον. nonnulli, vt Poëtæ, *impudicum* vocant, & *obſcænum*. Cynædis enim olim mō-
ſtrabatur à prædiconibus,quo ſæpe alluſit Martialis in ſuis carminibus. Huic adſtat
m, υ. quartus,propterea que Græcis παράμεσος dictus,Latinis [m] *Annularis*, quia in eo annu- *Annularis.*
los,vtplurimum geſtamus.Dicitur etiam ἰατρικὸς,*medicus*,quod Medici Ægyptii, qui
primum Anatomiam docere aggreſſi ſunt, ſummo hunc honore proſequendum, &
annulo dignandum cenſuerint,vt quem ipſa Natura principali membro iungere vo-
luerit,quod ait Appion apud Gellium,lib.10. Noct. Atticar. cap.10. Erat enim inter
ipſos fabula,neruum quendam à corde ad hunc immediatè tranſmitti.

n, 1.2. Digitorum porrò ſingulæ partes,quæ inter articulos ſunt,ab Ariſtotele, [n] φάλαγγες
θ. 1.κ. dicuntur; Gaza reddidit *Internodia*. Protuberantiæ autem manus in pugnum contra-
ctæ,& articuli ipſi, κόνδυλοι, *Nodi* Gazæ. Pollicem vno condylo flecti,cæteros binis,
tradit Philoſophus.Reperio tamen κονδύλους fuiſſe triplici nomine donatos, & κονδύ-
o, θ. λους, προκονδύλους ac μετακονδύλους dici. [o] Κόνδυλος vocatur medius nodus digitorum in
p, κ. pugnum contractorum. [p] προκόνδυλος, ille qui vngui eſt vicinior. [q] μετακόνδυλος, qui
q, ι. metacarpio.Latini quibus exprimant,non habent peculiares voces,promiſcuè tamen
omnes nodos,internodia,vel articulos vocant.

Tandem extremitates digitorum vnguibus munitæ ſunt, quos Græci ὄνυχες vo- *Vngues.*
cant.Horum initia ab antiquis ῥιζώνυχες, *vnguium radices* dicuntur.ab aliis ſic vocantur
margines,ex quibus erumpunt. Circa has ſemilunula quædam candicans eſt, ἀνατο-
λὴ, *exortus* appellata,quod circa vnguis exortum,& principium conſiſtat.Reliqua pars
ἄργεμος dicitur,ab albore.Cæterùm puncta illa alba, quæ nonnunquam in ſuperficie
videre eſt, νεφέλια *nubeculæ*,à ſimilitudine vocantur. at vnguium in ſummo extremita-
tes, ἀκρωνυχία.

# CAPVT VI.

## *De appellatione Pedis, & partium in eo contentarum.*

PEs tandem reſtat, Græcis πούς dictus, Ariſtoteli 1.hiſt.animal.15. σκέλος, Gazæ Crus. *Crus.*
Latinis recentioribus,qui nomine proprio carent, ad diſcrimen minoris, *Ma-
gnus pes.* Eſt autem totum id, quod à clunibus originem ducens, ſeſe vſque
ad di-

*Diuiſio cruris.* ad digitorum extremos vngues extendit. Diuiditur ab Ariſtotele citato loco, & à Ga-
leno, lib. de inæqual. intemp. 2. in tres partes, in μηρὸν *femur*, κνήμην, *tibiam*, & πόδα, *par-*
Femur. *uum pedem*. Prima pars [r] FEMVR, μηρὸς, ἀπὸ τοῦ μερίζεσθαι, à diuidendo, quia truncum bi- r. 1.1.χ.
fariam diuidere videtur, Heſiodo μηρίον dicitur. Celſus *Coxam* appellaſſe videtur, quē
& alii recentiores Ariſtotelis Interpretes ſequuti ſunt. Hoc vel ideò diligentius ob-
ſeruandum eſt, ne perperam eos intelligamus, dum vocibus coxæ ac femoris promi-
ſcue vtuntur, & nunc os femoris Coxam, nunc è contrario os coxæ, Femur appellant.
*Femen.* Pars interna femoris, παραμήριον dicitur, [s] *Femen:* at protuberantia exterior circa ar- s. 1.2.μ.
*Coxēdix.* ticulum, [t] ἰσχίον, *Coxendix:* ſpatiū autem inter duo femora ad nates interiacens [u], πλι- t. 7.
χάς. Sic enim Galenus, comm. 4. de fract. interpretatur, ſcribens, apud Hippocratem u. ξ.
πλιχάδα ſignificare, ἅπαν τὸ μεταξὺ τῶν βουβώνων ἑκατέρου σκέλους, totum id quod inter
vtriuſque cruris inguina eſt; & ſubiungens docet, τὸ μέσον ἐν τῇ πλιχάδι, medium
*Perinæū.* quod eſt in hoc ſpatio, περίναιον, *Perinæum vocari*. Pollux in plurali πλιχάδας vocat, Lati-
ni *interfæmina*.

Tibia. Altera pars [x] TIBIA eſt, κνήμη dicta, quæ vox ambigua ſignificatione, modò totam x. 1.1.1.
illam partem denotat, quæ inter femur, & paruum pedem ſita eſt, oſſibus geminis ſuf-
fulta, & de qua nunc ſermo habetur: modò peculiariter illud os, quod ex his maximū
eſt. Eodem pacto & Tibia Latinis promiſcuè accipitur, quemadmodum & πῆχυς, iam
vtrumque os cubiti, iam eorum longiſſimum ſignificat. Celſus, *Crus*, à currendo vocat.
Huius [y] *pars anterior* Ariſtoteli 1. hiſt. anim. 15 ἀντικνήμιον eſt, Latinis abſq; nomine man-
ſit, vt nonnulli græcam vocem vertentes, *Antetibiale*, vel *Protibiale* vocarint. Gaza tamen y. ω.
*Cream* antiquiſſimo nomine appellat. *Poſterior* [z] γαστροκνήμιον quaſi tibiæ venter, Latinis z. 1.2.υ.
*Sura* dicitur, vnde Plinius, Sura, inquit, ſoli homini data eſt, quippe carnoſa tibiæ pars.
Et hæc illa eſt, propter quam Momus Iouem repræhendit, quòd tibiam in parte po-
ſteriore offendiculis minus obnoxiam carnoſo munimento ornaſſet. Notare tamen
debebat Momus, oculos duos parte priore ſitos eſſe, quibus quæ ante nos ſita ſunt
proſpicimus, in poſteriore nullos eſſe. [a] *Exterior*, παρακνήμιον, [b] *interior*, προκνήμιον ap- a. ε.
pellatur. In ſuperiore parte tibiæ flexura eſt, & articulus quo femori iungitur, & γόνυ b. σ.
*Genu.* vocatur, *Genu*, Huius pars anterior, quâ extenditur, ſiue potius os ipſum quo genu in-
*Patella.* tegitur, Hippocrati [c] ἐπιμυλὶς, Ariſtoteli μύλη *Mola*. Celſo *Patella*, *Mola genu*, & *Rotula*. c. 1.1.1.ψ
*Poples.* At poſterior pars, qua flectitur, & curuatur, [d] ἰγνύς, Latinis *Poples*. Hinc Vena poplitea d. 1.2.τ.
celebris, quæ ſub hac parte ad pedem per tibiam excurrit. In *inferiore* tandem parte,
qua tibia cum pede coniungitur, duæ ſunt eminentiæ laterales, duræ ac oſſeæ, quarum
altera interior vocatur, altera exterior, ſuntque proceſſus oſſium tibiæ, & fibulæ. A- e. 1.1.1.
*Malleoli.* riſtoteles σφυρὰ vocat, alii σφυρία, quos ſequuti Latini *Malleolos* dixerunt, quia mal- 1.2.
leum inſtrumentum fabrile referunt, cum ab vtroq; latere capitula in hoc loco pro-
tuberent. Medici vulgò *Talos* vocant, vt cum in ſuppreſſis menſibus venas tali aperire
iubent: ſed errant, vt iam olim quoque Galenus monuit, ante cuius tempora hic error
exortus ad noſtra vſque dimanauit. Nec enim hi proceſſus talum conſtituunt, ſed ſub
his talus, ſiue aſtragalus latet, tactui, & oculis, ob ligamenta & tendines nequaquam
ſe offerens. De his tradunt Phyſiognomi, inuidos eos eſſe, quibus multum extant: ſe-
gnes autem & pigros, quibus ſubſident, atq; hoc veriſſimum eſſe ſignum ac infallibile
produnt.

Tertia

f. 1.2.χ ω.

Paruus pes.

Tertia pars ſequitur,[f] *Paruus pes*; qui à tibiâ incipiens, in extremis digitorum apicibus deſinit & terminatur. Vocatur Ariſtoteli πoῦς, vt Latinis quoque *Pes*. Platoni ποῦς ἄκρος *Pes extimus* dicitur, quemadmodum Hippocrati modò ἄκρα χεὶρ dicebatur, cui reſpondet ſimilisq; eſt in pluribus pes paruus. Diuiditur enim ſimiliter in tres partes, in πεδίον, μεταπεδίον, & δακτύλους, quemadmodum manus in καρπὸν, μετακάρπιον, & δακτύλους, quæ partes ſingulæ ſingulis reſpondent.

Diuiſio pedis.

g. χ. h. ψ. i. 2. k. 1.

[g] Πεδίον prima pars eſt, Ariſtoteli πτέρνα, *Calcaneus*, Polluci πτερνὶς. Hinc fortè nomē habent Perniones, tumores hoc loco exorti temporibus frigidis. Vocatur & ταρσὸς communiter.[h] Μεταπεδίον, vel μετατάρσος, altera pars, poſt calcem, vbi prima oſſium articulatio incipit, quæ plantam conſtituunt. Ariſtoteli ἀνώνυμα eſt, à quo tamen in duas ſecatur partes,[i] *ſuperiorem*, quam νευρῶδες vocat, *neruoſum*: &[k] in *inferiorem*, τὸ σαρκῶδες, *carneum*. Illam Ruffus στῆθος, *Dorſum* pedis Latini: hanc κοῖλον τοῦ ποδὸς, *Concauum pedis*, Introductorius vocat. Quibus hæc pars interior, non caua, ſed ita pleniuſcula eſt, vt ſolum toto attingant veſtigio, *Planci* vocantur, & Ariſtotele volente, verſuti ſunt ac fraudulenti. Tertia pars *Digitos* quinque complectitur, qui digitis manuum reſpondent, quorum quidem nomina ſunt,[l] *Pollex, pollici proximus, medius, medio proximus, minimus*. Omnium verò extremitates vnguibus munitæ, quas ὄνυχες Græci vocant, & plicaturam habent, Ariſtoteli κάμπην dictam, vbi ſcribit, pedum digitos μονοκάμπτους eſſe. Cæterùm conſtant ex tribus oſſibus, totidemq; articulis nectuntur, vt ex hiſtoriâ oſſium patebit: vna tamen curuatura eſt, quæ cæteris manifeſtior paulò, & propter quam fortaſſe Philoſophus μονοκάμπτους appellauit.

Planci.

l. 1.1.1. 7.8.9. 10.11.

## CAPVT VII.

### *De humani corporis figura, & magnitudine: tum quo pacto hæc ſecundum ætatem, ſexum, regiones, & morbos differat.*

VIDIMVS hactenus ea, quæ ad partium externarum appellationes ſpectare videbantur, à quibus antequam diſcedamus, quæ tum totius corporis figura ſit, ac magnitudo, tum ſingularum etiam partium inuicem proportio: & quâ ratione iuxta ætates, ſexum, regiones, ac morbos differat, intueamur. Multæ enim ſunt, & extra, & intra corpus figurarum ſpecies, ſi Hippocrati, lib. de veteri Medicina, credimus, quæ inter ſeſe quod ad affectiones pertinet, tum ægroto, tum ſano, maximopere differunt, quæ omnia (eodem præcipiente) noſſe oportet quomodo diſcrepent, quo cauſas ſingulorum cognitas probe obſerues.

Figura humani corporis.

Quænam autē ſit *Figura* totius corporis, quadratane, an circularis, aut neutra, merito dubitari poteſt. Nam qui hominem εὐσαρκον, & ad naturæ leges conformatum τετράγωνον appellant, ſiue quadratum, illi quadratam iam figuram humano corpori aſſignare videntur. Qui verò, quòd vmbilicum videant medium eſſe corporis, ac veluti centrum, à quo ad extremitates ſurſum deorſumq; æquales ducuntur lineæ, circularem figuram tribuunt, ſub rotundâ comprehendere videntur. At enim, cum illi truncum tantùm corporis intelligant, hi verò malè concluſionem inducant: relinquitur, neutri opinioni ſubſcribendum eſſe. Nec enim certè ſimplex figura eſt, ſed ex

 variis

variis externarum partium figuris compoſita: neque nomen vllius figuræ eſt; quod huic commodè tribuas, niſi forte humanam figuram dicere volueris, quin imo hæc ipſa quoq; determinari neutiquam poteſt, cum ad arbitrium voluntatemq; cuiuslibet, ſingulis quaſi temporum momentis mirificè varietur, eiuſmodi mutationes σχηματισμοὺς appellauere, & eos qui ſe in varias hoc pacto figuras commutant, σχηματίζειν Veteres dixerunt. Rectè ergo concluditur, certam figuram humano corpori tribui nō poſſe, ſed veluti Promethea in omnes eſſe omnibus momentis variabilem.

*Figurarũ corporis mutationes quãtum ſcire referat.*

Cæterùm has figuras, cum in aliis plurimis artibus, tum vero in medicâ ad vnguem noſſe ita refert, vt planè neceſſarium ſit, non tantum ad perfecte cognoſcendos morbos, ſed & eorumdem euentus prudenter prædicendos, & feliciter curandos. *Ad cognoſcendos* quidem *morbos*, quod luxata oſſa fractave non aliter ferè pateant, quàm quia figurari illa membra, ad quæ pertinent, vt decet, non poſſint. *Ad prædicendum* verò quantum valeat, expreſſit ſatis Hippocrates in Prognoſticis, vbi figuram hominis ſani decumbentis deſcribit, & ex ægrorum decubitu quid ſperandum metuendumve ſit docet. *In curatione* autem luxationum, & fracturarum, qui medias figuras ignorauerit partium omnium, omnium doctiſſimorum conſenſu fruſtra laborat. Atq; hæc de figurâ.

Magnitudo humani corporis.

*Magnitudinem* quod ſpectat, ea triplex eſt, pro triplici genere dimenſionum, longitudine nempe, latitudine, & profunditate. Hæ autem, vel in debite proportionati mediocritate conſiſtunt, vel ab ipſa declinant in exceſſum aut defectum, qui rurſus vel maior, vel minor eſſe poteſt. Sed vt animo perfecte comprehendantur, ante omnia explicare oportet, quæ magnitudo homini eſſe ſoleat, ſi omnibus numeris Naturæ legibus ſit ſatisfactum, vt corpus habeamus, ad quod veluti ad Polycleti quandam ſtatuam cætera omnia expendantur. Sic enim nullo negotio intellexerimus, qui longus aut breuis, qui craſſus aut gracilis, qui latus aut anguſtus ſit vocandus.

Magnitudo proportionati corporis.

Tale autem hîc *in Europa noſtra* æſtimabitur, quod in *longitudine* quidem ſex pedes Geometricos conficit, in *latitudine* autem & *craßitie*, vnum tantum cum tertia parte: ab hac proportione qui iam declinant, Improportionati dicentur. Quamquam non ita ſtrictis terminis hic ipſe exceſſus defectuſve debeat definiri, quin illi, qui parum duntaxat ab illâ exactâ regulâ diſcedant, adhuc proportionatorum in album referantur.

*Longus qui dicatur.*

*Longus* ergo hac ratione erit, qui ſeptē, aut paulò minus, pedes conſtituat in longitudine: cæterum latitudine & craſſitie conformis optimè proportionato corpori fuerit.

*Paruus.*

*Paruus* contra, qui à ſex pedibus deficiat in longitudine, in cæteris dimenſionibus corpori proportionato reſpondeat.

*Craſſus.*

*Craßi* ſimiliter ſunt, quibus cum longitudo debita ſit, vt ſex quidem pedes comprehendat; tamen diameter latitudinis plus, quàm vnum conficiat: aut ambitus etiam, ſeu circumferentia thoracis, vel infimi ventris, plures quàm tres pedes contineat, cum in proportionato corpore tres exacte æquet, adeoq; æqualis ſit dimidiæ longitudini totius corporis.

*Gracilis.*

E diuerſo ſi hos nondum attingant, *Graciles* dicentur, cuiuſmodi Hippocrates in Epidemicis φθινώδεας appellat, & tabi admodum obnoxios ſtatuit. Cæterum magnitudo hæc, etſi à nobis ſic definita ſit, quòd vt plurimum talis eſſe ſoleat: vſque adeò tamen inæqualis eſt, vt penes ætatem, ſexum, regiones, & morbos, maximè differat.

Differē-

Iuxta *ætatem* ſanè, cum alia ſit magnitudo infanti, alia puero, alia adoleſcenti, alia

iuueni,

*Pygmæi.* vulgus,quod ex omnibus orbis partibus confluxit,promiſcuum eſt.
*mæis* dicendum erat,qui παρὰ πυγωνος dicti,à ſtatura,qua vlnam non
ego Poëtarum fabulas eſſe crediderim, pro quibus tamen Ariſtotel
vult,ſed veram eſſe hiſtoriam 8.hiſt.animal.12.aſſeuerat.Ego quo mi
tum authoritate primùm doctiſſimi Strabonis 1. Geograph. coactus
ſimum nunc moueor,quòd noſtro tempore, quo nulla mundi pars
rum induſtria non perluſtrarit,nihil tamen vnquam ſimile aut viſum
Accedit quòd Franciſcus Aluares Luſitanus,qui ea ipſa loca peragra
riſtoteles Pygmæos eſſe ſcribit , nempè per quæ Nilus in Ægyptu
men tam paruam gentem à ſe conſpectam tradidit, ſed populum eſſe
ræ,& Æthiopes tradit.

4. *Morbi.* Tandem & *Morbi* corporis magnitudinem variant, cum viſi ſint,
tana in gigantæam molem erexit:nec credo quiſquam eſt, qui ignor
tonii Antverpienſis,qui noſtra adhuc ætate vixit,& cum puſillus adr
lis in lucem prodiiſſet,illico puer ex morbo in maximum gigantem
di tales à Græcis ἐκτράπελοι vocantur, in quibus latet vitium,quod
mentum,cum immatura morte accerſit.Fuit enim Salamine Euther
tres cubitos intra triennium adoleuit. Sed homo inceſſu tardus,ſe
poſtea factus,ſubita membrorum contractione abſumptus eſt, vt n
dem modo,nec adhuc pubertatem attingens Cornelii Taciti, nobil
tiſque Romani filius, diem ſuum miſere obiit. E diuerſo & *Nanos* fi
ex morbis compertum eſt, quoties ſuperiores partes ad iuſtum aug
unt:brachia verò,& crura,tenera & parua manent, quemadmodum
non reſtitutis ſolet accidere.

*An noſtræ ætatis homines priſcis minores ſint.* Ab his antequam diſcedamus, operæpretium eſt inquirere,ver
nonnullis creditur,Veterum corpora noſtris multò maiora fuiſſe,
decreſcere.Habemus enim Homeri locum,aliorumq; Vatum,qui d
tura conqueruntur,ad quem alluſit Iuuenalis Poëta,Satyrâ 15 cum i

*Nam genus hoc viuo iam decreſcebat Homero,*
*Terra malos homines nunc educat,atq; puſillos.*

Et profectò,ſi qua fides hiſtoriis eſt,*corpus Oreſtis*, quod oraculi iuſſu
ſeptem cubitorum fuiſſe creditur,qui apud Romanos pedes confic
lio duodecim,cum quadrante.Quin imò *in Creta* quoque,Plinio ſc
tu rupto monte inuentum eſt corpus quadraginta ſeptem cubitoru
rionis,alii Oeti fuiſſe exiſtimarunt.In hac re,vt antea ſtatui, ſic puto
eſſe,determinatam humano generi magnitudinem exactè non eſſe
tate,morbo,ſexu,& imprimis regione plurimum differre. Quamc
Græcos olim maiores fuiſſe,ſed coloniis in Græciam ductis, cum al
*Obſeruatio.* ſe,& ſic minores ſibiipſis poſtea viſos fuiſſe. Nam & ego memini,i
res multò fuiſſe homines,ac proceri oris ſtaturæ, quam nunc ſunt,
hæc bella,quæ Batauí gerunt,plurimæ quaſi coloniæ ductæ, maxim
exteris commixta fuerit. Cæterùm, quæ de Oreſtis corpore reſ

tiant,quatuor æquales lineas requirit. *Prima* eſt,quam faciei lineam vocab
imo mento ad ſupremam frontem pertingit. *Altera* eſt,quam occipitis dice
vertice,vſque ad colli primam vertebram ducitur. *Tertia* eſt frontis, ab v
rum ad alterum excurrens. *Quarta* denique,ab imâ aure, (quo loco pro
mammillares,) ad ſyncipitis elatiorem partem perducta. Hæ quatuor linea
inuicem ſint, *Caput proportionatum* vocetur; ſin ad inæqualitatem quandan
uerint,tantùm à iuſta & naturali conſtitutione ab eſſe, quantum ad hanc
propius,dicantur.Si enim ex his lineis,ea quæ faciei eſt,longior fuerit, Ca
dicetur:ſin breuior,*breuius*.Si frontis linea longior cæteris, caput *Latum* eri
tii,caput *Acuminatum*. Si omnes æquales, *Rotundum*, & *Naturale*; ſi omnes
erunt,aut quædam,& plures,orietur illa capitis forma, quam φοξὸν voca
crates,& Galenus. Sunt igitur capita quædam longa,quædam lata, alia acu
lia rotunda,alia φοξὰ.Talia autem fiunt,vel ratione regionum, vel victus,a
accidentium.Et ratione quidem *regionum*,olim longa capita habebant Ma
propterea dicti,qui teſte Hippocrate,lib.de aëre,aquis, & locis,faſciis inf
pita nimium ſtringebant. Lata hodiè, vt audio, habent Moſcovitæ,quòd i
arte faciem explanent;ad omnia flecti in tenerâ ætate aptiſſimam. Rotunda
Antverpienſes:magnâ ex parte Bruxellenſes etiam puellæ, niſi quòd acum
ſit mentum.Alta capita,& acuminata habent Genuenſes ferè,& Belgæ, à fa
liter,quibus infantes nimium ſtringunt.Germani ferè breue caput obtinen
dorſo ſemper in cunis incumbant. Ratione *Victus*, olim meminit Hippocr
capitum oblongorum,quæ dicit talia fieri ἀπὸ τῶν διαιτέων,à ratione victus
bantur admodum tenui,vnde temporalibus muſculis exſiccatis, caua fieba
ra,ſicq; longiora videbantur,proportionata capitis latitudine decedente.

*Colli figura. Longitudo.*

COLLVM, ſi quis naturalem eius *figuram* deſideret, teres eſt: ſed *magnitudinem* non vbique obſeruat æqualem. Nam quod ad *Longitudinem*, *anterior* eius pars, quæ à mento ad iugulum pertingit, quatuor Geometricas vncias continet: *poſterior*, à fine occipitii, ad primam vſque thoracis vertebram, tres: at *laterales partes*, ab aure infimâ, ad ſummum vſque humerum, ferè ſeptem vncias conficiunt. *Latitudo* colli, ſiue Diameter, quatuor vnciarum eſt: at *Peripheria*, ſiue circumferentia, pedis vnius. Ex his facilè intelligitur, quod collum *tenue aut craſſum* dicatur apud Hippocratem, in quo elegans locus eſt 6. epid. ſect. 1. vbi de iis, qui φοξοὶ ſunt, ſiue caput habent acutum, differens: ſiquidem, inquit, validam obtineant ceruicem, robuſti erunt, cum aliàs, tum præcipuè in oſſibus. Prudentiſſimè verò diuinus Vir, vt cætera, id addidit, cum quales ſunt colli vertebræ, tales & thoracis, & lumborum, & oſſis ſacri, meritò eſſe conſueuerint. Quibus igitur colli vertebræ craſſæ, iis quoque & lumborum, & thoracis craſſæ eſſe debent, reliquaque oſſa omnia, niſi natura monſtroſi aliquid parere cupierit. Rurſum cum cæteræ partes omnes oſſium magnitudini reſpondeant, ita vt muſculi magni ſint, quo magnis oſſibus mouendo eſſe poſſint: & venæ magnæ, atque arteriæ, & nerui denique vt magnis muſculis alimentum ſufficiens, calorem debitum, & animalem ſpiritum abundantem tranſportent: profectò rectè concluditur, eos qui validam ceruicem obtinent, robuſtos eſſe, quia muſculos magnos validoſque acceperunt. Meminit autem Hippocrates potius colli, quàm alterius partis, ex qua robur colligatur, quòd collum ex iis ſit, quæ maximè viſui ſe offerunt; ſigna autem ſemper manifeſtiſſima eſſe debeant. Hinc patet clara expoſitio alterius loci, qui apud eundem Hippocratem habetur, ſexta epidem. ſect. ſexto, vbi Oſſium, inquit, naturam ex capite colligere oportet, deinde neruorum, & venarum, & carnium, & aliorum humorum, & ſupernorum, & infernorum. Oportet enim hanc ſententiam de proportionatis intelligere, & in quibus omnia ſibi reſpondent. Magnum enim caput, magnam ceruicem requirit, vt tuto ſuſtentetur. Ceruix magna, magnum thoracem, & hic reliquas partes maiores deſiderat: ita vt capitis magnitudinem, aut paruitatem, cæteræ partes omnes ſequantur, ſiquidem natura proportionis leges obſeruet.

*Latitudo. Peripheria.*

*Collum tenue & craſſum.*

## CAPVT IX.

### *De Figura, & Magnitudine Thoracis, ac Mammillarum.*

*Thoracis figura. Magnitudo.*

THORAX, ſiue Medius venter, *figuram* oualem obtinet. Parte enim ſuperiore, qua ceruicem tangit, anguſtior eſt: inferiore, qua infimum ventrem, latior: anterius verò in pectore, & poſterius circa dorſum, depreſſior. *Magnitudinis* autem ipſius hæc eſt ratio, ſi naturalis ſit. *Pectus*, quod à iugulo incipit, & in mucronata cartilagine terminatur, octo vncias Geometricas conficit. *Dorſum*, à pri-

à prima thoracis vertebra, ad duodecimæ finem, ſiue ad primæ lumborum initium pertinens, pedem Geometricum, vnciamque vnam obtinet: ita vt pectus dorſo quinque vnciis ſit breuius. *Latera*, à clauiculis ad extremum thoracis excurrunt, vbi mendoſæ coſtæ finiunt, vnciaſque nouem cum dimidia habent. *Peripheria* autem *thoracis*, duorum pedum Geometricorum eſt, duarumque vnciarum. *Si ſpiritum reddas, vna vncia anguſtatur: ſi accipias, duabus dilatatur.* Hæc proportio naturalis eſt: mutari tamen ſæpè ſolet, tum à natura ipſa, tum à cauſis internis; quandoque etiam ab arte, & extrinſecus incidentibus. A *natura* quidem, cum mala conformatio fit in vtero; *à cauſis internis*, cum à deſtillatione fit gibboſitas: *ab arte* denique, cum infantibus pectus nimium faſciis conſtringitur. Sunt enim cum alia recens natorum oſſa, tum imprimis coſtæ thoracis, admodum teneræ & flexibiles, vt ipſis quamcunq; velis figuram facillimè largiaris. Quanto autem ſanitatis ac vitæ diſpendio plæræq; matres infantum ſuorum pectora anguſtent, imprimis Anglia edocebit, regio, quæ peruerſam hanc faſciandi rationem vtplurimum ſequitur, quo fit vt maxima hominum pars, tabe & deſtillationibus ibi conficiatur. Ineptum etiam eſt, & vltra fidem pernicioſum illud ſtudium, quod ferè Virgines adhibent, vt iunceæ videantur, loris, & mortifero artificio pectus in anguſtias cogentes, ignaræ, ſe anguſtando thoracem, ianuam tabi, marcorique aperire. Quibus enim ſtrictior eſt thorax, ii ſanguinis ſputo, & deſtillationibus, partiumq; in thorace contentarum inflammationibus neceſſario redduntur opportuni, cum pulmones talibus maximè incaleſcant. Nam cum reliquum corpus proportionem ſuam, debitamq; magnitudinem retineat; thorax autem anguſtior fiat, plus ſanguinis circa pectus colligitur, quàm aut idem digerere, aut à ſeſe poſſit propellere, vnde in cauitatibus illis ſtabulans (præſertim verò Venæ arterioſæ, & Arteriæ venoſæ) in multorum morborum cauſam degenerat. Accedit, thoracem ipſum compreſſum multo imbecilliorem fieri, vnde ſanguis calidior eo affluens, vel ibi hærens, acrior redditus, facillimè vaſa erodit, neque ſe defendere natura iam amplius poteſt. Hinc non immerito tales ſalsè ridentur à Terentio in Eunucho, dum ſic inquit:

*A quibus cauſis mutetur proportio Thoracis.*

*Quam pernicioſum ſit nimus ſtringere infantũ Thoracē.*

> *Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum: quas matres ſtudent*
> *Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient.*
> *Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt; deducunt cibum,*
> *Tametſi bona eſt natura, reddunt curuatura iunceas.*

Mihi ergo earum gentium conſuetudo cumprimis arridet, (quã & Venetiis obſeruari cernimus) quæ latum potiùs, quàm anguſtum pectus; craſſum, quàm tenue exoptat, & propterea infantum thoracem, leui faſciã inuoluit magis, quam ſtringit.

In pectore ſitæ ſunt *Mammæ*, quæ ratione ſexus, & ætatis, maximè differunt, item ratione morborum, aliorumque accidentium corporis. In *Viris* enim non attolluntur, quod glandulas vix habeant: in *Mulieribus* globi inſtar decenter prominent. *Virginibus* etiam, antequam ad pubertatem accedant, vix præter papillas aliquid compareret; at vero cum aptæ conceptui fiunt, ſenſim excreſcunt. *Vetulis & extenuatis*, oblongæ fiunt, turpiterque dependent, abſumptis cum pinguedine glandulis, ſolaque cute reſtante: *pinguibus* contra turgent, & quandoque in inſignem molem aſcendunt.

Mammarum magnitudo.

*Mulie-*

*Mulieribus* etiam *ventre gerentibus*, incrementa ſumente fætu,& cum hoc vtero, ſenſim augentur,vt partus tempore inſtante ſatis tumidæ videantur. Quamobrem qui *mammarum decentem magnitudinem* ſcire voluerit, Virgines aſpiciat adultæ ætatis, & quæ corpus habeant ſtaturæ decentis. his enim attolli in eam ſolent magnitudinem, vt manu ſuâ commodè vndiq; tegantur. Ab hac quæ diſcedunt, maiores, vel minores dicentur,prout ad exceſſum,vel defectum declinent. Atque hæc Medico prudenti diligenter conſideranda ſunt,vel ideò,vt iudicium accuratum de nutrice bonâ ferat, cum monente Moſchione, mediocres mammæ in bona nutrice ſemper eligendæ ſint.*Grandes* enim, lac copioſum non generant,eodem auctore: *parua* autem frigiditatem denotant,& ſteriles fæminas,vt vitari debeant tales ab iis, qui coniugium liberorum procreandorum gratia ſuſcipiũt.

*Qua nutrix eligenda.*

Papillarum magnitudo.

*Papillæ*, ipſum quaſi centrum mammarum conſtituunt,admodumque & ipſæ variant. Virginibus enim leuiter prominent, & fragæ inſtar rubent: *lactantibus*, ob ſuctionem infantis exſeruntur,& liuent: *effætis*, oblongæ fiunt, nigricantque. Has iubet inſpicere Hippocrates,6.epidem.ſect.5. ſi de vteri affectibus iudicare velimus. Si enim papillæ,& quòd in iis rubet,palleſcat,morboſum eſt,inquit, ἀγγεῖον, ſiue conceptaculum,& vterus.

## CAPVT X.

### *De proportione Infimi ventris, & Pudendorum vtriuſq; ſexus.*

*Vmbilicus centrum imi ventris.*

Magnitudo imi ventris.

INFIMVS VENTER, qui naturalem debitamque ſeruat proportionem, *Vmbilicum habet in ipſo medio veluti centrum*, æqualiter ab omnibus extremis diſtantem. Eadem enim *longitudo eſt*,& quidem ſex vnciarum,ab ipſo ad vſque mucronatam cartilaginem ſurſum;ad pubis oſſa deorſum;ad lumborum,atque oſſium ilium extrema, verſus latera. *Peripheria* autem, ſeu totus ambitus, duos Geometricos pedes cum duabus vnciis,adeoque vncias viginti ſex efficit: *at diameter*, quæ ab vmbilico ad dorſum ducitur,præter propter nouem,vel decem. Cæterùm hæc proportio magnitudinis diuerſimodè variatur à cauſis,tum naturaliter,tum præter naturam incidentibus. *Secundùm naturam* quidem,vt à cibo,& potu,à fætu in vtero contento, à nimia pinguedine. *A cauſis præter naturæ* inſtitutum accidentibus,vt flatibus, in tympanitide; aquâ, in aſcite: tumore, in lienis affectibus. Contra quandoque venter attenuatur in inediâ,in alui fluxibus diuturnis,aut vehementibus,in quibus ita decreſcit ſæpe numero,vt tumorem illum circa vmbilicum,de quo diximus, Venter deperdat, & ad dorſum veluti retractus videatur, id quod ſæpiſſimè conſueuit fieri à ſuperpurgationibus,longis item diarrhæis, & dyſenteriâ. Atque in talibus caute omnino agendum eſt cum purgantibus,quandoquidem facillime lædantur, & exſoluantur. Liberius validiſſima quæque offeruntur,ſi vel morbus, aut natura ægri requirat, iis, qui ventrem mediocriter protuberantem habent. Et huc reſpexiſſe puto admirabilem Hippocratem,cum lib. de veteri Medic. circa finem, Medico prudenti cognoſcendas, & conſiderandas eſſe inquit, κοιλίας μακρὰς, καὶ στρογγύλας, ventres longos,& teretes. Ex figurarum enim inſpectione cognoſcimus prompte, qui apti ſint ad helleborum, & alia

*A quibus cauſis proportio varietur.*

Nota.

alia generoſiora purgantia aſſumenda. Quibus enim partes in abdomine contentæ fortes ſunt, beneq; conſtitutæ, tuto purgari poſſunt; quibus contra tenues, periculoſe medicamenta accipiunt. Et hoc illud quoque eſt, quod aphoriſmo trigeſimoquinto ſecundæ ſectionis legimus, melius eſſe in omni morbo, partes circa vmbilicum & pectinem craſſitudinem habere: at vehementem tenuitatem & eliquationem prauam eſſe. Periculoſam enim vel ad infirmas purgationes exiſtere. *Mulieres* quæ amplo valdè ſunt ventre, admodumque protuberante, vt venter ad coxas dilabatur, ineptæ ſunt ad conceptionem. His enim vteri os à pinguedine omenti, ex 5. aphor. 46. comprimitur, & ſteriles fiunt, nec priuſquam attenuentur, concipiunt. *Paruus venter* ab Ariſtotele in phyſiogn. inter primaria loca, ex quibus ſapientiæ decor in homine apparet, refertur. Apud alios *venter cauus, & exſuctus*, inuidum denotat, & ſordidum: *rotundus*, ſiue potius teres, ſobrium: *longus*, ſegnem & voracem: *prominens*, ſomniculoſum, pigrum, & ſtupidum: quibus autem *vmbilicus* admodum *protuberat*, inter ſalaciſſimos referuntur.

Pudendorum quoq; in vtroq; ſexu proportio tenenda eſt, vt de ſterilitate, vel fœcunditate iudicium ſit clarum. Atque vt à *Virili* initium ducam, vbi id erectum eſt, in homine ætatis adultæ, ſex vncias obtinet in *longitudine*, quatuor in *ambitu*, ſeu peripheria. *Maior mentula*, vuluam potius replet magnitudine, quàm vterum fœcundo ſemine. Eſt etiam ineptior ad Venerem, quam neq; animoſe aggreditur, nec diu ſuſtinet, victis pondere muſculis, qui rigidam haſtam tenent. *Parua* contra, & ſalacior eſt, & fœcundior, quia titillando ceruicem vteri, magis prolectat fœminarum ſemen, & diutiſſimè pugnam perfert. Eſt & aliud incommodum, quod longa mentula ſecū trahit, cum fœminas vterinæ ſuffocationi obnoxias reddat, quòd ligamenta vteri, ceruicem nimium in coitu elongando, admodum laxet.

Pudendorum virilium proportio. *Magna mentula.* *Parua mentula.* Obſeruatio.

Pudendi muliebris proportionem, plerumque ab ore licet deſumere. Quibus enim os, & oculi magni ſunt, iis quoque amplum eſt pudendum: obſeruatumque eſt à me multiplici experientia; omnibus craſſis, & pinguibus, mammaſque, & ventrem amplum habentibus, amplas quoque eſſe vuluas. Contra, quibus mammæ depreſſæ, aut paruæ, os quoque paruum, mentumque acutum, & labia parua ſunt, ſtrictam eſſe, & anguſtiorem vuluam. Quibus ſtricta ergò ſunt genitalia, viros quidem delectant magis; at pariunt faciliùs quibus ſunt ampla. Cæterùm narrat Conſaluus Ouiedus in hiſtoria Indica, Vrabenſes fœminas vuluam habere anguſtiſſimam, vt ægerrime viros admittant, quod ipſis tamen, puto, arte potius, quam naturæ beneficio contingit, cum ſciam duabus maximè rebus incumbere, paruis puta mammis, nec pendentibus, & anguſto pudendo. Nec mirum id cuiquam videatur, cum in hiſce quoque regionibus familiare id admodum ſit ſcortis noſtris, vt arte peſſariiſque adſtringentibus, ceruicem vterinam ſibi reddant anguſtiorem. Has matronæ nonnunquam etiam honeſtæ imitantur, cum mariti ex lupanari redeuntes, de coniugum laxis genitalibus conqueruntur, quas ſtrictas alibi inuenerint, ignaræ in quæ pericula ſe coniiciant, cum menſtruo ſanguini primum viam, deinde fætui ianuam claudant, & ſeipſas demum in mortem præcipitent, quod ſæpe cum mortuo, ob anguſtiam exitus, fætu, ſimul ipſæ miſerè animam exſpirare cogantur. Et hæc pericula maximè eueniſſe iis vidimus, quæ cum alias ſtrictam haberent vuluam, in gratiam mariti anguſtiorem

Pudendorum muliebrium proportio. Obſeruatio. *In Italia.*

D ſtiorem

ſtiorem arte reddiderunt: ſed miſeræ, inepti & temerarii conſilii infelices pœnas capite tandem luerunt, & voluptatem mariti improbam, triſti amaritudine condierunt.

## CAPVT XI.

### *De mutua Artuum inter ſe proportione.*

Proportio artuũ. RESTANT ARTVS, ſiue Manus, & Pedes, quæ hanc inter ſe *proportionem* habent, vt quibus longi ſunt pedes, iis quoq; brachia, ſiue manus ſint longiores. Dextræ tamen partis artus, ſiue manus ſint, ſiue pedes, ſiniſtris ſemper robuſtiores ſunt, & craſſiores, quod ſolet contingere ob exercitia, & motum corporis, quæ magis dextra, quàm ſiniſtra parte perficiuntur. Hinc contra fit, vt iis ſiniſtræ partes craſſiores ſint, qui læua vtuntur, & ambidextri ſunt. *Præter naturam* tamen hæ partes quoque craſſiores fieri poſſunt, vt in tumoribus: vel tenuiores, ſi impediatur alimenti ſufficiens affluxus, vt in luxatis non reſtitutis ſæpe contingit, maximè ſi ipſis adhuc pueris aut adoleſcentibus hoc malum eueniat. Pedes ergo & brachia in corpore proportionato æqualia ſunt: hoc eſt, tanta eſt longitudo ab oſſe pubis, ad calcanei vſque extremum, quanta ab alâ, vſque ad medii digiti extremum apicem. At quanta pedum longitudo eſt, tanta quoque trunci eſſe ſolet, ſiue ſuperiorum partium, vt Ariſtoteles loquitur, hoc eſt, diſtantia inter oſſa pubis, & capitis ſupremum verticem. Quamobrem *crus proportionati corporis*, tres continebit pedes, cum totum corpus ſex conficiat, vt ſuperius dictum eſt. Si conſueta menſura efferre libeat, trigintaſex vncias Geometricas dicemus. Ab hac menſura qui deficient, aut excedent, breuiora, aut longiora crura habebunt. Obſeruatio. *Notandum* autem corollarii loco hic eſt, obſeruatum à me multiplici eſſe experientia, eos qui longos habent pedes, vtplurimum aluo eſſe fluentiore. Obſeruandumque propterea id diligentius eſt, vt cautiores ſimus in præſcribendis purgantibus, nec validiora talibus offeramus, quos facilè in pericula coniicere poſſumus.

FINIS LIBRI PRIMI.

ADRIA-

xus fuerit. Nam quod in tentoriis præſtant pali, in ædibus parietes, id nimirum in animalibus oſſium ſubſtantia eſt. Ad horum enim imitationem, Galeno docente, 1. de Anat. admin. 2. cætera quæque in animante effingi mutarique ſolent, vt ſi caluaria quidem rotunda ſit, cerebrum quoque neceſſario tale fiat; & ſi oblonga, talem quoque figuram huic ipſi animali cerebrum induat. Iam verò ſi maxillæ paruæ, facieſque tota exiſtat rotundior, neceſſariò quoque ipſorum muſculi protinus parui erunt: aut ſi longæ, longa ſtatim eiuſmodi animali tota erit facies, eiuſque muſculi tales comparebunt. Quamobrem profectò non ſolum ad apprehendendam cæterarum partium naturam, ſed etiam ad retinendam felicius, abſolutam oſſium doctrinam cæteris omnibus præmittere, neceſſarium videtur. Antequam tamen ad ſingulorum hiſtoriam accingamur, nonnulla in genere de oſſibus conſiderabimus, imprimis quid ipſum Os ſit, quos vſus præſtet, & quas habeat differentias. Os ergò, Græcis ὀςέον, & contractè ὀςοῦν dicitur, vnde & Latini ſuam fortaſſe mutuarunt vocem. Dicitur autem ὀςέον, quaſi ςερεὸν, ab adiuncto proprio, quod firmiſſima ſunt ac duriſſima in noſtro corpore ſubſtantia: vel παρὰ τὸ ἵςαϑαι, ab officio opinor, quia (vt eleganter Hippocrates noſter) τῷ σώματι ςάσιν, καὶ ὀρθότητα, καὶ εἶδος παρέχοντα, toti corpori ſtabilitatem, rectitudinem, & formam exhibent. Eſt autem [a] Os, ſi definitionem eius quæras, *pars noſtri corporis ſimplex, omnium duriſſima ac ſicciſſima, ad ſtabilimentum cæterarum partium creata.* Dico os eſſe partem *ſimplicem*, intelligendo incompoſitam, & ſimilarem, ſiue, vt Ariſtoteles 1. hiſtor. anim. 1. loquitur, ἀσύνθετον, καὶ ὁμοιομερῆ. Corpus enim noſtrum ex partibus conſtat duplicibus, quarum aliæ ſunt ſimilares ac ſimplices, aliæ diſſimilares & compoſitæ. *Simplices* vocamus, os, neruum, venam, arteriam, cartilaginem, membranam, & denique cutim, non quidem quod reuera tales ſint (conſtant enim ex materia & forma, tum ex quatuor elementis, imò vero ex fibris & propria ſubſtantia inuicem intertextis) ſed quia ſimplices ad ſenſum apparent, neque in alias ita facile diuidi poſſunt, quemadmodum quæ diſſimilares vocantur. Quamcunque enim in ſimplicibus partem diuellas, eandem ſemper inuenies cum reliquis, vt quæcunque fruſtula oſſis, & ſint, & dici oſſa poſſint, omnes item nerui cuiuſuis particulæ, nerui merito cognominentur. Hæc cauſa eſt, cur ab Anatomicis ſimilares partes appellatæ fuerint, quamquam mea opinione, rectius fortaſſis conſimiles dicerentur, ſi Græcæ vocis ὁμοιομερὲς proprietatem tueri velis, quæ partem ſibi ſimilem ſignificat. Nam ſi accuratius rem omnem luſtremus, ſimile profectò à ſimilari plurimum differt, tantum puta, quantum denominatiuum quodcunque à re vnde denominationem hauſit. Sic differt angulus ab angulari, annulus ab annulari. Dicitur etiam Os ſimplex à nobis, ne erremus ob æquiuocationem vocis oſſis, intelligentes ſimul ea, quæ oſſibus iungi ſolent, vt cartilagines ſunt, & ligamenta, ac perioſtium, quo pacto Medici communiter ſumunt, cum inquiunt, oſſa ex ſuo loco excidiſſe. Os ergo à nobis definitur, quod ſimplex eſt ſubſtantia, & ab aliis omnibus libera, ac nuda. hanc dicimus eſſe *duriſſimam ac ſicciſſimam*, ad differentiam earum partium ſimplicium, quæ in noſtro corpore reperiuntur, & duræ ſunt ac ſiccæ, ſed non æquè duræ ac oſſa, quæ omnium ſunt duriſſima. Cæterùm cum cartilagines quoque nonnunquam duræ admodum fiant, imo temporis progreſſu etiam in oſſa degenerent, propterea in definitione, vſum finemque oſſium addi-

Os.

Oſſis definitio.

*Partes corporis duplices.*

*Similares partes rectius conſimiles dicerentur.*

*a, Huc pertinent omnes figuræ ſecundo libro dicatæ.*

addidimus,qua ipſa à cæteris ſimilaribus partibus quàm maximè ſeparantur,dicentes, *oſſa ſtabilimentum,ac fundamentum omnibus partibus largiri.* Hic enim oſſium vſus *primarius* eſt,maximeq; generalis,quē & ꝓpterea Galenus ſæpe inculcat,ſed imprimis 1.de anat. Admin.1.quē locum modo in mediū adduximus.Non tamē hic vſus ita vniuerſalis eſt, atque communis omnibus,quin multa in corpore reperiantur oſſa,quibus hæc ſuſtinendi corpus prouincia minimè competere videatur,cum nec dentes, nec iugale os quicquam ſuſtineant,ſed illi potius cibis incidendis,hoc temporali muſculo muniendo ſit præfectum.Quamobrem præter generalem hunc vſum, alii quoq; erunt, iique *particulares,* quorum & mentionem diuerſis in locis idem Galenus iniicit. Ac *primus* quidem eſt,vt ſint firmamenti loco ac tutelæ ſubiectis partibus, quo pacto cranium cerebro inſeruit,os iugale temporali muſculo;coſtæ, partibus vitali facultati deſtinatis, vertebræ,ſpinali medullæ. *Alter* vſus eſt, adiuuare melioremve reddere actionem alicuius organi.ſic patella in genu ambulationem,oſſa ſeſamoidea in digitis manuum apprehenſionem perficiunt,dum ſcilicet hos articulos firmant, ne in motu extra ſuam ſedem labantur.*Tertius* eſt apprehenſio,quem vſum præſtant dentes, tum qui cibum incidunt,vt inciſorii;tum qui frangunt,velut canini;aut comminuunt, tanquam molares.Eſt autem maxima oſſium differentia inter ſe, quas vt omnes inueſtigamus, ea quæ ſingulis partibus compoſitionem quandam habentibus accidere ſolent, ordine intueamur.Primoque *Temperamentum* ipſum, quod etſi omnibus oſſibus citra diſcrimen frigidum,& ſiccum contigit,vnde omnia quoque dura ſunt,ac firma: alia tamen aliis multo ſunt ſicciora durioraque, nec tantum ratione ætatis, ſed & ſexus, & morborum,& oſſium denique inter ſe in homine adulto. Ratione enim *ætatis*, puerorum oſſa mollia admodum & humida ſunt,ſi conferas cū oſſibus ſenioris: quin imò plæraq; cartilagines potius,aut membranæ, quàm oſſa vera videri queunt, donec progreſſu tandem ætatis ſolidiora & ſicciora,ab interno calore indurata, fiant. Signo eſſe poſſunt primùm in lucem editi infantes,qui hac de cauſa pedibus inſiſtere nequeunt,ſed vacillant.Hoc monſtrabit idem lallans, nequienſq; proferre articulata verba eorundem lingua,donec hyoidis os, quòd baſis inſtar,linguæ & muſculis eius ſubſternitur, ſiccatum firmiuſq; redditum fuerit. Sicciſſima è diuerſo ſunt oſſa decrepitorum, in quibus cartilagines quoq; in oſſium naturam perquam multæ ſæpe degenerant. *Virorum* quoq; oſſa duriora eſſe fœminarum oſſibus ſummus naturæ genius Ariſtoteles, 2.de part.anim.9.prodidit.In *calidis* autem morbis,ardentibuſq; febribus,ſic exſiccari vt ferè lapideſcant,experientia demonſtrat. Sed enim, & *in homine adulto* ſi inuicem conferantur,duriſſima quædam inuenientur eſſe; vt oſſa temporum petroſa, quæ à nimia duritie petris ſimili cognomentum acceperunt;& tria auditus oſſicula, os item femoris,tibiæ,humeri,cubiti & radii: quædam contra molliora, vt oſſa digitorum: quædam reſpectiue molliſſima,cuiuſmodi ſunt vertebræ,oſſa carpi, tarſi, & denique omnes epiphyſes.Nonnulla extrinſecus obducuntur duriſſima cruſta,intus verò mollem laxamq; ſubſtantiam coërcent,quemadmodum cranium duplici lamina inueſtitum:plurima contra ſimplicem tantum habent ſubſtantiam, vt os femoris, aliaque duriora.Ratione *figuræ*, magna eſt differentia oſſium. Alia enim triangulum referunt,vt ſcapulæ oſſa: alia quadrangulum, vt duo oſſa ſyncipitis: nonnulla pentago-

*Vſus oſſium. Primarius,& maximè generalis.*

*Particulares.* 1. 2. 3.

*Differētiæ oſſiū. A temperamento.*

*A figura.*

num,vt os occipitis. Cubi formam refert, os cyboides: nauiculæ, os nauiculare dictum: clauis antiquæ, oſſa clauicularum. Stapedis, mallei, & incudis, tria auditui inſeruientia oſſicula, quibus & propterea hæc nomina impoſita. Sunt & alia, quæ quòd ſeſami ſemen referant, ſeſamoidea ſunt appellata. Fibula quoque denominationem accepit ab acu fibulæ rectæ antiquorum, quam repræſentat tibiæ iuncta. Reperiuntur etiam oſſa quæ curua ſunt, vt coſtarum oſſa: item quæ υ Græcorum referunt, vt os illud quod linguæ radici præfigitur, proptereaq; ὑψιλοειδὲς dictum. Nonnulla multarum figurarum ſunt, vt os quod communiter cuneiforme, à ſitu inter alia oſſa, ſed πολύμορφον multiforme, à figurarum multitudine, quas habet, nuncupatur. Multa quoque ſunt oſſa, quæ figura carent, qualem quidem recenſere liceat inter Geometricas, aut aliarum rerum formas: figuram tamen habent propriam, vt os femoris, humeri, cubiti, quia habent figuram quæ ſoli femori, humero, aut cubito competit, non alteri oſſi. Nec tamen figura in toto oſſe ſemper ſpectatur, ſed etiam in partibus, vnde factum eſt, vt ſæpe à partis figura totum os nomen mutuarit, quemadmodum ſecunda vertebra ab Hippocrate *dens* dicta, quia proceſſum habet, qui denti quoquo pacto aſſimilari queat. Sic proceſſus, ſinus, & ceruices quædam ſua nomina habent. Proceſſus enim qui ſtylum refert, στυλοειδὴς, qui acui ſimilis, βελινοειδὴς, dicitur. Illi qui ſub auditorio meatu ſunt, à ſimilitudine quam habent cum mammillis μαστοειδεῖς, mammillares dicuntur. Proceſſus oſſis cuneiformis, quòd veſpertilionum alis aſſimilentur, πτερυγοειδεῖς, aliformes nominantur. Ratione *meatuum* etiam oſſium multiplex differentia naſcitur. Quædam enim inſignem cauitatem habent medulla plenam, vt os femoris, tibiæ, humeri: quædam verò ſinus tantum quoſdam, cauernulasque obtinent, ſpongiæ aut pumicis inſtar, cuiuſmodi ſunt in maiorum quidem numero, os ſacrum, corpora vertebrarum, ſternum, talus, os calcis, & denique oſſa verticis, quæ inter duas laminas ſubſtantiam ſpongiformem continent; inter minores verò, oſſa carpi, & tarſi. Nullum enim os, quod paruum eſt, inquit Galenus 11. de vſ. part. 18. medulla præditum eſt, nec vllam habet effatu dignam cauitatem, ſed quaſdam tantum cauernulas exiles, & anguſtas, idque in eum finem ſic inſtitutum eſt, ne ſi parua oſſa ampliter caua forent, debilitate animali noceant; ſi magna, ſolida grauitate ſua incõmodent. Nonnulla habent foramina quædam, eaque vel magna, vt os occipitis, vbi ſpinalis tranſit medulla, & vertebræ, item oſſa pubis, quæ inſignia foramina habent: vel parua, vti capitis plæraque oſſa, inprimis quod cribriforme dictum, ob copiam foraminum quibus cribrum exprimit: alia contra foraminibus carent. *Si ſuperficiem* conſideremus, alia oſſa læuia ſunt, vt os frontis, & duo verticis; alia aſpera, vt femoris, humeri, os occipitii, quæ aſperitates à Natura ſunt conditæ, vel ob muſculorum firmiorem exortum & inſertionem, vel eorundem tutiorem progreſſum. In *magnitudine* quoque notatu dignum reperitur diſcrimen. Sunt enim quædam oſſa maxima, vt os femoris, quod omnium in corpore maximum eſt, deinde tibiæ os, & humeri: quædam ſunt mediocria, vt oſſa radii, & cubiti: quædam parua, vt digitorum, carpi, tarſique oſſa: nonnulla minima, vt quæ ſeſamoidea appellantur, & tria oſſicula auditus. Sunt quoque alia longa admodum, at gracilia, cuiuſmodi eſt fibula, & coſtæ: quædam contra lata atque ampla, vt oſſa innominata dicta, & ſacrum, ſcapularum

*A meatibus.*

*A ſuperficie.*

*A magnitudine.*

quoque

quoque oſſa triangula,frontis,ſyncipitis, & occipitii: quædam verò ſunt craſſa, vt aſtragalus,& calcis. Ratione *numeri*, tot ſunt oſſa, quot commode partium muneribus ſatisfaciendo erant,adeoque nec plura,nec pauciora. Quamuis profectò Natura benigniſſima vnicum potius os, quàm plura exſtruxiſſet, quòd vnitas continuitaſque plurimum ad partium robur momenti adferat, ſed motus corporis impedit, qui multitudinem expoſcit. Quo nomine ipſa quoque cum plura pro vno in aliqua parte conſtituit,ſumma ſemper prouidentia cauit, ne temerè quicquam crearet, ſed vel ad morum illius partis commodum,vel ad tutum vaſorum tranſitum reſpiceret. Huc pertinere videtur, quòd quarundam partium oſſa in prima generatione plura ſunt, quæ poſtea in vnum os ætate creſcente coaleſcunt. Sic maxillæ inferioris oſſa duo ſunt in infante,tempore procedente in vnum abeunt. Occipitis tria ſunt oſſa, nonnunquam plura,quæ poſtea vnum efficiunt. Sic ſternum in ſenibus ex vno oſſe conſtat,in adultis ex tribus , in pueris qui pubertatem nondum egreſſi ex quatuor, in modo natis ex octo.Ex his autem oſſibus,quædam citò coëunt, quemadmodum ſunt occipitis & maxillæ inferioris , quæ in primo ſeptennio coaleſcunt; alia tardius, vt oſſa capitis, quæ non niſi in vltimo ſenio vniuntur, primumque fere obliteratur ſagittalis ſutura, hinc lambdoides, poſt hanc coronalis; extremum deniq; ſquammoſæ, quæ temporum oſſa cranio iungunt. Senibus enim diuturnitate & ſiccitate,non ſecus atque appendices , ſuturæ ſic abolentur & connaſcuntur, vt vix veſtigium aliquod remaneat: poſtremæ tamen ſemper ſunt temporales, nec vnquam obſeruatæ fuerunt obliteratæ reliquis remanentibus. In *ſitu* quoque oſſa admodum variant:ſed cum ſitus,& ſedem oſſis,& connexionem eiuſdem cum altero indicet, Natura quidem prouida, *ſedem* cuiq; eam largita eſt, quam expoſcebat, vt inſtituto muneri promptius ſatisfaceret. Alia ergò oſſa ſunt ſuperiora, alia inferiora, alia antica, alia poſtica.*Nexus* verò diuerſus eſt valdè,prout inſeruire debebat motui euidentiori aut obſcuro, vel etiam robur & ſtabilitatem partibus communicare.Ratione *ſenſus* nonnulla,ſed oppido quàm leuis,occurrit differentia. Soli enim dentes tactu prædití,reliqua ſenſu deſtituta videntur,ſi quidem os citra perioſtium conſideres, à quo mutuare ſenſum oſſa conſueuerunt. Quanquam profectò nec ipſi etiam dentes per ſe ſenſum habeant, ſed eum potius acceptum referant membranæ, quæ internam dentium concauitatem ſuccingit. Vt enim cætera oſſa omnia foris membranam quãdam obtinent qua veſtiuntur, quæ propterea περιόστεον dicta eſt, ita dentes intrinſecus vndiq; tenui quadam pellicula,quæ tactum exquiſitiſſimũ ipſis largitur, circumuoluuntur. Tandem *ratione temporis ſuæ generationis* oſſa differunt. Sunt enim quædam, quæ vna in vtero cum homine generantur,quemadmodum oſſa capitis, femoris, tibiæ,cubiti,radii, & plæraq; alia:quædam edito in lucem fœtu naſcuntur, cuiuſmodi ſunt oſſa carpi,& pedii omnia. Dentes quoque iam nato accedunt, ex quibus quidam celerius,quidam tardius prodeunt, nonnulli etiam in ſenio, vt ſunt illi, quos σωφρονιστῆρας,ſapientiæ dentes, Hippocrates vocauit, quod tum demum homini erumpant, cum iam ſapientiæ ætatem attigerit.Ex iis etiam quę in vtero prodeunt,nonnulla perfecta abſolutaq; in lucem veniunt,vt tria oſſicula auditui inſeruientia, cætera omnia imperfecta naſcuntur,quod vel proceſſus ipſis,vel ſinus, aut aliquid aliud deſit.

*A numero.*

*A ſitu.*

*A ſenſu.*

*A tempore generationis.*

CAPVT

# CAPVT II.

## *De partibus oſſium, vbi nomina, quorum frequens in oſſium hiſtoria mentio fit, ſimul explicantur.*

TAMETSI oſſa, vt ſupra iam à nobis determinatum eſt, ſimplices ſint partes, nec propriam propterea figuram requirant, vt quæ organicis duntaxat competit: ob vſum tamen, quem vel ad motum corporis, vel ad fulcimentum molliorum membrorum conferunt, diuerſas partes, formamque peculiarem acceperunt. Niſi enim certa oſſium inter ſe fieret articulatio & commiſſura, profectò motus omnis animalis neceſſariò periret: neque ſi nullibi aut protuberarent, aut in ſe ſubſiderent, quidquam aut naſci ex ipſis, aut inſeri iiſdem potuiſſet. Quamobrem prouida Parens ſic oſſa condidit, vt modò collium ritu extuberarent, modò vallium inſtar rurſus ſubſiderent. Cęterùm cum protuberantiæ eiuſmodi aut cauitates variæ ſint, ac propterea diuerſas ſortitæ fuerint appellationes, in præſentia de ipſis agendum duximus, vt oſſium quæ ſequetur dehinc particularis hiſtoria, in qua ſæpiſſime earum mentio nobis facienda eſt, ab illis tenebris, quę ignoratis his vocabulis affundi ſolent, libera præſtetur. Oſſa autem in quibus eminentiæ hæ aut cauitates reperiuntur, non vnius ſemper ſunt generis, ſed quædam partes oſſis præcipuæ, quædam vero partes tantum adnatæ. Voco nunc *partem præcipuam*, quæ os eſt à Natura primario conſtructum, duriſſimumque adeo, & in medio adnatarum partium conſiſtit: *Adnatam* verò illam, quam Natura oſſi primario, quaſi ipſa ſui oblita, vt os breuius factum, neceſſario elonget, adiunxit. Illa, vulgo communi appellatione Os dicitur; hæc apud Græcos propriam accepit denominationem, & ἐπίφυσις vocatur; Latini autem cum multa habeant nomina, quibus exprimant, rectiſſime ab elegantioribus *Appendix* vocatur, quo pacto & nos ſemper in ſequentibus appellabimus. Horum naturam qui velit intelligere, vituli, agni, alteriuſve iunioris animalis os grandiuſculum, puta femur, aut humerum, à carnibus liberum, (prius tamen bene coctum,) duriore contrectet manu, protinusq; partem oſſis, quæ appendix eſt, diſcedere experietur. Sunt autem epiphyſes oſſa quidem vt cætera, minus tamen quàm præcipua duræ, propterea quod ita ſolidam ſubſtantiam nactæ non ſint, ſed potius cauernulis plurimis, ſpongiæ pumiciſve in modum intus plenæ. Accedit quod nec cauitatem, vt cætera, tam amplam acceperint, quin potius cauitatē reliqui & præcipui oſſis medullâ plenam, obſtruant, vt Galenus idcirco non ſit veritus ſcribere, appendices omnes opercula eſſe oſſium medullam continentium. Prouectioribus tamen calore aucto, & accedente motu ita indurātur, vt parum à reliquo oſſe differant. At enim Natura in efformandis his appendicibus mea quidem ſententia ſingulare ſuæ prouidentiæ exemplum reliquit. Nam cum oſſa integra, ex primario, adeoque duro, ſicco, & ſolido oſſe, conſtare haudquaquam poſſent, quòd animali fuiſſent ponderi, ſicq; motum, cui deſtinata erant, impediiſſent potius, quam eidem aliquid tuliſſent adiumenti: neque tamen ex eiuſmodi quoque molli & rariore, quales ſunt epiphyſes, quod tum muneri ſuo minime ſatisfeciſſent, & ſingulis momētis fracturis opportuna periculis hanc mortalium vitam cumulaſſent: Natura ſolertiſſima

Appēdix.

*Vſus appendicū.* 1.

tiſſima ingenioſum commenta eſt inuentum,& mediam quidem oſſis partem, duram ſolidamque,extremas verò molliores rarioreſq; fabricata eſt. Hac ratione prouida prudenſq; Parens, quòd imminebat graue diſcrimen facillimo negotio auertit, cum ita comparatum ſit,(quemadmodum vel in ſcipione, cui quis innititur id videre eſt) vt ſemper in medio rupturæ periculum fiat maximum. Quare vt hoc euitaretur, aut medium durius,aut craſſius faciendum erat. Sed craſſius cum commodè non poſſet, ingenioſè durius effecit.Omnibus ergò grandioribus oſſibus epiphyſes affixit,nec tamen hoc ſolo nomine: ſed etiam vt gratia articulationis molliores oſſium extremitates fierent,& muſculi, qui(vt carnei)molles ſunt,tutius ab iis originem ducerent, inque eas insererentur.Quin nec opportuna articulatio tam duras ferebat partes, cum durum duro iunctum in motu facillimè atteratur: neq; durum molli tuto coniungitur,cum hoc facilè vincatur.Et hæc cauſa eſt, cur præter magna oſſa, minora quoq; ſuas habeant epiphyſes. Oſſibus ergo omnibus, quæ articulari inter ſe ad motum euidentem debebant,epiphyſes adnatæ ſunt:non tamen læui,planaq; ſuperficie, cum facilè ſic diuellerentur,ſed quibuſdam aſperitatibus cum oſſis alterius ſinibus commiſſis.quæ ſanè vnio in tenerâ ætate,iunioribuſque, admodum infirma eſt, proptereaq; citra coctionem,aut putredinem,facillimè ab oſſibus ſeparabilis. Oſſa autem, ſiue appendices ſint,& epiphyſes,ſiue oſſa primaria præcipuaque, ſuperficiem habebunt, aut æqualem vbique,& nullibi aſperam: vel inæqualem, & alicubi protuberantem,
alicubi cauam,& exſculptam,ſinuoſamque. *Protuberantia oßis*, Græcis ἀπόφυσις dicitur, ἀπόφυ-
Latinis *Proceſſus*,eſtq; ea oſſis pars,quæ ex ipſo extra ſuperficiem eminet, ac quaſi pro- σις.
a, 2.8. G. tuberat.Tales proceſſus in ſingulis ferè oſſibus reperiuntur, præcipuè tamen in [a] ver- Proceſſus.
H.I.K. tebris,cum nulla ſit, quæ non pluribus donetur; & in [b] maxillâ inferiore, quæ vtrinq;
b, 2.7. duos inſignes proceſſus obtinet.*Sinus* autem eſt inſculpta quædam oſſi cauitas, qualis Sinus.
fig. 2.3. eſt in [c] Coxendicis oſſe,in [d] ſcapula,aliiſq; inſignis. Vterq; autem proceſſus,& ſinus
4. A. B. multiplex eſt:ſed imprimis proceſſus, cum alius acutus ſit & tenuis, alius verò rotun-
c, 2.9. fig. 5.6.7. a. dus,& ſphæricus.*Acutus*, Græcis τράχηλος, καὶ αὐχὴν, *Collum*, & *Ceruix* dicitur,eſtq; *Proceſſus*
d, 2.7. protuberantia quædam acuta,& longiuſcula. Differt tamen collum, quod aliud qui- *acutus*,
13. A.B. dem ſimpliciter acutum ſit,& à latiore baſi in anguſtiorem verticem abeat, κορώνη di- τράχη-
ctum à Græcis,à Latinis *ceruix* aut *proceſſus acutus*, cuius quoq; plures ſunt ſpecies, pro- λος.
e, 2.3.2.0 ut vel *ſtylum* refert,& dicitur [e] στυλοειδής, aut γραφιοειδής: vel *mammas*, [f] μαστοειδής; vel *Ceruix.*
f, N. *anchoram*, [g] ἀγκυροειδής; vel *roſtrum coruinum*, κορακοειδής: Aliud collum, ſiue ceruix vbi κορώνη.
g, 2.7.13. N.O.P. acutum aliquantiſper manſit, in latam extremitatem deſinit, quæ vel caput conſtituit
h, 2.10. articuli, vt [h] ceruix femoris, qui oſſi coxendicis articulatur; vel ſinum, quemadmo-
1.2. dum [i] ſcapulæ ceruix.At proceſſus,qui rotundo eminent tubere, *Capita* vocantur, κε- κεφαλή.
i, 2.7.13 φαλαὶ, καὶ κεφάλαια, ſuntq; proceſſus, qui alterius oſſis cauum articulationis gratiâ *Caput.*
C. D. ingrediuntur.Hæc capita,aut oblonga ſunt,& prominentia,vt eſt [l] femoris caput; vel
l, 2.10. depreſſa,vt [m] digitorum capita.Illa à Græcis κεφάλαια, nomine generis: hæc κόνδυλοι κόνδυ-
1. b. dicuntur.Sic enim Galenus has voces accepiſſe videtur,cum 1. de motu muſculorum, λος.
m, 2.10. 9.2. κεφαλὴν cum κοτύλῃ, κόνδυλον autem cum γλήνῃ & ſinu confert. Latini non habent
proprias voces, quibus has Græcorum exprimant. *Sinus* autem cauitas eſt caput Sinus.
excipiens;& cum caput duplex ſit, (vt dictum,) ſinus quoq; bifariam commodè diuiditur.

*κοτύλη. Acetabulum.* uiditur. Altior enim profundiorque, qui κεφαλὴν, ſeu caput eminentius ſuſcipit, κοτύλη, Latinis *Acetabulum* dicitur, qualis eſt, cuius iam ſæpè mentionem iniecimus, coxendicis ſinus, qui femoris caput excipit. Depreſſior verò ac ſuperficiarius, qui capiti reſpondet depreſſiori, ſiue
*γλήνη.* κονδύλῳ, γλήνη ab ocularis ſinus forma, quæ palpebris clauſis apparet, cognominatur. Tales inuenire licet in oſſibus tarſi, vbi pedii oſſibus iunguntur, quemadmodum & in carpi oſſibus, vbi poſtbrachiali copulantur. Quamobrem κοτύλη, ſinus erit inſignis admodum & conſpicuus: γλήνη autem adeò obſcurus, vt ambiguum merito videatur, ſi verè ſinuum numero debeat adſcribi. Cæterum in ſummitate ſinuum proceſſus quidam occurrunt, labiorum inſtar, qui in profundis maximè
*ἴτυες. ὀφρύες. χείλη.* ſunt conſpicui, & Græcis ἴτυες, ὀφρύες, καὶ χείλη, Latinis *Labra*, & *Supercilia* appellantur. Atq; hæc ſunt illa vocabula, quibus oſſium partes ab Authorib. inſcribuntur, quę tātò diligentius memoriæ mandanda ſunt propterea, quod particularis oſſium hiſtoria, his non optime prius intellectis, neceſſario obſcura atq; difficilis valdè videatur.

# CAPVT III.

## *De oſſium inter ſe ſtructura ac connexu.*

NATVRA ſolers omnium parens, Hominem ſapientiæ ſtudio, & earum rerū, quas tota mundi complexu coercuit, contemplationi addixit. Quare non ex vno oſſe continuove fabricari debuit, ne Homo omnium dominator, immobilis trunci inſtar, in vno perpetuo loco affirmatus hæreret, ſicq; varietatem tantarum rerum vbiq; diffuſam, ex oculis conſpectuq; amitteret. Plura ergo fecit oſſa, ex quibus conſtaret, & vt commode inuicem mouerentur, non temere, ſed vt cætera omnia, diuino artificio, ſingulariq; ſolertia, inter ſe copulauit. Huiuſmodi *oſſium compaginem*, Græci σκελετὸν vocant, quaſi reſiccatum aridumque (intellige σῶμα,) ἀπὸ τοῦ σκέλλειν, quod ſiccare ſi-
Articulus. gnificat: cæterùm mutuam illam connexionem ἄρθρον ſiue *Articulum*, quemadmodum Hippocrates libro de locis in homine indicauit, dum ὅσα γὰρ, inquit, ὀστέα παρ' ἑαυτὰ συμβάλλουσιν πάντα ἄρθρα ποιέουσιν, hoc eſt, quæcunque oſſa inuicem commit-
*Ipſius ambiguitas.* tuntur, ea omnia articulos efficiunt. Quamquam id vocabuli ambiguitate non careat maxima, quam explicare nunc decreuimus, quòd plurimam lucem in authorum
1. lectione ſtudioſis adferre poſſit. Significatione enim *generali*, ἄρθρον appellant Græci extremitatem oſſium inter ſe connexorum, ſiue caput ſit, ſiue ſinus, quemadmodum
2. in diarthroſi: ſiue etiam aſperum aliquid, vt in ſuturis. *Magis ſtrictè*, pro capite tantum ſumitur, vt teſtis eſt Galenus, in procemio lib. de oſſ. ad Tyrones, cum inquit, Hippocratem extremam partem alterius oſſium ſibi inuicem cohærentium, ἄρθρον vocare, non tamen quamuis, ſed quæ orbiculata eſt, & in cauum proxime inſeritur. Hoc pacto in lib. de articulis ab initio ſcribitur; Humeri articulum vno modo prolabi, in
3. alam videlicet, noui. *Sæpe* pro ipſa coniunctione oſſium, vt dixi, accipitur, quomodo & Galenus in procemio dicti libri de oſſibus ad Tyrones, definit, naturalem eſſe
4. oſſium σύνταξιν, & conſtructionem. Interdum tamen *preſſiore ſignificatione*, non quamlibet, ſed eam tantum notat, quæ motus edit manifeſtos. Sic Hippocrati, libr. de

arte,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

nullum os alteri per neruum propriè dictum iungatur, alias c
propriis magis vocabulis inſignio, συνδεσμώσιν, & συντένωσιν
per συνεύρωσιν, ligamentum, & tendinem intellexerint: impr
Quinq; certis, & definitis vocibus vti in hoc negotio voluerint. His
ſpecies que differentiam, de qua ante me nullus verba adhuc fecit; σι
ſympſy- tione medii quintuplicis, quinq; etiam ſpecies conſtituam, σι
ſeos quæ σάρκωσιν, συνδεσμώσιν, συντένωσιν, & συνυμένωσιν. Eſt autem συγχ
medium habet. tinua, facta intercedente cartilagine, & vtrumq; os colligant
1. xillæ in pueris, ſic pubis oſſa in adultis iunguntur. In medio
συγχόν- eſt, quæ vtrumq; os vnit, & diſſecanti per longitudinem pub
δρωσις. paret. συσσάρκωσις, ſiue concarnatio, ea vnio eſt, quæ fit per ca
2. ratim loquendo, omnes articuli muſculis obducti committu
συσσάρ- plerumq; oſſe originem trahentes, alteri inſerantur, ligamen
κωσις. creduntur, quo vtrumq; copuletur, & nectatur. Dicitur hæ
muſculi, quorum ope fit, à pleriſq; Veteribus, vt Hippocr. lib.
Ariſtot. carnis nomine appellantur. Vnde & de muſculis loqu
(quos tamen nunquam hac voce expreſſit) Caro, inquit, cir
3. fibrarum modo tenuibus adhærens, cuius cauſa oſſium gen
συνδέ- eſt, cum ligamento accedente fit nexus. Hoc autem modo la
σμωσις. lum inuoluit, ab vno oſſe enaſcens, & alteri implantatum, q
coniungit, vt¶; illud eſt, quod os femoris cum coxendice, o
gat: modo rotundum, & teres, validiſſimum tendinem refer
oſſibus, & quæ facile excidere poſſent ex ſuo ſinu, appoſitum
4. tum illi, quod ſuperius coxendicis cauitati præponitur, tun
συντέ- iungitur. Nonnulla ergo oſſa duplici συνδεσμώσει vniuntur,
νωσις. rotundum & teres ligamentum habent: nonnulla tantum ſin
5. vocant illam vnionis ſpeciem, quæ per tendinem fit. Sic pate
συνυ- ſicula ſeſamoidea appellata, digitorum oſſibus nectuntur, qu
μένωσις. ad oſſa alligat. Vltima tandem ſpecies eſt συνυμένωσις, quæ fit o
II.
Κατ' ἄρθρον. ne in recens natis oſſa ſyncipitis cum oſſe frontis iunguntur.

Κατ' ἄρθρον, ſiue *per articulum* componuntur, quæ contig
συνάρ- vel *ſtricta* hæc compoſitio, & laxa iterum, vel *motum habeat* eu
θρωσις. aut etiam *omni careat*, hinc ſequitur, tres alias oriri differentia
Διάρ- cta eſt & compacta, συνάρθρωσις, *Coarticulatio* dicitur; altera,
θρωσις. motum partibus largitur, Διάρθρωσις, ſiue *Perarticulatio* voca
οὐδέτε- dem, ſed motum, aut nullum, aut certè non euidentem habe
ρα. Galeno de oſſibus ad Tyrones, cap. 13. vocari poteſt, quia rat
Species θρώσει eſt ſimilis; cæterum propter impeditum motum συ
diarthro- Διάρθρωσις ſpuria, ſi cui nomina libeat fingere, non incom
ſeos. θρώσεως ergo tres ſpecies ſunt, ἐνάρθρωσις, ἀρθρωδία, & γιγγ
1. *Enarthroſis.* cauitas profunda rotundum & eminens caput excipit: ſiue, v
2. *Arthrodia.* qua κοτύλη κεφάλαιον ſuſcipit, qualis articulatio eſt oſſis fem

qua caput depreſſum, cum ſinu leuiter cauo iūgitur, vt eſt articulatio capitis cum prima vertebra, radii cum humero, & digitorum inter ſe. In qua articulatione maxima ſane latitudo conſpicitur, quæ in maiori minoriq; capitis rotunditate, aut ſinus profunditate ſita eſt. *Ginglymus* tandem eſt, quādo os idem eſt, quod excipit, & quod excipitur, fitq; cum vnius oſſis gibba, alterius caua ſubeunt: & rurſus vnius oſſis ſinus, alterius gibba admittunt, non ſecus ac oſtiorum feneſtrarumq; cardines, qui Græcis γίγγλυμοι dicti, huic tertiæ articuli ſpeciei nomen inuenēre. hac ratione cubitus cum humero, & vertebræ inter ſe copulantur. Cæterum hæc vocabula ἐναρθρώσεως, ἀρθρωδίας, & γιγγλύμου etſi priſcis illis, & antiquis Anatomiæ Patribus in vſu non fuerint, neq; cognita ſatis, non dubitauit tamen Galenus ad vſum primus, doctrinæ gratia, reuocare, cum in quauis methodo aut diſciplina, in qua inopia verborum obſcuritati occaſionem parit, vocabula pro arbitrio cuiuſuis fingere liceat, dummodo propoſito conueniant, & recto iudicio inueniantur. *Neutrius ſpecies* ſimiliter tres ſunt, iiſdemq; appellationibus donatæ. Prima eſt *Enarthroſis*, quæ rotundum caput, & ſinum profundum obtinet, motu tamen caret, qualis eſt oſſis tali cum nauiculari. Altera *Arthrodia*, quæ caput depreſſum, & ſinum ſuperficiariè cauum habet, quemadmodum oſſa pedii cum tarſo, & tarſi oſſa inter ſe. Tertia *Ginglymus*, in quo oſſis vnius cauum alterius gibbum, aut contra, ſuſcipit. Hac articulationis ſpecie, oſſicula auditui inſeruientia coniuncta ſunt, quæ etſi mutuo ſe excipiant, motum tamen euidentem nullum habēt. *Synarthroſis* quoq; *tripartita* eſt, & in ῥαφὴν, ἁρμονίαν & γόμφωσιν diuiditur. ῥαφὴ ſeu *Sutura*, eſt compoſitio quædam, ad rerum conſutarum, vel compactarum ſimilitudinem facta. Conſutis ſimiles ſunt ſuturæ vulgo dictæ nobiliores, & propriæ, coronalis, in quā, ſagittalis, & lambdoides, quæ oſſa frontis, verticis, & occipitii iungunt: Compactis verò aſſimilantur, ſuturæ temporum, ſquamoſæ appellatæ. Sciendum tamen, ne æquiuocatione quis hic decipiatur, apud Authores etiam melioris notæ, ſuturam aliquando, pro altera ſynarthroſeos ſpecie, quæ Harmonia dicitur, accipi, vt cum multas capitis Harmonias ſuturas appellant. Eſt autem *Harmonia* compoſitio, in qua oſſa quæ ſe inuicem contingunt, vſq; adeò ſibi æqualiter incumbunt, vt neutrum in alterum aliquid aſperitatis immittat, ſed prorſus æquilinea ſint, ad quem modum maxillæ ſuperioris, & naſi oſſa plæraque iunguntur, os ſphænoides, cribroſum, & cætera. Raro tamen exquiſita harmonia reperitur, ſed ſemper ferè oſſa extremitatibus ſuis aliquid aſpredinis habent. quæ cauſa eſt, vt harmonia inter ſuturas quoq; relata ſit à peritioribus, & veluti impropriè dicta ſutura conſtituta. *Gomphoſis*, tertia ſynarthroſeos ſpecies, παρὰ τοῦ γόμφου, id eſt, clauo, denominationem habet. In hac os oſſi claui ritu infigitur, quomodo dentes maxillarum præſepiolis impinguntur, qui vt omnes, ita ſoli in vniuerſo ſceleto hanc articulandi rationem obſeruant. Atq; hi quidem modi ſunt, quibus inter ſe oſſium compoſitiones fiunt: cæterum cum illa articulatio omnium ſit nobiliſſima, quæ motui inſeruit, Natura quoq; perfectiorem eam cæteris condidit, magiſq; compoſitam. Præter enim oſſa, quæ ad eam conſtituendam concurrunt, alia quoq; accedunt, cuiuſmodi ſunt, ligamenta, & humor quidam vnctuoſus, craſſus, albus, ac pituitoſus. *Ligamentum*, Græcis συνδεσμὸς dicitur, quod colligat copuletq; inter ſe oſſa articulum facientia, eſtq; bipartitum, cum modo latum ſit modo rotun-

*3. Ginglymus.* | Species Neutrius. | *1. Enarthroſis.* | *2. Arthrodia.* | *3 Ginglymus.* | Species Synarthroſeos. | *1. Sutura.* | *2. Harmonia.* | *3. Gomphoſis.* | Alia quæ ad articulationem laxā concurrunt. | *1. Ligamentum.*

dum acteres, quemadmodũ tum antea dictum eſt, tum libro ſequenti fuſius dicetur. *Humor* albicans, tenax, ac glutinoſus, in ſpatio quo oſſium extremitates ſibi articulantur, continetur, vulgoq; articulorum humor dicitur. Variat quantitas eius pro articuli magnitudine, cum maiores plus, quàm minores contineant. Augetur tamen etiam, aut diminuitur, pro cauſarum præternaturam corpori accidentium diuerſitate. Nam pituitoſo humore ſuppetente copioſior eſt, itemq; ſi articuli debilitati fuerint, vt alimentum ſuum neq; concoquere queant, nec reſidua expellere. *Deficit* quoq; poſt longas febres, exercitia vehementia, & inediam plurium dierum. *Copioſior eſt* iunioribus, quàm ſenibus, quibus exſiccatur. Interdum quoq; prauis humoribus in corpore ſcatentibus, malignam qualitatem induit, & ſæuos dolores excitat. Cæterum quocunq; modo præternaturam ſe habeat, motum articuli lædit, maximè tamen ſi penitus abſit, vt notauimus ſæpius, cum tumore circa articulos oborto, apertoq; abſceſſu, humor hic efflueret. Chirurgi enim imperiti, purulentam materiam eſſe exiſtimantes, ſumma adnitebantur opera ſtudioque, vt prorſus euacuarent: ſed vna cum humore hoc, motum parti adimebant, immobilem articulum relinquentes, ſicq; in tempeſtiuo & imprudenti officio, ægrotis admodum officiebant.

*2. Humor articularis.*

# CAPVT IV.

## *De nutrimento quo oſſa aluntur, & per quas vias ad ipſa deducatur.*

ETSI iam ad particularem oſſium hiſtoriam pedem mouere fas erat, quòd ea omnia, quæ in vniuerſum de oſſibus dici poterant, perſecuti eſſe videamur: libuit tamen in gratiam curioſi ingenii duo addere, quæ tamen nec ſua prorſus vtilitate carebunt. Inueſtigabimus primò, quodnam ſit oſſium alimentum, & per quas vias ad oſſa perueniat: deinde, cum omnium Anatomicorum conſenſu, venæ, arteriæ, & nerui, originem certam ab vno quodam principio ac primo habeant, dubitabimus, an ſimile quid in oſſibus reperiatur: quibus ſic præmiſſis, ad preſſiora viam parabimus. Ac de nutrimento quidem, quale illud ſit, ſi Ariſtotelem ſequamur, dubitatione nulla animus fluctuabit. Paſſim enim, vt 2. de partibus animal. 3. 4. de partib. 2. 2. de gener. 4. 3. de gener. 1. & 2. de ſomno 3. *ſanguinem eſſe animalibus ſanguineis alimentum vltimum* omnium partium: exſanguibus verò, id quod vice ſanguinis habetur analogum, pronunciat. Imò determinatius loquens, de ipſis oſſibus affirmat, 2. de partib. animal. 6. eaque ſanguine neceſſario ali atteſtatur, quòd omnes partes eo nutriantur, ex quo facta ſunt, at omnes ex ſanguine conſtant; quare etiam omnibus ex ſanguine alimentum petendum eſt. Obſtat tamen authoritas primò Hippocratis, lib. de alimento, vbi *medullam oſſium nutrimentum inquit:* deinde Galeni, qui 11. de vſu part. capit. 18. Demonſtrauimus, inquit, medullam proprium eſſe oſſibus alimentum, & oſſibus cauitate carentibus tale quiddam in eorum cauernulis contineri, neminem quoq; mirari oportere, ſi medulla ſit craſſior eo ſucco, qui in cauernulis continetur, quamquam eiuſdẽ vſus gratia hic exſtiterit. Quin alibi, ut 3. de natur. facult. cap. vltimo, qualis, inquit, eſt carnibus ſanguis, talis oſſibus medulla eſt. Cæterum in hac controuerſia, quæ apud Medi-

*Sanguis ex Ariſtotele alimentum oſſium.*

*Medulla oſſium alimentũ ex Hip. & Galeno.*

Medicos ſatis celebris eſt,& habemus quæ contra Galenum dicamus, & alia, quæ pro Ariſtotele in medium offeramus. Multa enim ſunt argumenta plurimæque rationes,quæ conuincere videntur, medullam nullo pacto oſſium alimentum eſſe. *Mirum* enim primum videtur,cur Natura medullam oſſibus pro nutrimento aſſignare voluerit,cum ad alendum ea ſit ineptiſſima, vt quæ temperamentum prorſus contrarium oſſibus ſit nacta, calidum puta atque humidum, illis contra frigidis & ſiccis exiſtentibus. *Præterea* medulla pinguedo quædam eſt,vnde & pinguis in pinguibus, ſeuo autem ſimilis eſt in iis animalibus,quibus ſanguis ſeuo ſimilis per coctionem euadit. at pinguedo 2.de part.animal.excrementum eſt vtile,non alimētum corporis. *Quin imo*, ſi medulla oſſium proprium nutrimentum conſtituatur,omnia oſſa medullam continebunt neceſſario.at omnia oſſa non habent, vt parua, teſte vel ipſo Galeno libr.de oſſibus ad Tyron. *Quin*, ſi medulla potius,quàm ſanguis alimentum aptum ſtatuatur oſſium,profectò abſurdum ſequetur admodum graue,ſanguine multo frigidiorem,& ſicciorem medullam eſſe,quod à nullo tamen conceſſum vnquam videtur.Et hæc ſunt quæ mouent,vt à Galeno diſcedamus:cur Ariſtoteli autem contra faueamus, maxime iſta impellunt. Nullum eſt animal,quod oſſa habens, ſanguine careat: neque vllum, quod,ſanguine carens,os habeat. At tamen quæ oſſibus prædita ſunt,non omnia medullam habere videntur,quemadmodum Leo:ex quo conſequi videtur, oſſa neceſſario nutriri ſanguine,& non medulla.Si quis *obiiciat* Realdum Columbū, qui li.1. anat. cap.19.oſſa Leonis ſolida eſſe negat,ſed medullam intus continere ſcribit,quod Florētiæ oſſa Leonum viderit amplis cauitatibus prædita: ſi quis etiam opponat Epicurū, qui apud Athenæum 8. dipnoſoph. Ariſtotelis 3. hiſtor.anim.7. nimis curioſas ac ementitas obſeruationes (ſic vocat) deridet, negatque Leonis oſſa ita ſolida eſſe ac dura,vt colliſis inuicem,non ſecus atque ex lapidibus,ignis proſiliat.Huic reſpondeo, non benè concludere argumentum Columbi, oſſa leonum medulloſa eſſe, quòd amplis cauitatibus ſint prædita,cum ſinus oſſium,non ad medullam continendam,ſed ad euitandum pondus oſſium inutile primariò conditi ſint. Nec ſequitur vel ideo quoq;, quod etiam modica medulla in ampla cauitate contineatur, quemadmodū in veruecum oſſibus,proportione cauitatis,parum medullæ coercetur. Et hæc cauſa eſt cur Ariſtoteles quoq; 3.hiſt.animal.20.& 2.de part.animal.6.vere affirmet,medullā non niſi in oſſibus concluſam eſſe,non tamen propterea omnia oſſa medullam intra ſe continere,ſed ea tantum,quæ cava habentur,tametſi ne ipſa quidē omnia contineant.Cauſam ſubiungit:Oſſa enim Leonis, partim nullam, partim admodum exiguam habent, quamobrem & nullam omnino medullam Leones habere nonnulli exiſtimarunt. Si quis autem quærat,cum medulla oſſium alimentum non ſit,quem *vſum* præbeat,is hāc reſponſionem à me ferat, oſſa ob perpetuum motum,& quod natura ſua ſicca eſſent, requirere, vt aſſiduo humectentur, cui vſui præſtando medulla perquam apta eſt. *Sed reſtat explicandus locus*, qui apud Ariſtotelem habetur, 2. de part. anim. 6. quod contrarius videatur dictis,tum à nobis,tum ab ipſo etiā Philoſopho,aliis, iiſq; pluribus in locis.Oſſium enim ibi inquit,naturam ineſſe animalibus neceſſe eſt, & vt medullam quoq; habeant,quæ pro alimento contineatur, ex quo oſſa conſiſtant, neceſſe eſt.Videtur hic locus manifeſtiſſime ſtatuere, medullam oſſium nutrimentum eſſe: ſed

*Medullā non eſſe alimentū oſſium monſtratur.*

1. 2. 3.

*Sanguinē eſſe alimentum oſſium probatur.*

*Obiectio.*

*Medulla quem vſum præſtat.*

*Explicatur locus obſcurus Ariſtotelis.*

ſe:ſed facilè ſatisfieri huic difficultati poteſt, ſi quis græca tantum verba inſpexerit, quæ male hic ab Interprete verſa, ſic ſonant. ἀναγκαῖον ἐνίοις ὑπάρχειν καὶ μυελὸν, ἐμπεριλαμβανομένης τῆς τροφῆς, ἐξ ἧς γίνεται τὰ ὀστᾶ. Reddidit Interpres paſſiuè, ἐμπεριλαμβανομένης τῆς τροφῆς, cum hoc verbum paſſiuum non ſit, ſed medium, & propterea actiue vertendum erat hoc pacto: Neceſſe eſt quibuſdam ineſſe & medullam, quæ contineat alimentum, ex quo oſſa generentur. Quodnam autem ſit alimentum illud, ſtatim ſubiungit, ὅτι δ᾽ ἡ τροφὴ πᾶσιν αἷμα, εἴρηται πρότερον, quod autem omnibus partibus alimentum ſit ſanguis, iam ante dictum eſt. Quaſi diceret, quodnam ſit alimentum illud, facillime erit ex aliis, quæ à me dicta iam ſunt & tradita, colligere, cum ſemper ſtatuerim docuerimque, ſanguinem omnium partium vltimum eſſe alimentum. Cum ergo ſanguis oſſa alat, quæritur per quas vias ad oſſa deferatur? Per venas, quæ ſibi foramina in ipſis etiam duriſſimis oſſibus efformarunt, per quæ tranſeant, & alimentum deducant, vti videre eſt in caluaria, femore, & tibia. Solent etiam vaſa in ipſis cauitatibus oſſium maioribus vndiq; medulla ſtipari & ſuſtineri, ad quod Philoſophus alluſit, cum inquit, medullam eſſe, non quidem alimentum, ſed alimentum in ſe continere.

## CAPVT V.

### *An oſſium aliquod ſit principium, quemadmodum venarum, arteriarum, & neruorum, tum quale illud ſit, inueſtigatur.*

RECEPTVM eſt ab omnibus ferè diſſectionum Profeſſoribus; Vaſa appellata principium aliquod primum habere, à quo oriantur. Hinc Iecur venarum; Cor, arteriarum; Cerebrum, neruorum ferè origo ſtatuitur. Ratio quæ in hanc opinionem ipſos induxit, videtur fuiſſe omnium vaſorum continuitas, & quod nulla vena ſeorſim eſſet, ſed omnes partes viderentur vnius. Hæc cauſa ſi alicuius momenti eſt, vt certè eſſe ab omnibus creditur, rectè dubitare meritoq; videmur, ſitne oſſium quoq; principium aliquod, cum oſſa alia aliis nexa, & omnia inter ſe apta videantur, vnamque continuam ſeriem venarum in morem conſtituere: imo os nullum ſit, quod ſeorſim ipſum per ſe ſubſiſtat, vt loquitur Ariſtot. 3. hiſtor. animal. 7. Accedit & ratio, quæ id concludere firmiter videtur. Cum enim oſſa motus gratia inuicem coarticulata ſint, motus autem omnis fiat à mobili in quieſcente, rectè videtur ſequi, vnum os alterum motum ſemper ſuſtentare. at cum quieſcens illud in alio quieſcat, tandem ad aliquod primum quieſcens peruenire neceſſe eſt. Hoc vt inueniatur, accipiendum ab initio eſt, illud ſtatui merito oſſium principium, quod longitudinem ac rectitudinem totius hominis contineat, & à quo veluti ex trunco rami, reliqua oſſa exoriantur. At hæ conditiones non alteri, quam ſpinæ dorſi competunt, vnde recte etiam ipſam oſſium principium eſſe ſtatuere conuenit.

# CAPVT VI.

## *In quo breuis omnium totius corporis oſsium diuiſio, & enumeratio inſtituitur.*

CVM iam recta nobis ad particularem oſſium hiſtoriam eundum ſit, præmittere eorum omnium numerum placuit. Sed cum is admodum ratione ætatis differat, aliuſque ſit in recens natis, quam homine perfectam ætatem adepto, nos eum afferemus, qui in adulto reperitur, oſſaq; deſcribemus, qualiter ſe in perfectis habeant. Nam ea, in quibus differentia ſunt infantium oſſa, ex iis quæ de formato fætu ſcripſimus, ſatis patebunt, vbi diligenter totum hoc negotium complexi ſumus. Vniuerſa ergo oſſium compago, quadripartito à nobis diuiditur, in caput puta, thoracem, infimum ventrem, & artus. CAPVT vocatur, totum id quod ſupra colli vertebras ſitum eſt, & bifariam iterum, in Cranium, ſiue Caluariam; & Faciem, ſiue maxillas diſpeſci poteſt. *Caluaria* eſt, quicquid ſupera parte cerebrum tegit, & ipſum viciſſim capillis tectum eſt, quibus decidentibus caluities oritur, à qua nomen ipſa caluaria accepit. Græcis κρανίον dicitur quaſi κράνος, galea, à figura & vſu: κόγχος autem & σκαφίον, ſi inuerſe conſideretur. Conſtat hæc in adultis communiter ex quatuordecim oſſibus, quorum alia ſunt propria ipſi, alia communia cranio cum maxilla ſuperiore. *Propria* ſunt, os frontis, duo ſyncipitis, occipitis vnum, & temporum duo: ſex deinde auditui dicata oſſicula, in qualibet aure tria, malleus, incus, & ſtapes. *Communia* ſimiliter duo ſunt, cuneiforme, & ſpongioſum. *Maxilla duplex* eſt, ſuperior, & inferior. *Superior*, præter communia duo dicta, vtrinque ſex propria obtinet. *Inferior*, ex vno oſſe conſtat. Vtrique infixi ſunt *Dentes*, quorum in homine adulto trigintaduo ſunt, in qualibet puta maxilla ſedecim, ex quibus quatuor inciſorii, duo canini, & decem molares. THORAX diuiditur in partem anteriorem, laterales, & poſteriorem. *Anterior*, duas clauiculas, & os pectoris, ex tribus conſtans oſſibus in adulto homine, complectitur: *laterales*, coſtas vtrinque duodecim: *poſterior*, ſcapulas duas, & duodecim vertebras. Thoraci adiungenda eſt *Ceruix*, quæ ſeptem Vertebras complectitur, & os hyoides dictum, quod ad linguæ radicem in ſummitate laryngis ſitum eſt, & maxima ex parte vndecim ex oſſibus componitur. INFIMVS VENTER *antica parte* duo pubis oſſa habet; *ad latera* oſſa ilium, & coxendicis; *poſtica* ſede lumborum quinque vertebras, ſex oſſa oſſis ſacri, & quatuor coccygis. ARTVS, in manus, & pedes diuiduntur. MANVS iterum in humerum, cubitum, & extremam manum. *Humeri* os vnum eſt. *Cubitus* duo habet, Radium, & Vlnam. *Manus extrema*, Carpum, Metacarpium, & Digitos continet. *Carpus* octo conſtat oſſibus, duplici ſerie diſtinctis. *Metacarpium* quatuor oſſa habet. *Digiti* quinque ſunt, & ſinguli tria tenent, vt ſic quindecim ſint omniũ. Præter hæc oſſa duodecim quoque ſunt alia minima, quæ cum ſeſami ſemen referant, ſeſamoidea ſunt appellata. PES quoque trifariam diuiditur, in femur, tibiam, & pedem extremum. *Femur*, vnum os eſt. *Tibia* duo habet, tibiam & fibulam. *Pes extremus*, in tarſum, metatarſum, & digitos diſpeſcitur: *Tarſus*, ſeptem habet oſſa: *Metatarſus*, quinque: *Digiti*, quatuordecim. Ad hæc referri debent duodecim ſeſamoidea, & *Patella*, quæ femori, & tibiæ anteponitur. At-

[Margin notes:] Capitis oſſa recenſentur. *Caluariæ oſſa.* — *Maxillarum oſſa.* — Thoracis oſſa. — Infimi ventris oſſa. — Artuum oſſa. 1. *Manus.* — 2. *Pedis.*

que hæc eſt omnium oſſium enumeratio, quæ ſi in vnam redigantur ſummam, CAPVT, *quinquaginta nouem* habebit: THORAX, *ſexaginta vnum*: INFIMVS VENTER, *viginti vnum*: MANVS *vna*, *quadraginta duo*; PES, *totidem*, adeoque ambæ manus & pedes, *centum ſexaginta octo*: ET TOTVM CORPVS HVMANVM, *trecenta, & nouem*.

# CAPVT VII.

### *Agit de Cranio in vniuerſum, Suturasq; capitis proponit.*

CEREBRVM viſcerum omnium nobiliſſimum, cum in excelſo corporis loco collocandum eſſet, qui externis iniuriis maxime expoſitus eſt, prouida in ſingulis Natura, oſſeo tegumento tanquam galea quadam circumſepſit, vt contra irruentes calamitates liberum foret, atque optime munitum. Non tamen ex vno ſolidoque oſſe conſtruxit, ſed ex pluribus, quæ certo quodam articulationis genere coniunxit inter ſe, quale in vniuerſo reliquo corpore reperire non licet. Cum enim *Caluaria vſus.* Caluaria non tantum propugnaculi cuiuſdam munere fungeretur, quod habet proprium quaſi officium ab aliis oſſibus: ſed firmamenti etiam cuiuſdam, atque ſtabilimenti, quod ipſi cum cæteris commune eſt: ne cerebrum partium omnium nobiliſſimum ſubito concideret, ventriculoſque, & cauitates ſuas obſtrueret, firmandum *Suturarũ vſus.* omnino erat. Id quod Natura commodiſſime fecit, fibras quaſdam membranæ duræ, qua cerebrum inuoluitur tegiturque, per capitis ſuturas traiiciendo, vt cere-
1. brum, quod perquam promptè mollitiei gratia concideret, ſuſpenſum veluti, & affirmatum teneretur. Verendum enim profecto foret, ſi magna illa cerebri moles ſuſtentaculis his, quibus veluti in æquilibrio perpetuo detinetur, careret, ne in validis illis motibus (quales eueniunt in ſaltationibus) vbi cerebrum concutitur, aut in ſe periculoſe ipſum concideret, aut vero alliſum ad cranium, plurimum damni pateretur.
2. Accedit ad hunc vſum alius, non minus nobilis, quod cum in ſummo excelſoque corporis loco collocandum foret, in quo vapores in ſumma effumantes perpetuo ſuſcipit, cranio exitus præpararetur, per quem fumi illi exſpirarent, quos ſingulari inuento Natura per ſuturas depellit. Hinc illud eſt, quod vulgò videmus, eos qui ſuturis omnimode carent, continuo capitis dolore affici, facillimeque ab internis cauſis oblædi. Contingit enim ferè ipſis, quod illi, qui, vt Galenus narrat, doloris gratia faſciis circa caput conſtrictus erat, in eum vti dolorem incidant, vt fere inflammatio-
3. nis periculum incurrant, etſi leuibus à cauſis tententur. Non deſunt qui & alium aſſignent vſum, vt vna ſcilicet parte læſa, altera ſeruaretur incolumis, & fractura cum oſſe *Obſeruatio.* finiretur, nec vltra ſerperet. Sed nos ſæpiſſimè experientiâ, rationem hanc admodum eſſe friuolam edocti ſumus, cum ictus pluries per ipſas etiam ſuturas penetraſſe viderimus. Os ergò quod cerebrum tegit, [a] *Caluaria* dicunt, Græcis κρανίον, à quo Latini a. 2. 3. *Subſtantia cranij.* ſuam vocem *Cranium* mutuarunt, quaſi κρανὸς, Galea, quòd militaris galeæ formâ referat, & vſum præſtet. *Subſtantia* huius ratione ætatis plurimum variat. In nuper enim natis membranea potius eſt, quàm oſſea, præſertim circa ſuturas, maximeque coronalem,

quinque. Id tamen habent peculiare inter ſe, quod veræ ſimplices ſint, mendoſæ autem duplices. Dico ſimplices, quòd coniuge deſtituantur, & vna tantum ſit: verbi gratia, vna ſolum eſt coronalis, vna ſagittalis, vna lambdoides; at mendoſæ coniuges ſuas habent, quarum vna dextrum, altera ſiniſtrum capitis latus occupat, quemadmodum in vtroque latere ſunt ſquamoſæ agglutinationes.

*Suturæ propriæ veræ tres ſunt.* *Prima* ergò verarum στεφανιαῖα dicitur, *Coronalis*, vel quòd coronæ inſtar capitis anticam partem cingat; vel quia coronæ olim puellarum eo loci geſtabantur. *Coronalis* *Altera* λαμβδοειδής, à Λ maiuſculo Græcorum, cui ſimilis, quemadmodum eadem ratione ὑψιλοειδής, ab inuerſo υ quod refert, cognominatur. *Occipitis ſutura*, à ſitu dici poſſet, aut ſi omnino græcæ notationi inſiſtere velimus, *Lambdiformis* non male vocaretur; ſed vulgo græca ferè vox in vſu eſt, & lambdoides appellatur. *Lambdiformis.* has inter duas, media eſt, quæ ὀβελιαῖα, *Sagittalis*, à figura ſagittæ dicitur. *Sagittalis* [f] *Coronalis* ergo ſemicirculum refert, tranſuerſim ab vno temporum ad alterum diductum, qua frontis oſſa oſſibus ſyncipitis nectuntur. f, A. [g] *Lambdoides* eſt, quæ occipitii baſi, & vtrinque proceſſibus mammillaribus duobus cruribus inſiſtens, verticem in occipitii ſummitate ponit. g, C. [h] *Sagittalis* tandem quæ inter has media, verticem lambdoidis, cum centro coronalis coniungit. h, B. *Cur dicantur veræ.* Vocantur hæ ſuturæ veræ, quòd ſuturarum, id eſt, pannorum filo conſutorum imaginem vere exprimant, mendoſi contra lineam tantum referentibus. Non tamen in vtraq; lamina ſub forma ſuturæ apparent, ſed in exteriore tantum, ſiue ſuperiore. nam in [i] intima, harmonia potius nectuntur, quæ cauſa eſſe ſolet, quam propter interior ſutura, quàm exterior, multo celerius aboleatur pereatq;. i, 1. 4. 1. A.B. C. In nonnullis capitibus ſtrictiores quoq; ſunt, in aliis laxiores; in nonnullis grandiores, in aliis exiliores.

*Sutur. mendoſarum quinque paria.* *Mendoſarum* autem [l] *par primum* omnium maximum eſt, maximeque conſpicuum, & inſigne, ſquamoſas combinationes referens, à quibus etiam nomen accepit, vt λεπιδοειδῆ προσκολλήματα à Græcis, ſquamiformes agglutinationes à noſtris dicantur, cum per hanc verticis oſſa & temporum inter ſe iungantur, ex craſſo oſſe in exacte acutam lineam ſquamarum ritu deſinentia, ita vt externa illa, hæc interna parte attenuentur. l, 1. 3. 1. & 1. II. *Primum.* Initium ducunt à latere poſteriore baſis proceſſuum mammillarium, & circulari ductu, quem toto progreſſu obſeruant, ad baſim capitis feruntur, totum latus cranii conficientia.

*Secundũ.* [m] *Alterum par*, in latere capitis conſiſtit, totoq; ductu, anteriori & ſuperiori parti paris primi, ſeu ſquamoſarum agglutinationum ſocium eſt, à cuius ſummitate initium accipiens, oblique deorſum ad originem primæ communis protrahitur. m, 1. 3. 1. II.

*Tertium.* [n] *Tertium*, in baſi poſterioris ſedis capitis eſt, quod initium ſuum cum principio crurum lãbdiformis ſuturæ continuum habet, in baſi proceſſuum mammillarium, iuxta quorũ latera poſteriora toto ductu oblique fertur, vſque ad baſim capitis, qua capitula ſunt, quibus cum prima vertebra connectitur. n, 1. 5. 1. III.

*Quartũ.* [o] *Quartum*, prope proceſſus veſpertilionum alis ſimiles in capitis media prope baſi inferius, rectam quaſi lineam tranſuerſam exprimit, vtrinq; contermina duabus illis rimis aſperis, quæ à ſphænoidis, & temporum finibus conficiuntur. o, IV.

*Quintũ.* [p] *Quintum*, in anteriore internæ caluariæ parte tranſuerſim ad oſſis cribroſi, ſiue ſpongoidis angulos inferiores, harmoniam potius, quam ſuturam refert, cum vna recta linea eſſe videatur, etſi duæ reuera ſint, à duobus lateribus cuneiformis oſſis, qua frontis oſſi iunguntur, effectæ. p, 1. 5. 1. V. V.

*Cõmunes ſuturæ quinque.* *Communium quinq; ſunt.* *Prima.* [q] *Prima*, in ſupercilii q, 1. 3. 1. & 1. 1.

percilii exteriore ſede obliqua, quæ frontis oſſis proceſſum exteriorem, cum primo
r, 2.2. maxillæ ſuperioris oſſe coniungit. [r] *Secunda*, in oculi ſede externa & laterali, à fine fe- *Secunda.*
rè ſecundæ propriæ mendoſæ deorſum recta ducitur, ad foramen vſque in cauis tem-
porum exiſtente, & communis eſt cuneiformi, cum maxillæ ſuperioris oſſe primo.
ſ, 3.3. [ſ] *Tertia*, in elatiore oculi orbitæ parte, & narium ſummitate ſita eſt, oblique à radice il- *Tertia.*
lius ad ſummitatem huius perducta. Iungit frontis laminam, quæ partem orbitę ſupe-
riorem efformat, & proceſſum interiorem, cum maxillæ ſuperioris oſſibus, ſecundo,
t, 4. tertio, quarto, & quinto. [t] *Quarta*, obliqua eſt, in ipſo oſſis iugalis medio, quæ proceſ- *Quarta.*
u, 5. ſum primum oſſis temporalis, cum primo maxillæ ſuperioris oſſe connectit. [u] *Quinta*, *Quinta.*
inter proceſſus pterygoides ſita, antrorſum ducitur, cuneiformi oſſi cum ſepto nari-
um communis.

## CAPVT VIII.

### *De oſſibus capitis ſiue Caluariæ propriis agit.*

CRANIVM ergo, vt dictum, ſex oſſibus conſtat propriis, vno frontis, & occipitis, duobus ſyncipitis, totidemque temporum, quæ omnia inter ſe ſuturarum bene-
ficio connectuntur. Primum OS FRONTIS eſt, τὸ κατὰ μέτωπον ὀστοῦν, quod in an- *Os fron-*
teriore parte ſitum, totam frontem, & oculorum orbitæ elatiorem partem conſtituit. *tis.*
u, 2.6.2. *Figuram* habet circularem ferè, [u] patellam non incommode profundiuſculam expri- *Figura.*
mens, niſi iuxta oculorum ſedem, à rotunditate in rectam lineam abiret. Habet enim
cauitatem inſignem admodum, qua cerebri anteriorem conuexam partem excipit.
x, 2.3.2. *Connectitur* ſuperius, [x] ope ſuturæ coronalis duobus ſyncipitis oſſibus, [y] inferius, oſſi- *Connexio*
A.A.A. bus maxillæ ſuperioris, & cuneiformi; [z] à lateribus, duobus proceſſibus oſſis cuneifor-
y, 1.& 3. mis alas veſpertilionum imitantibus. *Subſtantiam* inter verticis oſſa & occipitis, mediā *Subſtan-*
z, II. habet. nam vt illa tenuiſſima ſunt, ita hoc craſſiſſimum. Non tamen æquabilem præ ſe *tia.*
fert vbique craſſitiem, ſed ad elatiorem oculorum ſedis regionem tenuiſſimum eſt:
tenue etiam vbi temporalibus oſſibus committitur: in cæteris autem partibus, vbi
frontem excipit, craſſius eſt, quàm verticis oſſa, duplicique lamina ſubſtantiam pumici
ſimilem complectitur, tenuius tamen fit ſenſim, vbi hinc ad verticis oſſa, quibus com-
mitti debet, declinat. Eſt autem *vnicum* os in adultis, quamuis in pueris geminum ſit, *Numerus*
in quæ diuiditur à ſagittali ſutura ad naſum vſque excurrente. In fæminis etiam adul-
tis ſimiliter id obſeruari ſemper, Ariſtoteles tradidit: ſed experientiam refragantem
a, 2.4.2. habet. In hoc oſſe obſeruanda eſt [a] *Cauerna ſatis ampla*, inter vtramque laminam ad naſi *Cauerna*
1. radicem conſiſtens, interdum vna, nonnunquam (& magna id quidem ex parte,)
gemina, vtrinq; tum ad ſuperciliorum ſedem ſublimiorem ſita, à qua foramina duo
ad narium cauitatem expanduntur. Hanc membranula viridis ſuccingit, materiam
in ſe continens viſcidam, & cerebri ſubſtantiæ non valde abſimilem. Voci inſeruire,
vt canora magis ſit, vulgo traditur: ſed ego exiſtimem, ad odores hauriendos facere,
cum ibi aër excipiatur odore prægnans, conſeruetúrq; paulum, ne præterlabatur tam
ſubito nares. Exemplum ſi vis ſimilis rei, auriculam inſpice, quam Natura quoq; ad
latera capitis veluti aliquod velum expandit, vt fugientem ſono refertum aërem de-

*Foramina.* tineat, leuiterq; remoretur. α *Foramina* habet duo in ſede ſuperciliorum media, in oculi orbitam deſinentia, per quæ ramus primus nerui tertiæ cerebri coniugationis in *Proceſſus* muſculum frontis egreditur. β *Proceſſus* quoq; conſtituit quatuor, quorum maiores duo, ad maiorem oculi angulum: minores ad minorem conſiſtunt. α, 2.3.1. & 2.t.2. 6.1.D.D. β, E.E.E. F.

Syncipitis oſſa. b SYNCIPITIS OSSA, aliis *oſſa verticis* dicta, quod Vertex horum centrum ſit, locus inter frontem, & occiput medius. Græcis βρέγματος ὀστᾶ, ἀπὸ τοῦ βρέχειν τὸν ἐγκέφαλον dicuntur, quod cerebrum ibi ſemper ſit madidum. *Numero duo* ſunt, quadrilateræ figuræ, ſed altera parte longioris, vt Euclides loquitur, cum quatuor conſtent lineis, quarum laterales tranſuerſis longiores ſunt, non tamen plana, ſed concaua ipſa ſunt, ob capitis ſphæricam figuram, cui accommodantur. *Committuntur* c anterioribus lineis, oſſi frontis, ſutura coronali: d poſterioribus, oſſi occipitii, ſutura lambdiformi: e internis lateribus, ſibi inuicem, ſagittali: at f exterioribus, oſſibus temporum, ob quarum coniunctionem, in f.f. ſquamas degenerant. *Maxima* ſunt, omnium conſenſu, inter oſſa cranii: ſed & tenuiſſima quoque, ac infirmiſſima, cum omnium tardiſſime in pueris indureſcant & oſſium naturam induant, imò Plinio teſte, non ante ſermonis vſum. Craſſa tamen ſunt æqualiter, niſi vbi in ſquamas attenuantur. *Superficiem* habent g extrinſecus læuiſſimam: h interius aſperiuſculam, ob veſtigia, quæ venæ i Iugulares per cerebri meninges diſperſæ imprimunt. Et hæc Chirurgis ſedulò notanda ſunt, ne, vbi terebra cranium aperiendum erit, imperite venas cum vitæ periculo vulnerent, ſed caute agendo eas illæſas conſeruent.

(Margin: *Numerus*; *Connexio*; *Superficies.* — b, 2.6.3. & 4. c, 2.6.3.a d, b. e, c. f, d. f.f, e. g, 2.6.3.A h, 2.6.4.A i, B.B.b.b)

Occipitis os. l OCCIPITIS OS, τὸ κατ' ἰνίον ὀστοῦν, διὰ τὸ ἰνῶδες εἶναι Galeno appellatum, quod ibi fibræ nerueæ oriantur, ab Arabibus memoriæ dicatum eſt, & poſticam capitis partem claudit. *Figura* pentagonum ferè exprimit: m primum enim, & ſecundum latus ſunt, quibus verticis oſſibus iungitur, ope ſuturæ lambdoideæ: n tertium, & quartum, quibus oſſibus temporũ additamẽtis lambdoideis, ſiue ſutura tertia mendoſa: o quintum, quo cuneiformi. Vnicum eſt *numero* in adultis, quamquam in recens natis tripartitũ ſit. *Subſtantiam* habet duram, adeoque craſſam, vt omnium caluariæ oſſium craſſiſſimũ perhibeatur: inæqualis tamen eſt craſſities illa, cum in ſuperiore parte admodum craſſum ſit, duplicemq; habeat teſtam: inferiore, qua baſin cranii accedit, tenuiſſimum, & vnica ſimpliciq; lamina donatũ. p *Externa ſuperficies* læuis eſt, præterquam vbi ſinus quoſdam habet ſemicirculares, quorum q duo ſuperiores inſignes ſunt admodum, pro muſculis, tum iis qui caput extendunt, tum qui ſcapulam dorſo admouent, quos Cucullares vocabimus: r duo verò inferiores parui, circulos fere conficientes, pro muſculis rectis caput extendentibus exſculpti. ſ *Interior* impensè inæqualis eſt, idque ob ſinus multiplices ipſi inſculptos; t quorum duo tranſuerſi per totum os excurrunt ad latera oſſium temporalium, qui propter ſinus, primum & ſecundum craſſæ cerebri membranæ, conditi ſunt. u Vnus inter hos rectus per totum caput vſq; ad naſi verticem diſtrahitur, pro ſinu tertio eiuſdem membranæ. Duo alii rotundi ſunt ſuper hos, aliique duo infra, x quorum illi minores, cerebri prominentias, quod bipartitum eſt; x x hi maiores multo, cerebelli protuberantias, excipiunt. y *Capita*, ſiue appendices duos habet, ad baſim ſitos, qui primæ colli vertebræ articulan-

(Margin: *Figura.*; *Numerus*; *Subſtantia.*; *Superficies.* — l, 2.6.5. & 6. m, A.A. n, B.B. o, C. p, 1.6.5. q, D.D. r, E.E. ſ, 2.6.6. t, D.D. u, E.E. x, F.F. x.x, G.G. y, H.H.)

tur, &

tur,& capitis motui, flexioni extenſionique dicato, inſeruiunt. Quod ſpectat *fora-* *Forami-*
z, 1.5.1.Y *mina*, [z] *vnum* habet maximum, rotundum pene, in baſi ſua inter prædicta capitula *na.*
a, Z.Z. ſitum, per quod ex cranio ſpinalis medulla ad dorſum deſcendit. [a] *Duo alia* huic adia- 1.
cent, (ſecundum inquam, & tertium) inter dicta capita & ſtyloidem proceſſum ſita, 2. 3.
oblonga, & ſatis ampla, per quæ ab inferioribus, venæ iugularis internæ ramus
maior, & arteriæ carotidis minor, aſcendentes, cranium intrant: ſextum autē par ner-
uorum totum deſcendit, & ex caluaria prodit. His vicina ſunt, ſub ipſis quaſi capitulis 4. 5.
b, 2.2. poſita [b] *duo alia*, (quartum, & quintum,) quæ rotunda, vix ſextam partem amplitudiins
prioris obtinent, per quæ neruorum ſeptimum par tranſitum habet.

c, 2.3.2. & 2.6.7. H. [c] Temporvm ossa, τῶν κροτάφων ὀςᾶ, ad latera oſſium verticis ſitum ſuum ſunt *Tempo-rũ oſſa.*
nacta. Minima ſunt ex omnibus caluariæ oſſibus, vtrinque vnum, multiplicem figu-
rā referentia. nam in ſuperiore parte ſemicirculum ferè *effingunt*: at inferiore, ob aſpe- *Figura.*
ras inæqualitates, modo proceſſibus extuberantia, modo foraminibus ſubſidentia,
d, K. ſcopulos horridaſq; rupes. [d] Elatiore parte, qua circularia ſunt, *iunguntur* oſſium verti- *Connexio*
e, P. cis exterioribus lateribus ſutura ſquamoſa: [e] anterius, maxillæ ſuperioris oſſi primo
f, M. proceſſu ſuo primo: [f] poſterius oſſi occipitis, ſutura tertia mendoſa. *Subſtantiam* habent *Subſtan-*
g, 2.6.8. R.R. durā admodum: [g] parte tamen ſuperiore & circulari, tenuem valde, & duplici illa la- *tia.*
h, S.S. mina, quam cætera caluariæ oſſa habere diximus, deſtitutam: [h] inferiore vero, quæ ad
baſim cranii eſt, eo vſque duram, vt lapideam duritiem vel æmuletur, vel æquet, vn-
de, & totum propterea os apud Græcos λιθοειδὲς, lapidiforme dictum eſt, apud La-
i, 2.6.7. O. tinos, Petroſum. *Sinus* habent duos: [i] *primus*, inter proceſſum mammillare & al- *Sinus duo*
terum, iugale os conſtituens ſitus eſt, amplus, rotundus, longuſque ſatis, qui ex lato fo- 1.
ramine in anguſtius intro tendi, cartilagineque incruſtatus, πορὸς ἀκουστικὸς, ſiue *mea-*
l, 2.5.2. T.T. *tus auditorius* dicitur, per quem ſoni ad interiorem aurem deferuntur. [l] *Secundus*, primo 2.
adiacet, in baſi cranii, ſub proceſſu primo, iugale os efformante, ſitus, tranſuer-
ſus & oblongus, cartilagineque contectus, qui capitulum maxillæ inferioris excipit.
m, 2.6.8. *Foraminibus* etiam pluribus donantur. [m] *Primum* eſt in caluariæ interna ſede, in pro- *Forami-*
& 2.5.1. ceſſu petroſo, figuræ oualis, longo ductu in os penetrans, vſque ad labyrinthū, quod *na.*
t.t. viam præbet neruo auditorio, ſiue quintæ coniugationi. [n] *Alterum*, ſatis amplum, in- 1.
n, 2.5.2. Q.Q. æquale, & oblique antrorſum ductum, ſub appendice ſtyloide ſitum, per quod arteriæ 2.
carotidis maior ramus, ad oſſis cuneiformis foramen quintum fertur, indeq; cere-
o, R.R. brum petit. [o] *Tertium*, inter occipitis & temporis os, quibus commune eſt, magnum, & 3.
inæquale, pro ingreſſu venæ iugularis, & arteriæ carotidis: at egreſſu nerui ſexti pa-
p, δ. ris. [p] *Quartum*, inter proceſſum mammillarē, & appendicem ſtyloidem ſitum, in ca- 4.
q, ε. nalem oblongum terminatur, & arteriam carotidem immittit. [q] *Quintum*, retro pro- 5.
ceſſum mammillarem, ad latus tranſuerſum ſuturæ lambdiformis, per quod ramus
primus venæ iugularis externæ cranium ingredientis, tranſit. Hoc modo in vno, mo-
do in vtroq; latere deeſſe ſolet.

r, 2.3.2. *Proceſſus quatuor* ſunt. [r] *Primus*, à meatu auditorio, vel anteriore ſede ſinus capi- *Proceſſus.*
& 2.6.7. P. tis maxillæ inferioris, ex lata baſi antrorſum fertur, & cum proceſſu oſſis primi ma- 1.
xillæ ſuperioris concurrens, ſutura obliqua nectitur, os iugale, de quo poſtea, conſti-
ſ, N. tuens. [ſ] *Alter*, ex lata baſi, in poſteriore temporalium oſſium ſede, & capitis fundo, in 2.
obtu-

# CAPVT IX.

## *Deſcribit tria oſsicula auditui inſeruientia.*

IN prima auris cauitate, quam Concham vocant diſſectionum periti, tria reperiuntur oſſicula, miro artificio efformata à Natura, quorum hiſtoria, etſi ad eam tractationem pertinere videatur, quæ auditus organis dicabitur; tamen, ne omiſiſſe quicquam in hac oſſium enumeratione credamur, paucis de ipſis agere decreuimus hoc loco. Cæterùm *ignota* hæc *Veteribus* fuiſſe nemini mirum videatur, cum & ipſa per ſe minutiſſima ſint vt facilè viſum effugiant, & in illo duriſſimo oſſe, quod à petræ ſimilitudine nomen habet, abſcondita lateant. *Recentiorum* tamen *induſtria*, qui omnes humani corporis partes ſumma diligentia rimati ſunt, eruta & in lucem producta fuerunt. Quà in re prima palma merito debetur *Ioanni Carpo Bononienſi*, qui princeps Incudem, & Malleolum dicta oſſicula in conſpectum protulit: altera *Ioanni Philippo Ingraſsiæ*, viro vndequaq; eruditiſſimo, qui tertii, (cognomento ſtapedis) inuentionem ſibi ipſi iure aſſcribit. Sunt autem numero tria, quæ nomen potius à figura, quàm vſu acceperunt, cum Malleus, Incus, & Stapes dicantur. *Subſtantiam* habent duriſſimam iuxta ac denſiſſimam, non minus tamen cauam pro continendâ medullâ. *Magnitudo* autem recens natis infantibus cum adultioribus eadem reperitur, nullaque in re differentiam eſt cernere, niſi in duritie, propterea quod, veluti cætera oſſa omnia, infantibus molliora ſunt, ita hæc quoque oſſicula perfectam duritiem, abundante adhuc illa humiditate naturali, nondum acceperunt. *Perioſtio* quoque carent, tametſi alia oſſa, vel intus, vt dentes: vel foris, vt reliqua omnia, obtineant. Id quod ſolerti admodum Natura conſilio effecit, ne ſcilicet ad ſoni receptionem inepta fierent, cum inſonora fiant dura corpora, ſi molli ſubſtantia tegantur, vt puta ſi quis campanę pannum impoſuerit.

*Carpus inuentor Incudis, & Mallei.*

*Ingraſſias inuentor ſtapedis.*

Malleus. MALLEVS ergò, qui primum oſſiculum eſt, ad tympanum, ſiue membranam primæ cauitati ſubtenſam, ſitum habet, ad finem meatus auditorii. Hic [u] capitulo conſtat craſſiuſculo, & oblongo, tenui anguſtæq; inhærens ceruici, quod, vti cum incude ſecundo oſſiculo articuletur, ſinum læuem obtinet. *Proceſſus* habet duos ex ceruice erumpentes, quorum [x] ſuperiori, minori, & curuo, chorda tympano ſubtenſa adhæret: [y] inferiori, membranula toto ductu incumbit.

*Proceſſus.*

*u,* 2.7.1. D. *x,* F. *y,* E.

Incus. *Alterum* eſt, INCVS, malleo adiacens, capitulo, & duobus cruribus donatum. [z] *Caput* enim craſſiuſculum habet, in cuius vertice leuis *cauitas*, quæ malleoli tuberculum excipit: *crura* verò duo habet, [a] alterum quidem longius tenuiuſque, ſtapedis vertici alligatum: [b] alterum verò, craſſius, breuius, & latiuſculum, quod ſquamoſo temporum oſſi innititur.

*Caput.* *Crura.*

*z,* G. *a,* I. *b,* H.

*Tertium,*

*Tertium*, STAPES, à forma ſtapedis noſtratis, quam eleganter exprimit, in media Stapes.
e, L.L. quaſi parte primæ cauitatis ſitum eſt, ad feneſtellam oualem. Conſtat ex [c] curuo arcu
d, K. in duo minutiſſima crura deſinente, quæ [d] baſi tranſverſæ inſiſtunt. In ſumma ſui par-
e, M. te [e] *capitulum* habet minutiſſimum, & rotundum, & arcum quaſi medium, cui longius *Capitulum.*
incudis crus, ſiue proceſſus, inſiſtit. *Baſis* feneſtræ ouali, & membranæ illam claudenti *Baſis.*
apponitur. *Cauitas* autem, quæ in petroſo oſſe occurrit, vbi de auditus organis verba
faciemus, deſcribetur à nobis, nunc ſufficiat oſsiculorum hiſtoriam tradidiſſe.

## CAPVT X.

### *De oſſe Cuneiformi & Spongioſo.*

OSSA quæ Caluariæ propria ſunt vidimus: nunc reliqua duo, quæ cum maxilla ſuperiore communia habet, cuneiforme puta & ſpongioſum, intueamur. CVNEIFORME, nomen habet à ſitu ſuo, non forma, cum cunei inſtar cæteris oſsibus caluariæ, imo omnibus pene capitis & maxillæ ſuperioris, in medio interpoſitum ſit. Vnde factum vt eandem appellationem apud Græcos quoque retinuerit, quibus σφηνοειδὲς ὀστοῦν vocatur: quia tamen ex diuerſis conſtat oſſibus, & variam propterea formam refert, πολύμορφον etiam, ſeu *multiforme* dicitur, quamuis ipſæ etiam partes poſtea à propria figura peculiaria nomina ſint ſortitæ. *Os cuneiforme.* *Iungitur* anterius oſſi frontis ſutura mendoſa quinta: poſterius, occipitis additamento ſutura quarta: ad latera longo ductu comes eſt temporum oſſi petroſo, à quo tamen rima aſpera diſparatur. Superius maxillæ ſuperioris primum os, quartum, & ſextum attingit: inferius per aliformes proceſſus, palati oſſa. *Connexio* Hoc vt varium eſt, ita *ſubſtantiam* quoq; nactum *variam* & inæquale. *Subſtantia.* nam ad latera & temporum caua, tenue, ſed admodum denſum & ſolidum eſt: in medio autem, vbi capitis baſin conſtituit, craſſum, imò omnium capitis oſſium craſsiſsimum, non tamen ſolidum, ſed cauitatem conficiens ſimilem duabus cauitatibus, quas in ſuperciliorum elatiore ſede, ad naſi verticem, & frontis baſin effingi diximus, ne caput temere aggrauet. *Proceſsibus* donatur, & in interna caluariæ parte & in externa. *Proceſſus.*
f, 1. 5. 1. In *interna* quidem, [f] *duobus* anteriore ſede poſitis, ex lata baſi in acutum mucronem de- *Interni.*
G.G. ſinentibus, & *aliis* [g] *duobus* poſteriore regione ſitis, quadratis pænè, ad latera in pleriſq; 1.
g, H.H. extuberantibus, qui cum oſſis craſſam partem cingant, ephippio non abſimilem, *Sella* 2.
h, 1. 5. 2. *Turcica* à forma dicuntur. *Extra caluariam* ſimiliter duplex proceſſus eſt, [h] *anterius* qui- *Externi.*
K.K. dem vtrinque vnus, ad latera foraminum in narium amplitudinem dehiſcentium, 1.
i, M.M. qui à forma veſpertilionum alis ſimili, πτερυγοειδεῖς dicti, *proceſſus aliformes:* [i] *poſterius* ſi- 2.
ii, c.d. militer duo, à dictis nati, [ii] duobus apicibus verſus ſtyloidem proceſſum extuberantes, quorum anterior obtuſus & paruus, poſterior longus & acutus eſt. Sunt etiam
l, 1. 5. 1. I. *Sinus* plures huic oſſi. [l] *in ſellæ* quidem *medio* quadratus, latuſque, glandulam pituitariam *Sinus.*
dictam cõtinens, cui à cerebro mucoſa excrementa deſtillantia tranſmittuntur, à quo 1.
poſtea quatuor alii deducuntur, oblongi, qui pituitam ad inferiores partes à glandula
m, K.K. deriuant. [m] *Duo anteriores*, ad ſecundum foramen in oculi ſedis radice poſitum, per 2.
quod nerui motorii oculi ingrediuntur orbitam, excurrunt, & pituitam ad oculi pinguedinem, muſculorum humectandorum gratia ferunt, ne ſcilicet in nimio conti-

nuoque motu exſiccentur, à qua poſtea per glandulam in maiori oculi angulo poſi-
3. tam ad nares tranſmittitur:[n] *Duo poſteriores*, ad inæquale, & aſperum foramen, quintum n, L. L.
4. ſphenoidis, extenduntur, per quod pituita ori & palato potiſſimum influit. [o] Eſt & o, 2.5.2.
*ſinus inſignis* in proceſſibus aliformibus, qui ſedem tutam præſtat muſculis in ore lati- L.
*Foramina.* tantibus. Hic profundus eſt longusque. *Foramina* plura obtinuit, quorum [p] *primum* iu- p, M. & 2.
1. xta proceſſus anteriores ſellam conſtituentes, circulare eſt, pro neruorum opticorum 3. k.
2. in orbitam ingreſſu. [q] *Secundum*, huic ſubiacens ibidem, quod ex inferiore parte ro- q, N. & 2.
tundum, mox ſurſum abit, longamque [qq] rimam efformat, quæ neruos ſecundi paris 3. l.
oculorum motui dicatos, tum tertium neruorum cerebri par tranſmittit. Per idem q, q, n.
foramen inſignis quidam ramus arteriæ carotidis ad oculos abit; tandem pituita, &
humiditates cerebri in glandula collectæ, vnde lacrymæ fiunt. Per elatiorem autem
3. ſedem Vena ex oculi ſede craſſæ cerebri membranæ diſtribuitur. [r] *Tertium* ad latus r, 2.3.2. m.
prædicti externum, paruum, ſed exacte rotundum, per quod quarti neruorum paris 2.5.1. O.
4. ramus primus, ad temporales, & in ore latitantes muſculos porrigitur. [ſ] *Quartum*, in ſ, 2.3. n.
externo latere orbitæ oculi, quod oblongum eſt maximumque, rimã potius, quàm fo-
ramen exprimens, cum anterius latius ſit, poſterius circa oculi radicem tenuius. Per
hoc ramus quartus tertii paris, & primus quarti neruorũ cerebri, in temporales muſ-
culos diſtribuuntur, & pituita oculi orbitam per ſecundum foramen ingreſſa, ad fau-
5. ces elabitur. [t] *Quintum*, longum & aſperum, ſub finem ſinus poſterioris ſellæ turcicæ, t, 2.5.1. P.
6. per quod arteriæ carotidis maior ramus in caput aſcendit, [u] *Sextum*, ad huius externũ u, Q. Q.
latus, longum, ellipſin figuram, ſiue oualem referens, quartum neruorum cerebri par
7. tranſmittens. [x] *Septimum*, à poſteriore prædicti ſede ſitum, exiguum admodum, & exa- x, R. R.
cte rotundum, pro venæ iugularis internæ ramo ſecundo & minore, qui in craſſæ me-
ningis ſubſtantiam ingreditur, & cuius veſtigia in ſyncipitis oſſibus apparent.

Os cribriforme. Alterum commune caluariæ os, ab aliis, qui cribro cõferebant (ob foramina nullo
ordine diſpoſita, quibus cribri ritu pertuſũ eſt) ἠθμοειδὲς, CRIBRIFORME & CRIBRO-
SVM dicitur: aliis, qui ſpongię comparare maluerunt, quòd foramina dicta anfractuo-
ſa, non directa cernerent, σπογγοειδὲς, & *os Spongioſum* appellatur. Os hoc vnum non
*Partes ipſius.* eſt, ſed multiplex, diuerſæ ſubſtantiæ, formæ, & ſitus. [y] *Prima pars*, os eſt, quadratum al- y, 2.5.1.
1. tera parte longius referens, à quo totum poſtea nomen accepit, in anteriore, ſed inter- & 2.6.2.
na caluariæ parte ſitum, cribri in modum tortuoſis foraminibus perforatũ, & tenuiſſi- E. E.
ma membrana ſimiliter perforata obtectum, per quæ odores ad cerebrum penetrant.
His obſtructis à pituita huc effuſa, Gravedo oritur, hyberni temporis in locis frigidio-
2. ribus commune admodum malum. [z] *Altera* eſt, proceſſus in huius medio, longus & tri- z, D.
angularis, apicem acutum in ſupremitate habens ſubſtantiæ ſolidæ, qui totam primam
partem in duas diſtinguit, & à forma criſtæ galli quam refert, *Criſta* communiter ap-
3. pellatur. Huic è directo opponitur inferiori in ſede [a] *pars tertia* quæ os tenue eſt, ſed du- a, 2.3.1.
rum tamen, ſurſum ad olfactus foramina, deorſum ad nares tendens & ſic totam nari- & 2.f.
um amplitudinem ac odoratus organa bifariam, in dextram ſiniſtramq; partẽ diſtin-
4. guit. *Quarta*, ſpongiæ ſimilis eſt, multis cauernulis prædita, vnde & totum os Spongio-
ſum dictum.

*Vſus.* 1. Huius oſſis vt partes diuerſæ ſunt, ita quoque *vſus* varii. *Prima* pars, aëri odore im-
prægna-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

conficitur:inæqualis etiam,cum alibi partes tenuiores, alibi craſſiores obtineat, &
ſic modo durior,modo mollior ſit. Quocirca,& ſolers Natura non ex vno oſſe, ſed ex
diuerſis condidit,ne ſcilicet,cum inter ſe ſubſtantiæ ratione differentiam requireret,
*Connexio* importune continua eſſent. *Coniunxit* autem tum inter ſe,tum cum aliis conterminis
oſſibus capitis,puta caluariæ,& ſphenoidis, harmonia potius, quàm ſutura,ſi externã
faciem reſpicias: ſutura autem, quam harmonia,ſi internam. Has enim compages,ſi
accurate conſideres,forinſecus harmoniæ videbuntur,& quandam lineam efforma-
re:at ſi effringantur, mutuum quendam intus contextum referunt ſuturis non abſi-
*Suturæ propriæ maxillæ ſuperioris.* milem.Sunt autem duplices,aliæ communes caluariæ cum oſſibus maxillæ ſuperioris,
quarum quinque ſunt,iam ſuperius enarratæ,vbi de ſuturis egimus: aliæ propriæ ma-
xillæ oſſibus,nouem numero,de quibus nunc dicendum.nam harum beneficio,vt oſ-
ſa diſterminantur,ita quoq; earum deſcriptio tradenda eſt.
1. c *Prima* ergò in oculi orbita initium ducens in media ſede inferioris partis, obli- c, 2.3.1.
que ac fere circulari progreſſu deorſum ad latus externum oſſis malæ protrahitur, in- & 2.2.2.
2. deq; per temporum caua. d *Secunda*, in ipſa orbita eſt,& latere eius interno,anteriore d, b.b.b.
3. ſede,circularis,& oblonga,quæ totum ſecundum maxillæ ſuperioris os ambit. e *Ter-* e, c. c.
*tia*,in eadem orbita eſt, inque eodem latere, ſed ſede inferiore, ab oſſis cuneiformis
ſutura communi ſecunda recta ad faciei anteriora ducitur, & in dicta ſecunda ſu-
4. tura terminatur. f *Quarta*,in naſi dorſo eſt,à ſuperciliorum interſtitio per naſi longi- f, d. d.
5. tudinem oſſeam totam delata, quintum os bifariam diuidens. g *Quinta*, ad naſi latus g, e.e.
exterius quartæ toto ductu ſocia eſt & comes, à ſutura communi tertia,recta deorſum
ſecundum oſſis quinti longitudinem protenſa ad vſque naſi partem cartilagineam.
6. h *Sexta*,in palato eſt,per cuius partem poſteriorem tranſuerſum ducitur. i *Septima*, in h, 2.5.2.
7. eodem eſt,ſed ſecundum longitudinem eius totam excurrens, à poſterioribus antror- a.a.
8. ſum. *Octaua*, in interna faciei ſede eſt, in ipſa narium amplitudine, ſepto cum quinto i, b.
9. oſſe communis.*Nona*,eidem ſepto cum quarto, & ſexto maxillæ communis eſt. Ex his
ſuturis quædam ſimplices ſunt, vt quarta, ſexta, ſeptima, octaua, & nona: quædam
duplices,in vtroque latere occurrentes, vt reliquæ, puta prima, ſecunda, tertia, &
quinta. Atque hæ ſunt ſuturæ, quæ oſſa maxillæ ſuperioris diuidunt, quorum nume-
rus,etſi apud Authores variet, aliis vndecim, aliis duodecim ponentibus: nos tamen
cum doctiſſimis Anatomicis duodecim ſtatuemus, adeo, vt ſex ſint paria oſſium in v-
niuerſum.
*Oſſa maxillæ ſuperioris.* l *Primum*,quod externum oculi angulum efformat, & rotundam illam extuberan- l, 2.3.1.
tiam,Hippocrati κύκλον προσώπου, faciei circulum appellatam, durum ſatis ac ſolidũ. & 2. R.
1. Superius iungitur oſſis frontis proceſſui externo,in cauda ſupercilii, ſutura communi
prima;inferius, cum quarto maxillæ ſutura prima propria;poſterius,ſphenoidi, ſutu-
ra communi ſecunda; & tandem proceſſu ſuo,cum proceſſu oſsis temporum ad latera
capitis,vbi os iugale conficit ſutura communi quarta.
2. m *Secundum*, in oculi maiore, & interno angulo conſiſtit,eſtque oſſium maxillæ ſu- m, S.
perioris minimum,rotundum, tenuis ſquamæ inſtar,cui caruncula lachrymalis inni-
titur,quam propter n foramen etiam inferiore ex parte habet ſatis inſigne, in naſi am- n, T.
plitudinem dehiſcens,vt mucum excrementaq; cerebri,ad pinguedinem oculi trans-
miſſa,

miſſa, per nares expurget. Per hoc idem ramus tertius tertii neruorum cerebri paris in narium amplitudinem, ad tunicam hanc ſuccingentem, tranſmittitur. Iungitur elatiore ſede oſſi frontis ſutura communi tertia; depreſſiore & anteriore, cum quarto maxillæ; poſteriore, cum ſequente.

o, V. o *Tertium* par, ſubſtantiæ quidem ſolidæ ac duræ eſt, æquè tamen ac ſecundum tenue, niſi quod amplis intus ſinibus aëre plenis ſcateat. Figuram exprimit quadranguli, altera parte longioris. Nectitur quatuor oſſibus; ſuperius, oſſi frontis ſutura communi tertia; inferius, quarto maxillæ ſutura propria tertia; anterius, ſecundo maxillæ ſutura propria ſecunda; poſterius, cuneiformi, communi tertia. 3.

p, X. X. p *Quartum* omnium maximum eſt, & craſſiſſimum, non tamen æquè denſum, ſed intus refertum cauernulis infinitis medulliferis, maximam faciei partem conſtituens, maximeq; genam ſuperiorem, qua cauſa à Galeno 11. Vſu part. 19. Os Malæ nuncupatur. Hoc ſuperiores dentes omnes complectitur, myſtacem conſtituit, narium foramina, deniq; omnia fere quæ ad ſuperiorem faciei partem pertinere videntur, quocirca & pluribus ( quam vllum ex maxillæ ) oſſibus committitur. Superius quidem iuxta naſum, oſſi frontis, ſed breui ductu, ſutura communi tertia; inferius, cum cuneiformi ſutura communi ſecunda; anterius, cum ſecundo in oculi angulo interno ſutura propria ſecunda; poſterius, cum tertio ſutura propria tertia, & tandem cum ſuo compari ſutura propria ſeptima. *Foramina* quoq; habet notatu digniſſima. q *primum*, duo circa orbitæ oculi ſedem inferiorem, quorum alterum in ipſa orbita eſt, alterum foris, per quod ramus ſecundus, tertii neruorum cerebri paris, ad faciei muſculos excurrit. 4.

q, Y. Y.

r, 2.5.2. A. r *Dein*, vnum in palati anteriore parte, retrò duos medios inciſorios, in ipſa diuiſione oſſis palati, ſiue ſutura propria ſeptima, per quod ex palato in narium amplitudinem venula atq; arteriola vna cum tunica palatum ſuccingente tranſmittitur.

ſ, 2.3.2. Z.Z. ſ *Quintum* eſt formæ quadrangulæ, oblongum, durum, mediocriter craſſum, cum ſuo pari naſi oſſeam partem conſtituens. Superius annectitur frontis proceſſui interno, portiuncula ſuturæ communis tertiæ; inferius, ſuturam quidē non habet, ſed aſperum admodum & inæquale exiſtit, & cum cartilaginibus naſi committitur; anterius cum ſuo coniuge, ſutura quarta propria; poſterius, cum quarto ſutura quinta. 5.

t, 2.5.2. F. F. t *Sextum*, cum ſuo pari palatum efformat, & narium amplitudinis poſteriorem partem, anterius ſemicirculum, poſterius rectam ferè lineam exprimit. Ex his iam patet, quot & quæ oſſa ſint, ex quibus oculi orbita conficitur. Alia enim ad frontem, alia ad ſphenoides os pertinent, alia ad maxillam ſuperiorem. Ad frontis os vnum pertinet, quod ſuperiorem oculi partem conſtituit: ad cuneiforme vnum, in externo latere, poſteriore ſede, poſitum. Quatuor ad maxillam ſuperiorem, ſicut os primum, ſecundū, tertium, & portio quarti. Primum exterius latus cum dicto ſphenoidis efficit: ſed hoc anteriorem, illud poſteriorem partem. Secundum, & tertium, interius latus: quartū, inferiorem partem. Ex quo fit, vt tota orbita ex ſex oſſibus conſletur, quorum figura & ſubſtantia qualis ſit, ex dictis ſatis manifeſtum eſt. 6. *Quæ, & quot oſſa, oculi orbitam conſtituant.*

Altera faciei pars, MAXILLA INFERIOR eſt, quæ homini inter cætera animalia, ſola ſimia excepta, breuiſſima eſt, vt cui manus obtigere, quarum beneficio cibum ori apportat, ne brutorum inſtar hunc aſſumpturus caput terræ inclinet. Eſt etiam ſoli ho- Maxilla inferior.

li homini rotunda, vt maieſtas illa diuinitatis, faciei impreſſa, ſplendidius eluceat,
& pulchritudine ſit commendabilior. Habet tandem & hoc peculiare, quod cum cæteris animantibus plæriſq; omnibus ex duobus oſſibus per ſymphyſin iunctis, conſtet, homini (ſiquidem ad ætatem iuſtam peruenerit) ſimplex ſit, & ex vnico conſletur. Dico, cum ad iuſtam ætatem ſuccreuerit, quod infantibus bifida ſit, & cartilagine copioſa in medio mento iungatur: at in adultis ita coaleſcat, vt nullo modo, ne coctione quidem ſeparari queat, quæ aliorum animantium maxillam facillimo negotio diuidit.

*Mobilis.* *Mobilis* eſt ciborum gratia, qui motu eius ad maſticandum indigent, tum in accipiendo, tum in mandendo cibo. Quocirca & cum ſuperiore eiuſmodi articulo commiſſa eſt, qui ad motum euidentem aptiſſimus eſſe poſſit, vt poſtea dicetur, quo in officio communi ſocietate æquâ vtraque maxilla conſpiret.

*Dura.* *Dura* quoque propterea eſt, non tamen ita, vt vbique ſolida ſit, cum pondere ſuo incommodare poſſet: verum ſinibus cauernuliſque medulliferis referta.

*Craſſa.* *Craſſa* eſt, dentium recipiendorum gratia, quem vſum ipſa quaſi Natura docere videtur, cum edentulis maxillam attenuat. Nam dum dentium ſeriem ſenibus ætas longa abſtulerit, craſſities quoque maxillæ adimitur, atque aboletur. *Figura* arcum pulchre refert, niſi quòd po-

Proceſſus. ſteriore ſede attollatur, & bicornis duos vtrinque *Proceſſus* altos exigat, quorum [u] *an-* *u, 2. 7. fig.*
1. *terior*, κορώνη à Græcis dictus, ex lata baſi, in tenuiſſimam exacteque anguſtam *2. 3. & 4.*
verticem protuberat, os iugale ſubit, tendinique validiſſimo muſculi primi ma- *A. A.*
2. xillæ inferioris, ſiue temporalis, ſedem accommodat. [x] *Poſterior*, ceruice inſigni *x,* B. B.
erectum [y] capitulum tranſuerſum & longum efformat, quod in ſinum ſecundum *y,* a. a.
oſſi temporum inſculptum adaptatur, cartilagine incruſtatum. Interponitur autem inter caput & ſinum alia quoque præter hanc cartilago, læuis atque mollis, quæ non tantum ligamenti officio fungitur, vt proceſſum in ſinu ſuo contineat: ſed etiam motum lubricum admodum reddit, adeo, vt aptiſſimus & validiſſimus fiat articulus, qui non ambulationi, non apprehenſioni, ſed vitæ vſui maximè neceſſario inſtitutus

*Foramina.* erat. *Foramina* habet [z] *duo*, vtrinque vnum in ſuperficie interna, ad proceſſuum dicto- *z,* b. b.
1. rum fundamenta & origines, quæ per os poſtea ad anteriora penetrant longiſſimo ductu, & in externæ ſuperficiei foraminibus deſinunt. Per hæc tertius ramus quarti neruorum cerebri paris, cum venulâ & arteriâ ad dentium cauitates perfertur. Ductus autem hic à quouis facillimè poteſt inueſtigari in maxilla ſiccata, ſi quis forami-
2. nibus æneum filum indiderit. [a] *Duo* alia in exteriore ſuperficie parte anteriore com- *a,* c. c.
parent, per quæ vaſa modo dicta ad muſculos, labium, & cutim illic locorum collocatam deferuntur.

*Aſperitates.* Sunt etiam *aſperitates* quædam in maxilla occurrentes diligenter notandæ, muſculorum gratia, cum vel caput ibi, vel tendo inſeratur. [b] *Prima* eſt in an- *b,* d. d.
1. teriore oſſis & exteriore parte, qua mento ſubeſt, vbi vtrinque ad latera extuberat,
2. pro capitibus tertii paris labiorum, quod Deprimens inferioris labii vocabimus. [c] *Al- c,* e.
*tera*, in eadem anteriore parte, ſed ſede interna leuior aſperitas, vbi inſeritur tendo ſe-
3. cundi paris maxillam deprimentis. [d] *Tertia* tandem, in latere interno, ſed poſtrema *d,* f. f.
parte, ſub capitulo maxillæ, iuxta ſinum, per quem neruus ingreditur cum cæteris vaſis, vt efformet ſedem tutam tendini quinti paris proprii, quem maxillæ Adductorem vocabimus.

Præter hæc iam enarrata foramina, notandæ veniunt *Cauitates* vtriuſq; maxillæ *Cauitates.* marginis, quas vulgo dentium alueolos, & præſepiola Anatomici periti vocare conſueuerunt. Dentium enim continendorum gratia factæ ſunt, quibus numero & figura ſic exacte reſpondent, vt neq; hanc, neq; illum proprium habeant, ſed dẽtibus correſpondentem. Tot enim caua ſunt, quot dentes, cum quilibet primum erumpens, ſibi proprium ac peculiare condat præſepiolum; concidens etiam ſecum vna alueolum ſuum perdat, ita vt ne veſtigium quidem maneat reliquũ, donec (ſi forte) nouus ſubeat, qui propriam poſtea ſedem domiciliumq; (vt ita dicam) ſibi omnibus modis reſpondens præparet, & efformet. Hoc autem formam dentis in cunctis ſic æmulatur, adeoq; exacte vndiq; cingit, & adhæret, vt neq; laxius vacillantem, neq; anguſtius infirmum reddat, ſed æquâ interualli proportione denti adaptetur.

## CAPVT XIII.

### *Dentium numerum, hiſtoriamq; proponit.*

DENTES ergo ſic ſiti ſunt, nempe in alueolis marginum vtriuſque maxillæ, ſiue, *Dentes.*
vt Galenus loquitur, lib. de oſſ. ad Tyr. ἐν τοῖς τῶν φατνίων βοθρίοις. *Articulantur autem* certo, nec alteri oſſi communi nexu, quem γόμφωσιν Græci, quaſi dicas Conclauationem, appellant, quòd inſtar clauorum maxillis ſint inſerti, quanquam pro diuerſo, quo adaptantur modo, diuerſas etiam alias articulationum ſpecies conficere videantur. Nam *ratione nerui*, qui ipſis inſitus, malis affirmat, ſtabilitatemque largitur, ſyneuroſin efficere parent; *ratione gingiuarum*, quibus veluti obuallantur, ſyſſarcoſin generare putantur. Notandum tamen hoc diligenter, obſeruatum à me eſſe, dentium (præſertim inciſorum caninorumque) radices quibus alueolis infiguntur, nonnunquam curua acutie latius præſepiolis ſuis infigi, quo fit vt plurimum roboris ipſa articulatio nanciſcatur, ſed admodum periculoſe ipſi poſtea dentes euellantur, cum cedere nequeant, niſi pars quædam vna de ipſo alueolo auferatur, quod tamen ſine grauiſſimis ſymptomatibus fieri vix poteſt. *Subſtantiam* duram habent ſolidamque, imo oſſium fere omnium duriſſimam, cum diutiſſime flammam incremabiles ſuſtineant. Hæc durities ſtabilimenti loco inſeruit, ne inter mandendum atterantur, quanquam ne ſic quidem ſatis firmi ſint, cum ſemper ex continuo vſu illis aliquid decedat, quod ſatis manifeſte in illis apparet, quibus dens aliquis excidit, cum oppoſitus ſemper reliquis eminere videatur, cuius rei cauſa non eſt alia, quam quia, vt cæteri, coniuge deſtitutus, non atteratur. *Figuram* autem ſinguli acceperunt claui, cum omnes parte qua eminent extra alueolos, nonnihil lati ac rotundi: poſterius qua infiguntur, longi & acuti ſint. Non tamen omnes eandem figuram obtinent, & hanc quam diximus, ſed ratione vſus ſui admodum diſcrepant, vt poſtea dicturi ſumus, dum ſingularum ſpecierum enumerationem hiſtoriamque inſtituemus.

*Articulatio dentium.* *Obſeruatio.* *Subſtantia.* *Figura.*

e 2.7.5. C. ^e *Cauitatem* quoque habent ſinguli intus, eamque ſatis inſignem conſpicuamque, *Cauitates.* non quidem vbique, ſed iuxta radicem, ſubſtantia quadam membranulam æmulante ſuccinctam, quam etiam diſſectionum profeſſores membranam indigetant, & cuius ratione dentes ipſi exquiſitiſſimum ſenſum obtinuere, quod perioſtii vicẽ ſubeat.

Differt

Differt tamen magnitudo huius cauitatis, tum ratione dentium ipſorum, qui maiores ſunt, minoreſve: tum ratione ætatis, cum in puerulis ad ſeptimum vſque annum, ampla ſatis ſit cauitas, tenui quadam ſquama apum fauis ſimili circumſepta, atque albo quodam humore, velut muco, oppleta: at in adultis, reſiccato hoc, tota cauitas in anguſtum ſinum coeat. *Vaſa* habent omnis generis, venas, arterias, & neruos, à quibus tum nutrimentum, tum vitam, ac ſenſum accipiunt, quo ita acuto pollent, vt vix pars noſtri corporis inueniatur, quæ læſa maleque affecta, maiores cruciatus, ac dentes ipſi, poſſit infligere. *Nutriri* autem debebant, cum ſemper atterantur; *viuere*, vt nutriantur; ſentire, vt expoſiti multis iniuriis in loco externo, fugere noxia facilius queant. A primis enim qualitatibus, calore & frigore, admodum læduntur, & propterea eas ferè ſolas quoq; percipiunt: Secundas, ſine ſenſu & noxa perferunt tuto, ſuſtinentq;. Non duritie premuntur, non limâ læduntur: at leui frigore tacti ſtupeſcunt, leui calore affecti, impenſe dolent. Ineptum autem eſt, quod Aretæus prodidit, ſolos Deos eſſe qui norint, cur ab illis, quàm ab his potius lædantur, cum cauſa cuiuis ſatis in promptu eſſe videatur. Dentes enim non ipſi per ſe ſentiunt, ſed membrana illa eſt, quæ ipſa, & propter quam illi ſentiunt, in penitioribus dentium ſinibus abdita. Ergò, cum nec durities, neque mollities, nec lima, neq; ferrum ad ipſam membranam penetret, innoxia illa manet: at calor friguſque, dente calefacto aut refrigerato, ad ipſam membranam ſucceſſiue tandem penetrat, & quia membrana frigidiuſculum nacta eſt temperamentum, fit, vt celerius à frigore quoque, atq; à calore afficiatur. Cæterum *venas* habent à iugularibus; *arterias*, à carotidibus; *neruos molles*, à tertio neruorum cerebri coniugio *propagatos*. Hæc vaſa cum primaria ſint, mirum profecto non eſt, ſi corpus, primum dentibus erumpentibus, tam miſere afficiatur, alui profluuiis, febribus, & conuulſionibus, tractis in conſenſum partibus principibus, hepate, corde, & cerebro. *Superficies* candida eſt, nitida, ac æqualis, ſi quidem Naturæ leges obſeruent: ſin; nigra, inæqualis, craſſaq; materia ſepta, tartaro vini doliis adhæreſcenti non abſimilis. *Magnitudo* moderata eſt, cum homo ad manſuetum contubernium natus, exertis, inſtar apri, dentibus non indiguerit. Nec tamẽ omnes æquales ſunt; ſed inciſores minores, maiores canini, maximi molares, & inter hos, poſteriores. *Numero* communiter in vtraq; maxilla ſunt ſedecim: variat tamen ratione indiuidui ſæpe, at nõ vt Ariſtoteles cenſebat, ratione ſexus. Diuerſitas autem hæc in molaribus eſt, qui modo plures ſunt, modò pauciores, raroque admodum debitum numerum explent. Phyſiognomis dentium numerus abſolutus laudatur, cum & robur facultatis generatricis, & copiam materiæ ſufficientem oſtendat, quæ duo plurimum ad ſanitatis vſuram conducere cenſentur. Sunt autem dentes triplices, ratione tum figuræ, tum vſus: obtinuit tamen conſuetudo, vt ab vſu potius quam à figura appellationem habeant, ſicq; Inciſores, Canini, Molareſq; vocantur.

[Margin: *Vaſa.* — *Superficies.* — *Magnitudo.* — *Numerus*]

[f] INCISORES, à Græcis quoque τομεῖς, eadem notatione dicti, quatuor ſunt, in [g] vtraque maxilla ſiti anteriore parte, vnde & πρόσθιοι nominantur, qui figuram, qua ſede gingiuis eminent, acutam habent. *Vſus* enim ipſorum eſt, ingeſtum ori cibum incidere, inque partes diuidere, quas molares facilius comminuant. [h] CANINI, κυνόδοντες, ſunt duo, vtrinq; vnus, extremis inciſoribus, tanquam ſocii adſtantes. *Figura*, inciſo-

[Margin: Inciſores — Canini. — *f.* 3.2.1. & 2. *item* 2.7. *fig.* 2.3. & 4. *g.* g. g. g. g *h.* h. h.]

inciſorum figuræ non admodum diſſimilis eſt, niſi quod extremitate ſua acutiores nonnihil, cæteris quoque dentibus emineant. Horum *munus* eſt, vt loco, ita auxilio adſtare inciſoribus: & ſi quid duriuſculum fuerit, quod ab illis diuidi nequierat, ab his frangatur, & dirimatur. Vſum hunc in nobiſmetipſis facile aduertemus, ſi nuces, oſſa, aliaq; ſolida, non inciſoribus, ſed caninis frangere nos attenderimus, edocti hoc ab ipſa quaſi Natura officium. Vocantur etiam *Oculares* à vulgo, quod eos ab oculo depẽdere putat, cum euulſis ipſis oculorum actiones lædi videt, ſed alia id ratione accidit, quã docet Anatomica inſpectio, quæ teſtatur, neruorum oculos mouentium portionem in hos deferri. *Radices*, vt prædicti inciſores, habent ſingulas, robuſtiores tamen,
i, i.i.i.i. altiuſq; infixas.[i] MOLARES, μύλαι, & μυλῖται dicti, quod veluti molis cibus ab ipſis atteratur, loco ſunt poſtremi, in buccarum cauitate occulti. *Numero*, ſi adſint omnes, quinque, vtrinque, ad latera caninorum, conſiſtentes, vt ſic omnes in vniuerſum, ſi vtriuſq; maxillæ numerum requiras, viginti conficiant. Non tamen omni ætate omnes adſunt; vt plurimum quidem quatuor illi, caninis proximi, & iunioribus adſunt: at vltimi duo, adultioribus ſolum, vnde & σωφρονιστῆρες Hippocrati dicti, quod non erumpant prius, atq; homo ſapientiæ ſtudio idoneus euaſerit. Latinis propterea Sapientiæ dentes nuncupati: aliis, vt vulgò, Genuini dicti. Atque hi in cauſa ſunt, vt inter ſe Authores varient in numero dentibus aſſignando, aliuſque alio plures, vel pauciores, enumeret. Modo enim videre liceat in hoc latere quatuor, in alio quinque; modo in ſuperiore maxilla omnes adeſſe, modo in inferiore quoſdam deficere. *Figuram* habent à cæteris paululum diſcrepantem. cum enim illi acuti ſint, hi latam habent ſuperficiem & inæqualem, quatuor acutis eminentiis exaſperatam, quas inter foueola quædam occurrit, ab ipſarum concurſu enata. Quare & pars extra gingiuas producta, non, velut reliquorum, acuta, ſed quadrata eſt, quæ perfectior in tribus poſterioribus, adeo, vt hac cauſa à Ruffo Epheſio, τραπέζαι, *Menſæ* appellentur, quas non ineleganter videntur exprimere, tum lata hac ſuperficie, tum triplici radice, cui hæc incumbit, cum & noſtræ menſæ cuidam radici ſemper innitantur. *Radices* autem non ſimplices habent, vt reliqui iam enarrati, ſed plures, in quarum numero quædam occurrit diſcrepantia, tum ratione maxillæ, tum etiam dentium inter ſe. Et inter ſe quidem, cum proximi caninis, habeant pauciores; plures, tres poſteriores: at ratione maxillæ, cum duo ſuperioris malæ, caninis proximi communiter binis, reliqui extremi ternis radicibus affigantur; at inferioris maxillæ illi ſingulas habeant; hi, binas. Sunt etiam ſuperioris dentes, maioribus radicibus prædıti, vt ita ſatis clarè pateat, & numero, ac magnitudine ab iſtis, inferioris malæ differre. Id quod non temere, ſed prouido NATVRA fecit conſilio, cum illi, qui penduli futuri erant, firmamentum fidelius requirerent: hi, ſuo pondere ſatis muniti, onus ſuperuacuum reſpuerent. Ex his nemini obſcurum eſſe poteſt, quem *vſum* dentes præſtent corpori. Nam maſticando, cibos ventriculo præparant, vt ipſius in chylum conuerſio ſit facilior. Hos *diuidunt* Inciſores; *frangunt*, Canini; *comminuunt* Molares, & molæ inſtar in minimas partes diuidunt. hinc *lati* facti ſunt, vt excipiant facilius, retineantq; fidelius; *aſperi* autem vt comminuant perfectius. Sic enim & molares lapides ferreis malleis exaſperari videmus, cum nihil æquali ſuperficie præſtent.

Molares.

*Vſus dentium.*

H CAPVT

# CAPVT XIV.

## *Oſsis hyoidis hiſtoriam tradit.*

SVB maxilla inferiore, in elatiſſima laryngis parte, [l] os continetur, quod vnitatis no- *l, 2.7.6.*
mine exprimitur, & à ſimilitudine quam habet cum litera Græcorum υ, ὑψιλοει- *7.& 8.*
δὲς, & contracte ὑοειδὲς; aut cum Λ, λαμϐδοειδὲς dicitur. Meo tamen iudicio rectius
comparari figura eius cum inferiore maxilla poterit, quod anterius ſinuoſum,
poſterius cornua, veluti proceſſus longos educit. Sunt nonnulli Veterum, qui φα-
ρυγγετρον vocauere, vel, quia faucibus ſubſeruiat velut baſis; vel, quia laryngi ſub-
ſternatur, quem nonnulli φάρυγγα vocauere. Os tamen hoc vnum nō eſt, ſed multiplex,
& ex pluribus conflatum, magnaque ex parte in *Viris* adultæ ætatis, ex vndecim con-
ſtat: in *Mulieribus*, ex paucioribus, nonnunquam etiam ex tribus tantum componitur.
*Primum os hyoidis.* [m] *Primum* os, quod in medio conſiſtit duorum lateralium, maiuſque eſt, ac latius *m, A.E.*
ipſis, etſi paulò breuius, exterius, ſiue [n] parte anteriore, conuexum eſt, & in obtuſum *n, a.*
angulum terminatur, at [o] interius, concauum. *Sinus* habet, [p] vnum in elatiore regione *o, D.*
tranſuerſum & depreſſum, vt primum ſibi dicatorum muſculorum, ſiue attollens par, *p, C.*
excipiat: [q] duos alios in parte inferiore, vtrinque vnum, quibus ſecundum, detrahens *q, c.*
*Secundū & tertiū os.* par, inſeritur. Hoc *baſin* oſſis hyoidis inferius in muſculorum hiſtoria vocabimus. Ex
huius [r] lateribus *duo alia* [ſ] *oſſa ſecundum* ſcilicet, *& tertium* educuntur, quæ humiliora *r, G. G.*
hyoidis latera dicemus, (alii *Cornua* appellant) & cartilagine, ac ligamento cartilagi- *ſ, E.F.*
neo ſatis lato, firmiter ſibi iunguntur. Habet & alios, [t] *duos proceſſus* ſuperiora latera di- *t, I. K.*
*Quartū, & quintum os.* ctos, quod ex ſuperioribus & lateralibus partibus prodeant, qui *quartum*, *& quintum* os
faciunt, teretes ſunt & graciles, quibus poſtea [u] *alia tria oſſicula* vt plurimum addduntur, *u. L.M.N*
*Reliqua oſſa.* & oſſium horum numerus vndenarius abſoluitur. [x] *Connectuntur* hæc oſſa cum parti- *x, 4.2.3.*
*Connexio.* bus adiacentibus, puta maxilla inferiore, ſterno, ſcapulis, appendice ſtyloide, lingua, la-
ryngis thyroide cartilagine, œſophago. Connexio autem hæc non vno fit modo, ſed
partim per eam vnionis ſpeciem, quæ συσαρκωσις dicitur, & fit interuentu carnis: par-
tim per illam, quæ συνεύρωσις, vel συνυμένωσις, vt nos priuato nomine & ſtrictiore appel-
lauimus, ſi quidem liceat eas etiam huc voces trahere, quæ oſſibus alias proprio quaſi
iure competere videntur. Primum enim os, linguæ fundamenti inſtar ſubſternitur, quo
nomine & *baſis linguæ* dicitur, quod huius elatiori ſedi lingua innitatur, cum reliqua ca-
uitas hyoidis epiglottidem excipiat: inferior ſedes, vna cum ſecundo & tertio oſſiculo,
toto ductu quatuor validis ligamentis laryngis ſcutiformi cartilagini adnectitur, at hæc
tandem extremitatibus ſuis eiuſdem proceſſibus committuntur. Reliqua oſſicula toti-
dem ligamentis appendici ſtyloidi iunguntur. Quamobrem qui explorare manu in vi-
uente etiam homine oſſiculum hoc voluerit, illi promptè ſe offeret primum illud à
nobis deſcriptum, quod cæteris grandius eſt, ſi digitos paululum ſupra laryngem gut-
turi iniiciat: reliqua lateralia, fere in intimioribus partibus latitant, nec ſeſe tactui pro-
dunt. Cæterum quomodo reliquis partibus, quas enarrauimus, vt ſterno, œſophago,
aliiſque, muſculorum interuentu connectatur, dicetur eo loco commodius, quo eius
*Vſus.* muſculorum hiſtoria à nobis tradetur. *Facit hoc os* plurimum ad detinendum meatum
fauci-

nomine vulgo exprimatur, neutiquam tamen os vnum eſt, ſed ex pluribus compoſitum, cartilaginum beneficio, inuicem connexis & vnitis, communiterq; in hominibus prouectæ ætatis ex tribus conficitur, quorum [f] *primum* & [g] *vltimum*, ſemper in omni ætate vnum idemq; eſt: [h] *ſecundum* verò admodum differt, & modo plura, modo pauciora, modo etiam vnum conſtituit, prout ætas hominis infantiæ aut virilitati proximior eſt. Recens natis [i] ex tribus vtplurimum conflatum eſt, quæ ſeptennio elapſo inter ſe coëunt, & in vnum concedunt. *Subſtantia* autem horum oſſium, non vt aliorum ſolida eſt, ſed rubens, & fungoſa, ac plena cauernulis, duplici cincta quaſi teſta, quarum tamen anterior poſteriore multo ſolidior eſt. Puerulis in primo ortu totum cartilagineum eſt, poſtea in os abit: ſic tamen, vt ſuperiores partes inferioribus prius ſolideſcant. *Figuram* habet, ſi tria oſſa conſiderentur iuncta, manubrii alicuius gladii Veterum, quæ lunatis erant lateribus. Primum enim latum cum ſit, partem illam quæ ſub manu conſiſtit, refert: at lunata pars ſecundi, partem gladii quam manu apprehendimus: tertia tandem, gladii apicem. Eſt autem [l] *os primum* omnium craſſiſſimum ampliſſimumque: craſſius etiam ſeipſo parte ſuperiore, inuerſum referens triangulum, cuius vertex abſciſſus ſit, niſi quod latera, ſiue crura lunata ſint vtrinq;. Superior pars in extremitate vtraq; [m] ſinum obtinet longum, & cartilagine incruſtatum, qui clauiculæ caput, de quo dictum, excipit: in horum medio [n] foueam habet lunatam, quam σφαγὴν, iugulum, vocant. [o] *Secũdum os* minus craſſum eſt, minuſq; latum, ſed multo priore, imo fere quadruplo longius, pluribus ſinibus exaſperatũ, quibus poſtea coſtarũ tertiæ, quartæ, quintæ, & ſextæ cartilagines protuberãtes inſeruntur. [p] *Tertiũ* minimũ eſt, quod neq; craſſitie, neq; longitudine cum reliquis conferri poteſt; at latius tamen ſecundo eſt, cuius infimæ ſedi adnectitur. Huic in fine [q] *cartilago* apponitur oblonga, quam ξιφοειδῆ, *enſiformem*, & *mucronatam* appellant, ſed imperite, cum ignarum diſſectionum vulgus, canum intuens cadauera, videnſq; nulla ratione hanc vocem ſterno coaptari poſſe, cartilagini poſtea nomen tribuerit, vt quod aliqua ratione propius ad ſimilitudinem enſis accederet. At enim, qui humani cadaueris copiam habuere, ſatis vident, quàm benè hæc appellatio toti ſterno poſſit congruere. Cæterùm cartilago hæc, cum incertæ ſit figuræ, vtplurimum tamen eſt triangularis, nonnunquam bifida, ſæpe rotunda. Sub hac cauitas occurrit, noſtris *ſcrobiculus cordis*, Veteribus καρδία, *Cor*, dicta, quod ibi καρδία ſita ſit, ſiue orificium ſupernum & ſiniſtrum ventriculi, cuius dolores omnino ſimiles apparent doloribus cordis, vnde & καρδιαλγίαι, & καρδιωγμοὶ à Practicis Medicinæ ſcriptoribus vocantur. Quem *vſum* præſtet nemo non videt. Propugnaculum enim eſt thoraci, & firmam ſedem coſtis, cui implantantur, largitur. Cum enim thorax neceſſario ex coſtis fabricandus eſſet, ne vel oſſeus totus, vt Caput; vel carneus foret, vt infimus Venter, quorum vtrumque motum ipſius mirum in modum impediiſſet, cum os continuum inflexile, & caro inſtabilis futura eſſet, alicubi profecto firmamentum & ſuſtentaculum, cui inſererentur, requiri videbatur.

*Sternum ex tribus oſſibus in adultis conſtat.*

*Primũ os.*

*Secundũ os.*

*Tertiũ os.*

Cartilago enſiformis.

*Vſus.*

f, 2.7.11. A.
g, r. s.
h, p. q. r. s.
i, p. q. q. r. r. s.
l, A.
m, e. f.
n, g.
o, p. q. r. s.
p, r. s.
q, t.

CAPVT

# CAPVT XVII.

## *Scapularum hiſtoriam explicat.*

r, 1.7.13. SCAPVLARVM, [r] quas Græci ὠμοπλάτας appellant, quaſi dicas, oſſa humeri lati- Scapula.
& 14. tudinem conſtituentia, duæ ſunt, vtrinq; vna, in dorſo, inter primam & quintam thoracis coſtam ſitæ, cum raro admodum ad ſextam vſq; pertingere videantur. Hæ in gracilibus tabi obnoxiis, quòd impenſe protuberent, alæ videntur, ex quo huiuſmodi πτερυγοειδεῖς, hoc eſt, alati, dicuntur, ſignumq; futuræ tabis ſecum circumfe-
ſ, fig.13. runt, teſte Galeno 4. Aphoriſm. *Figura* ipſarum conuexa [ſ] foris eſt, tutelæ gratia, [t] intus
t, fig.14. concaua; illam nos *dorſum ſcapulæ*, hanc *cauitatem* vocabimus. Tota autem ſcapula trian- *Dorſum ſcapulæ.*
gulum, & quidem ſcalenum, vt Mathematici loquuntur, exprimit, cum inæqualibus lateribus conſtet, primumq; tanto ſecundo ſit maius, quanto ſecundum tertio. Eſt au- *Cauitas ſcapulæ.*
u, E F.G. tem [u] *primum latus* illa ſcapulæ ſedes, quæ iuxta dorſi longitudinem, thoracis vertebra- Latera
rum ſpinis proxime obtenditur, quamuis non exquiſite lineam rectam exprimat, ſed tria.
x, G.D. ſuperius inferiuſq; ad externa corporis paululum ſe flectat. [x] *Alterum latus*, ab inferiore 1.
y, E.C. primi ſede, obliquo ductu ſurſum fertur: at [y] *tertium* à ſuperiore eiuſdem regione, recta 2.
fere linea, ad exteriora ſimiliter cum ſecundo progreditur, vbi poſtea vtrumq; veluti 3.
in vertice trianguli, in proceſſu illo, qui ſinuoſam ceruicem pro humeri capite conſtituit, coit. Vocatur primum latus *Baſis*, quòd fundamentum ſit reliquorum laterum cui *Baſis.*
inſiſtunt: at reliqua duo, *Coſtæ*, ducta appellatione à triangulis, in quibus à Geometris *Coſtæ.*
coſtæ dicuntur latera baſi incumbentia: diſcriminis tamen gratia ſecundum *Inferior*; tertium autem, *Superior coſta* vocatur. Cæterùm vt in omni triangulo tres reperiuntur anguli, veluti & tria latera, ita hic quoq; tres ſunt, duo tamen præcipue muſcu-
z, C. lorum gratia ab Anatomicis notantur. [z] Alter *angulus elatior* eſt, qui à baſi, & ſuperiore Anguli.
a, G. coſta circumſcribitur: [a] alter, *humilior*, à baſi, & inferiore coſta continetur. In illum inſeritur ſecundus ſcapulæ, Eleuator, muſculus; ab hoc, enaſcitur quartus humeri, Deprimens, ſiue Rotundus. *Connectitur* autem ſcapula diuerſis partibus, interuentu muſ- *Connexio*
culorum, adeoq; per illam vnionis ſpeciem, quam ſupra συσσάρκωσιν vocari diximus, oſſi ſcilicet occipitis, tum vertebris ceruicis, dorſi, ac coſtis. Et *oſſi* quidem *occipitis*, per muſculos cucullares dictos, ſiue primum par ſcapulas mouentium, qui iidem etiam dorſi vertebris annectunt. *Vertebris* autem *ceruicis*, per ſecundum par earundem, Eleuans, quos patientiæ muſculos vocabimus. *Dorſo*, per rhomboidem, ſiue par tertium: *Coſtis* verò, per ſerratum minorem, ſiue ſcapularum par quartum adducens. *Subſtan-* *Subſtantia.*
*tiam* habent duram ac ſolidam, ſi partes duntaxat nonnullas exceperis, quæ ſpongiæ modo raræ ſunt, ac pluribus cauernulis diſtinctæ. Craſſitiem tamen admodum inæqualem habent. Coſta enim inferior craſſiuſcula eſt; ſuperior, tenuis; medio modo ſe baſis habet: at ſuperiori in ſede, qua coſtæ inuicem coëunt, craſſiſſima euadit, conſpirantibus quaſi lateribus in illam craſſitiem: in cæteris quæ inter has ſunt partes, tenuiſ-
b, A.B.C. ſima eſt. *Proceſſibus* donatur *tribus*, quorum [b] *primus* oppido quam breuis eſt, breuioreq; Proceſſus.
D. [c] ceruice donatus, in [d] ſinum deſinit, ſuperiore parte acutum, inferiore orbiculatum.
c, C.D. Sinus hic humeri caput excipit, pro cuius tamen ratione haud altè ſatis exſculptus eſt, 1.
d, A.B. *Ceruix.*

 quod

quod loco factum videtur, vt omnis generis motus promptius ...
men ideo articulus luxationibus fieret opportunior, prouida N
dis, & peculiari proceſſu cauit, maxime tamen præter cartilagine
cruſtauit, aliam in ambitu adiungens, quæ ſinui quidem haudqu
gamentis tamen adſtrictus, craſſior incipit, ſenſimque verſus cen
pacto, cum ſinus debitam altitudinem non haberet, ope cartilag
ditatem nactus eſt: nec tamen propterea in illis circumrotationi
peditur, cum caput humeri cartilaginem, vtpote mollem, vbiq
*Obſeruatio.* niat. Quæ res Chirurgiæ candidatis obſeruanda eſt, vt in hume
diſcant agere, neque vi ipſum importune, vt plerique, intrudant, ſ
tenſione facta, ſenſim reponant, cum citra grauem articuli nox
2. lædi ve non poſſit. *Alter proceſſus,* [e] *Spina ſcapulæ* dicitur, qui validus
*Spina Scapulæ.* ta propemodum latitudine enatus, non in ipſo quidem longitu
aliquanto elatiore, & nonnihil ſub angulo ſuperno. Hic vbi ex [f]
iuxta baſin ſcapulæ ad anteriora delatus eſt, ſenſim fit latior ac cra
uicem iam fere appulit, à ſcapula diſcedens, [g] in longum, n
& latiuſculum appendicem finit, qui ſupra humerum euectus,
& in extremitate ſua antica [h] læuem ſinum inſculptum obtine
articulatur. Totus autem hic proceſſus qui dorſo ſcapulæ nectit
*Summus humerus* at illa pars ſpinæ, quæ abſcedit, & ſupra humerum fertur, Græcis
*mus humerus,* quo nomine & nobis, in muſculorum præſertim hiſt
3. tur. Spina autem duas *cauitates* efficit, *ſuperiorem & inferiorem*
*Ancoriformis proceſſus.* ταυχένιον, *Interſcapulium* dicitur, adeoque ἡ ἄνω ἡ κάτω, [i] *ſuperiu*
*tius proceſſus* ille eſt, qui ex coſta ſuperiore, qua ceruici contermin
prædicto, & ſitu quoque inferior. Semicirculum refert, cum [n] e
cutiorem verticem circulari linea faſtigietur, humeri articulo
in ſua ſede contineatur, minuſque excidat. Sed quia figura hæc pl
uerſis rebus accommodari commode poteſt, factum hinc eſt, vt
Authoribus impoſita ſint, prout quiſque huic, aut alteri rei aſſim
à cognatione quam habet cum C *Græcorũ*, σιγμοειδής; aliis, ab *a*
δής; aliis denique, à *roſtri corniculæ* forma, κορωνοειδής dicitur. Nos
proceſſum appellabimus.

*Vſus.* *Vſus* ſcapularum per ſe ſatis manifeſtus eſt ex hiſtoria. Cum e
1. ri oſſe contineant, ipſius gratia creatas eſſe, haud difficulter quiu
in loco articularetur humerus, ſi abſque ſcapulis foret, cum coſta
opportunitatem: ſed etiam locum penitus omnem denegent, v
2. præter hominem, animalibus, ſcapulæ os brachio articuletur? A c
3. muſculi, humeri motui dicati, commode enaſcantur: vt taceam i
dum conſilium, quo dorſo voluit proſpicere, dum ſcapulis q
dam texit, & aduerſus externas iniurias à tergo in
bus, muniuit.

# CAPVT XVIII.

## *Quæ de Spina in vniuerſum dici poſſunt, perſequitur.*

p, 2.7.15. SPINA DORSI, p Græcis quoque ἄκανθα, à ſpinoſis proceſſibus appellata, non ex vno conſtat oſſe, tametſi id tutius fortaſſe erat: ſed ex pluribus conflata eſt, tum propter motum, cuius beneficio corpus flectitur extenditurque, tum propter neruos, qui ex medulla, quam continet, pluribus ramis in vniuerſum fere corpus diſperguntur. Hæc oſſa Græcis σπόνδυλοι, Latinis VERTEBRAE vocantur, numeroque ſunt viginti quatuor: q ſeptem quidem Ceruicis: r duodecim Thoracis: ſ quinque denique Lumborum. Vocamus autem nunc t *Dorſum*, doctrinæ facilioris gratia, quicquid à prima colli vertebra ad ſacrum os protenditur, etſi magna pars eorum qui corporis humani hiſtoriam literis prodiderunt, os quoque ſacrum dorſo addiderint. Habent hæ vertebræ quædam communia inter ſe, adeo vt omnibus totius ſpinæ vertebris competant: quædam communia vertebris ſolius ceruicis, thoracis, aut lumborum: nonnulla etiam propria. Hæc vt fideliter omnia & ordine tradamus, primum ea quæ generaliſſima ſunt, quæque de omnibus in vniuerſum dici poſſunt, hoc capite perſequemur, deinde quæ ſingulis competunt breuiter ſubiiciemus. *Spina.* *Vertebra.*

q, A.B. r, B.E. ſ, C.D. t, A.D.

tt, 2.7.15 & imprimis 2.8. u, G.&A tt *Commune* ergo hoc *omnibus* eſt (excepta prima) *ſpinam conſtituentibus vertebris*, habere in antica ſui parte u corpus quoddam extuberans nonnihil anterius, ſiue ea parte, qua pectus reſpiciunt; poſterius, qua dorſum, modicè cauum: ſupra vero, infraque, plana ſuperficie donatum. Corpus hoc non ex ſolido oſſe ac duro: ſed molli, fungoſo, ac pumicis ſubſtantiam referente conficitur, quod ideo quoque leuiſſimum eſt. *Magnitudinem* huius quod ſpectat, minus id eſt (quemadmodum ipſæ etiam vertebræ) ſuperioribus, adeo, vt quo remotior quæque eſt à prima ceruicis, tanto maiora ſumat incrementa, vt propterea merito lumborum vertebræ, omnium quæ in ſpina continentur, ſint maximæ. Id quod Natura ſapientiſſima ſummo effecit conſilio, cum ea corpora, quæ ſuſtinent, maiora ſemper ſuſtinendis eſſe debeant. Ne tamen propterea benigniſſima Parens animali pondere incommodaret, ingenioſe aliud quoque commenta eſt, & quanto maiorem fecit vnamquamque, tanto fungoſiorem quoque, vt ita dicam, pluribuſque & maioribus cauernulis refertam efformauit, vt adeo vertebrarum lumborum corpora leuiſſima quoque ſint, & nullo fere pondere prædita. His corporibus *tria deinceps proceſſuum genera* adnata ſunt, tranſuerſi nempe, obliqui, & acuti. *Communia omnibus dorſi vertebris* 1. *Corpus.* 2.

x, H.&G y, I.&H. z, K.&I. a, L.&KI x *Tranſuerſi* dicuntur, qui ad corporis vertebræ latera conſiſtunt, vtrinque vnus: *Obliqui* autem, qui ſitum obliquum obtinent, & quatuor ſingulis ſunt, quorum *duo* y *aſcendentes*, *duo alii* z *deſcendentes*, pro mutua vertebrarum inter ſe articulatione effecti. Inter hos in medio vnus eſt, poſteriore ſede a *acutus*, ex vtriuſque horum concurſu enatus, deorſumque delatus, ſuperne acuta linea ſe ſtringens, at inferne latiore baſi extendens. *Proceſſus.*

b, 2.8.M. Habet præter hos proceſſus, quælibet vertebra b *foramen grandiuſculum*, inter corpus vertebræ, & triplices proceſſus conſiſtens, quod tranſitum præbet medullæ à cerebro per totum dorſum deſcendenti. Atque hoc quidem *foramen proprium* dicitur: nam à lateribus, qua inter ſe committuntur, excauatæ ſunt, & ſic dum inuicem iunguntur, *3. Foramen proprium*

ex cauo

,ingreſſum in ſpinæ cauitatem largitur. Cæterum harum *connexio*, quo pacto inſiat, libro tertio, vbi de ligamentis agemus, fuſius dicetur.

## CAPVT XIX.

### *De Vertebris Ceruicis.*

ERVIX ſeptem conſtat [d] vertebris, raro octo, in iis ſcilicet, qui longo ſunt collo, & quibus vna poſtea deeſt in Thorace, vnde oblongi colli homines phthiſi adum ſunt obnoxii, quòd duodecima vertebra deficiente, neceſſario breuior ſit rax, minuſq; ſe pulmones expandant; quo fit, vt ſanguis circa illos contentus & efſcens, acrimonia ſua erodat vaſa, vlceraq; ac tandem totius corporis marcorem cat. Eſt autem ceruix pulmonum gratia condita, quatenus aſperam arteriam in ſe o continet, id quod vel inde ſatis colligitur, quod animalia pulmone deſtituta, ice careant: & contra, quæ pulmone donata ſunt, ea etiam vniuerſa collum obtit: Habent ceruicis vertebræ communia quædam cum cæteris dorſi vertebris, quę edenti capitulo perſequuti ſumus: quædam communia inter ſe, nonnulla etiam ria, de quibus nunc agendum. *d, 2. 8. I. II III. IV.*

*ommunia* inter ſe habent, *primò* ratione *corporis*, quod in ipſis ſemicirculare non eſt, thoracis aut lumborum vertebris: ſed quadrilaterum potius, & oblongum, londine altero tanto latitudine maiore. Poſterior ſedes plana ferè eſt: [f] ſuperior ſia, [g] inferior conuexa modicè, vt ſcilicet inter ſe fidelius committantur, & motus xpeditior. *Magnitudinem* habent inter thoracis & lumborum Vertebras mediam, ſummo loco ſint poſitæ. Quantum ergo ipſæ thoracis: tantum hæ lumborum veris minores ſunt. *Oſſe* autem *duriore* conſtant ac cæteræ vertebræ, tum quia motu inuo exercentur, tum quia reliquæ magnitudinis ratione poroſiores ſunt redvt dictum eſt. Proceſſus habent [h] obliquos, [i] tranſuerſos, & [k] poſteriores, qui poni in omnibus, (excepta prima, & duabus vltimis) ſunt bifidi. *Foramina* quoque es obtinent, [l] *primo* magnum illud, per quod medulla traiicitur, *deinde* [m] *alia duo*, que vnum, in tranſuerſis proceſſibus, quod nulli, niſi ceruicis vertebris compeer quod venæ & arteriæ in caput aſcendunt: tandem *communia dicta*, quæ tamen in oc habent proprii, quod in colli vertebris, inferiori vertebræ plus quam ſuperiori tur, cum illa, atq; hæ, magis excauata ſit. *e,* A. *f,* C. *g,* D. *h,* H. I. *i,* G. *k,* K. *l,* M. *m,* C.

*Prima* vero *ceruicis vertebra* cæteris omnibus minor eſt, ſolidior tamen & durior, l tenuis eſſe debuerit, ob cauum amplum, ad tranſmittendam medullam, quę craſuic eſt, ac reliquis, cum proxime ibi ex cerebro erumpat. Corpus ſola non habet, ius loco [o] anterius tuberculum, (in quod primus flectentium ceruicem inferi[p] intus vero ſinum quadratum, cartilagine incruſtatum, qui dentiformem ſecunertebræ appendicem excipit, cartilagine ſimiliter obductum. *Proceſſus* [q] *aſcendentes* er ac [r] *deſcendentes* paulum differentes habet ab aliis, cum vtrique ſinuati ſint, illis itis tubercula; his, ſecundæ aſcendentes, excipientibus. Super illis motus capitis *n, 2. 8. nu. I fig. 1. 2. & 3.* *o,* A. *p,* 2. *q,* H. *r,* I.

in prio-

in priora & poſteriora fit,hoc eſt,flexio capitis & extenſio;ſuper his, circa dentifor-
f, G. mem proceſſum circularis,quo caput ad latera ducitur. [f] *Tranſuerſi* proceſſus ſimplices
ſunt,maiores tamen ac reliqui,quod propter muſculorum caput mouentium ſextum
t, I. ſeptimumque par contingit. [t] *Spina*,ſiue poſterior,admodum ab aliis differt. nam ne- *Spina.*
que bifida,vt cæteræ colli,neque acuta,vt thoracis,ſed ſimplex eſt, in tuberculum, &
obtuſum valde angulum terminans, breuiſſimaque. Imo vero vix ſpinæ dignanda no-
mine,cum ſpina ſi ibi eſſet,plurimum muſculis ea in parte delatis ( quos infra Rectos
u, M. Minores caput extendentes vocabimus) incommodatum fuiſſet. [u] *Foramen* obtinet *Foramina.*
in medio proprium, maius cæterarum foramine: at inferius cum ſecunda,vt & ſe-
cunda cum tertia,commune efficit, non tamen reliquis ſimile: ſed per ſinus rimæ for-
mam exprimentes, exſculptos,ad proceſſus obliquos deſcendentes, quibus ſecundæ
vertebræ aſcendentibus proceſſibus,committitur. In reliquis ceruicis vertebris, ſinus
commune foramen efformans,orbicularis eſt.

uu, 2. 8. [uu] *Altera vertebra* corpus nanciſcitur, ſed ſtrictius id eſt minuſque aliarum corpo- 2.
num. II. ribus. *Proceſſus* [x] *tranſuerſos* ſimiliter minores habet,& [y] foramina ipſis inſculpta mino- Secũdæ. *Corpus.*
fi. 1. 2. & 3 ra,deorſumque reſpicientia: [z] *poſteriorem* bifidum, vt cæteræ. [a] *Superiores* leuiter extu- *Proceſſus.*
x, G. berant, [b] *inferiores* leuiter ſinuantur: ex medio autem corpore inter duos aſcendentes
y, C. proceſſus,ex elatiore regione [c] alius quidam erumpit, nulli alteri vertebræ commu-
z, K. nis,altus, admodumq; ſolidus, & acutus, qui cartilagine contectus, in ſinum primæ
a, H. vertebræ, de quo diximus,inſeritur, ſuper quem circularis capitis motus obitur. Hic
b, I. cum dentis,præſertim canini,formam exprimat, ὀδοὺς,& *Dens magnus* Hippocratis, à *Dens magnus Hippocratis.*
c, E. diſſectionum peritis vocatur:quamuis Hippocrates totam potius vertebram hoc no-
mine,quàm proceſſum hunc ſolum indigitarit. Hic elatiore in parte, qua primam ver-
tebram ſuperat,aſper eſt,vt tutiorem ſedem ligamento largiatur,quo cum oſſe occipi-
tii connectitur,anteriore parte magni foraminis, per quod ſpinalis medulla ex cranio
deſcendit.

d, 2. 8. nu. [d] *Tertia* deinde, *quarta, quinta, & ſexta vertebræ*, ſiue quatuor ſecundæ ſubiacentes,ſi- 3.
III. fi. 1. 2. & 3. miles fere ſunt in omnibus. [e] *Laterales proceſſus* omnes aliis ampliores habent, & bifi- Quatuor
e, G. dos,non ſecus ac bifidæ quoq; ſunt ipſarum [ee] ſpinæ,quo validiore nexu plures muſ- ſecundæ
ee, K. culi adaptarentur: quamuis ſexta ſpinam non ita manifeſte duplicem habeat. *Obliquos* ſubiacẽtium.
f, H. *proceſſus* quoq; habent ſimiles,ex quibus [f] *aſcendentes* quidem tuberculo, ſiue capite do-
nantur,leuiter admodum extuberante,vt difficile ſit diſtinguere, capitulum ſit, an ſi-
g, I. nus vocandus: [g] *deſcendentes* vero modice exſculptum orbicularem ſinum obtinent.
h, 2. 8. n. [h] *Septima* tandem omnium ceruicis maxima eſt,& quemadmodum loco, ita quoque 4.
IV. fi. 1. 2. & 3. figura thoracis vertebris propior. nam neq; [i] tranſuerſos proceſſus,neq; [l] poſterio- Septimæ.
i, G. rem habet bifidum,ſed admodum extuberantem ac propendentem, non ſecus ac tho-
l, K. racis ſpinæ dependent.

## CAPVT XX.

### *De Thoracis, ac Lumborum vertebris.*

m, 2. 8. nu. V. fig. 1. 2. & 3. SEPTEM ceruicis vertebras, *duodecim* [m] THORACIS excipiunt. Quanquam interdum etiam tredecim inueniantur, quibus totidem coſtæ reſpondent, ſed rarum

ı omnes leuiter extuberant, vt ligamenta firmius illic vinciantur,
m ſedem tam prompte prolabantur. *Proceſſus* obtinent ſimiliter, vt
or quidem obliquos, at duos laterales, vnumque poſteriorem acu-
)bliqui inſeruiunt articulationi, quorum beneficio inter ſe com-
vt ſemper [q] *ſuperiores* capitulorum vicem gerant, & inferiori-
tium ſuperiorum vertebrarum inarticulentur: [r] *inferiores* contra,
ıuati ſint, vt capitula proxime inferiorum vertebrarum excipiant.
; rationem communem habent cum ceruicis vertebris, adeo qui-
lli ad vndecimam vſque thoracis eadem ſit omnium inter ſe quoad
)decima enim propriam poſtea obtinet, & quemadmodum prima
liquos, aſcendentes dico & deſcendentes, ſinuatos habebat, vt in-
excipere t, infra ſecundæ colli, ſupra capitula occipitis: ita thoracis
:atos habet, vt ſupra ab vndecima thoracis, infra à prima lumbo-
*ranſuerſi* proceſſus rotundo veluti capite extuberant, ſurſumque fe-
quales fere ſunt inter ſe, in ſuperioribus nouem: at in tribus infe-
:ſcunt. [t] *Spinæ omnibus datæ*, ſed tamen haud eadem magnitudine
tamen ſimplices ſunt, neque, vt colli, bipartitæ. Superiorum enim
ıodum ſunt, ſupra acutæ, infra latiuſculæ, oblique deorſum latæ:
laterales quoque liquido ſuperioribus breuiores, ſed vtrobique
taque delatæ. Id vero in duabus infimis, vndecima, inquam, & duo-
ıpparet, in quibus multo adhuc rectius progrediuntur, lumbarium
cedunt propius, ritu, non ita tamen, quin agnoſcas deorſum ſpe-
rem ſequi. *Foramina* nactæ ſunt, vt aliæ dorſi vertebræ, [u] *pro-*
m, in medio, per quod medulla tranſit: *communia duo*, vtrinque v-
ıibus inter corpus & proceſſus obliquos exſculptis, ſic tamen, vt in-
erque ſinus, tam ſuperioris, quam inferioris vertebræ, æqualis ſit,
ıe ambo ſibi reſpondeant.
n communia magna ex parte cum aliis obtinuere, duo adhuc ſunt
*ſingularia*. Primum quidem, ſinus duo, vtrinque vnus, pro co-
:tendis, læuis admodum, & cartilagine inueſtitus. Sinus hic à
ım, vni atque alteri vertebræ communis eſt, vtraque dimidiam vel-
te, non ſecus ac modo diximus, communia foramina, iuxta quæ &
ıt, ab vtriuſque veluti ſymbola produci. In reliquis tribus inferio-
)rpore, eiuſque ſuperiore parte inciſus eſt. Alterum eſt ſimiliter
ine ſuccinctus, inſculptus tranſuerſis proceſſibus nouem vertebra-
bus coſtæ inſeruntur, & quaſi affirmantur. Vnde fit, vt longiores
inferioribus ſint, & quamdiu coſtas excipiunt, etiam proceſſus harũ
:eriores exigant. Sinus autem hi, non æqualiter omnibus inſculpti

ſunt:

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

hæc oſſa ſeparatim cernere licet, cartilagine inuicem contexta, cum in adultis ita iungantur, vt vnum potius quàm multiplex appareat, fereque ne veſtigium quidem iuncturæ vllum videatur, niſi anteriore ſede, in qua leuia quædam cartilaginum rudiméta in conſpectum ſe proferunt. Sunt autem hæc oſſa *Vertebræ*, id quod nō ſolum ex forma ipſorum, ſed etiam vſu ſatis manifeſte patet. *Ex forma* quidem, cum in omnibus, & corpus ſit, & proceſſus: *ex vſu* autem, quod vertebrarum ritu excauata ſint pro ſpinali medulla recipienda, quæ in hoc quoq; oſſe tandem finem ſuum recondit. Ac oſſa hæc quidem contrario modo ſe habent, quàm reliquæ dorſi vertebræ, cum illæ, quo inferioribus approximabant magis, tanto incrementa maiora ſumebant: hæ è diuerſo liquido decreſcant. Quare ſupremum omnium maximum eſt, infimum minimum, cum ſenſim anguſtentur, ac propterea non abſurde figuram trianguli totum os ſacrū exprimat, aut cucullam aliquam Monachorum. Partem habet [g] gibbam, & [h] concauā; illa dorſum, hæc pectus reſpicit. In vtraq; [i] *foramina* cernuntur, quæ ex ſinibus vertebrarū conficiuntur vnitis iunctiſque, [l] interiora tamen maiora multo, quàm [m] exteriora ſunt, ſimiliterq; neruorum tranſitui patent. Habent & [n] *magnum foramē*, per quod medulla deſcendit, ſed quod euidenter in inferioribus vna cum ipſa medulla decreſcit. *Proceſſibus* donatum eſt omnis generis. *Obliqui* obſcuriores paulò ſunt, præterquam in prima, in qua conſpicue eminent, [nn] ſuperiores ſinuoſiq; capitula excipiunt infimæ lumborum vertebræ. [o] *Tranſuerſi* longiores ſunt, ſic inter ſe vniti, vt vnus eſſe omnibus videantur: quanto autem elatiores ipſi ſunt, tanto quoq; craſſiores exſiſtunt. Horum cuiuis in poſtrema ſede, aſper & inæqualis ſinus inſculpitur, qui ilium os ſuſcipit. [p] *Poſteriores*, ſiue *ſpinæ*, ſimiles ſunt ſpinis vertebrarum lumborum, minores tamen multo, & qui, quo ſunt decliuiores, ſemper imminuuntur magis, adeo vt vltima proceſſum minime accipiat, ſed orbiculari duntaxat eminentia extuberet.

*Foramina.* *Proceſſus.*

*g, fig. 2. h, fig. 1. i, 1 2. 3. &c. l, in fig. 1. m, in fi. 2. n, B. nn, C. o, D.D. p, E.E.*

## CAPVT XXII.

### *De oſſe Coccygis.*

COCCYGIS OS, [q] quod *Cauda* vulgo ſermone latino appellatur, quemadmodum & ſacrum os, haudquaquam ſimplex eſt, ſed ex pluribus coagmentatum. Conſtat enim ex quatuor, vel tribus oſſibus, ſed vti diximus, pro ratione ſacri, quod quinq; aut ſex obtineat. *Subſtantiam* habent oſſicula hæc admodum mollem & ſpongioſam, nullo nec proceſſu, neque foramine, aut cauitate donata, nec medullam continentia ſpinalem, quæ omnia in reliquis vertebris inueniri, antea diximus. Omnia tamen [r] ſuperiore ſede latiora ſunt, quàm [ſ] inferiore, ſuperiusq; ſemper oſſiculum ſubſequens magnitudine vincit, adeo vt in mucronem terminentur, pſitaci roſtro nō valde diſſimilem. *In Mulieribus* hic paulò extrorſum cedit, ob vteri ceruicem, ne in grauida comprimatur: in Viris introrſum curuatur, vt inteſtinum rectum, cuius gratia conditus eſt, defendat. Et hanc cauſam eſſe puto, quam propter puerulis, in quibus cartilaginis naturæ, quàm oſſis propius accedit, frequens ſatis & familiaris morbus ſit, Ani procidentia. Sphincter enim muſculus, ac ipſum quoq; rectum inteſtinum, huic oſſiculo nexu cohærent, & cum humida admodum ſit puerorum temperies, fit vt harū partium

*Coccygis os compoſitum.* *Subſtantia.* Nota.

*q, 2. 9. 3. & 4. r, A. ſ, B.*

funda-

fundamentum inſtabilius reddatur. *Connectitur* autem oſſi ſacro, beneficio cartilaginis, *Connexio*
ſed nexu admodum laxo, vt in conatu valido, dum excrementa maiora ſecernuntur,
cedere valeat. Abſq; eo enim foret, ſæpiſſime profectò luxationẽ incurreret, quemad-
modum videmus contingere quoq; non raro in partu difficiliore fœminis, quibus ta-
men facile, faſcia circa nates valide conſtricta, reſtituitur. Habet autem *prima* ſuperne
*t*, C. [t] ſinum exiguum, quo poſtrema ſacri oſſis vertebra excipitur: at vbi ſacrũ os ex quinq;
vertebris conſtituitur, ſupremum coccygis oſſiculum tranſuerſos duos proceſſulos
acutos exigit, qui ſurſum educti, proceſſui quintæ ſacri oſſis vertebræ validè coale-
ſcunt, foramenq; conficiunt, per quod ſextum neruorum par oſſis ſacri educitur.

## CAPVT XXIII.

### *De Coſtis.*

THORAX, cum motus gratia, neque ex vno oſſe, vt caput, conſtare potuerit; ne-
que ex ſola carne, quemadmodum abdomen: ſed partim propter cor, omnium
viſcerum nobiliſſimum, firmum propugnaculum requirebat, partim propter pulmo-
nes motu indigebat; Natura ſolertiſſima perquam commode vtrique proſpe-
*u*, 1.7.16. & 17. xit, dum carnes oſſibus alternatim intertexuit. *Oſſa* [u] ergo *Thoracis anterius* quidem
ſunt, [x] Sternum, & Claviculæ: *poſterius*, [y] Vertebræ: *à lateribus*, [z] Coſtæ: quæ ſic inge-
*x*, A.B. nioſo inuento carnibus contextæ ſunt, vt & muniri firmiter oſſium, & moueri commo-
*y*, I.I. de carnium gratia poſſet.
*z*, 1.2.3. *&c.*

Sunt autem *Coſtæ duodecim*, tam in maribus, quam fœminis, vt figmentum & fabu- *Coſtarũ numerus*
la merito habeatur, deeſſe vnam potiori ſexui, quod ſequior ex coſta virili ſit condi-
tus. Illud ſane inficias nequit iri, & experientia ipſa confirmat, fuiſſe nonnullos, in
quibus tredecim repertæ ſunt, ſed rarum admodum id eſt, rariuſque adhuc defuiſſe
*a*, 1.2. & *vſq; ad* 7. vnam. Quicquid ſit, cum duodecim vtplurimum inueniantur, [a] ſeptem ſuperiores *Diuiſio.*
Legitimæ vocari ſolent ab Anatomicis, [b] inferiores quinque, Spuriæ. Vocantur *Legiti-*
*b, ab* 8. *ad* 12. *vſque* *mæ*, quod vere ſint coſtæ, perfectum complentes circulum, & ad ſternum vſque pertin-
gentes: at *Spuriæ*, quia minores illis ſint, nec thoracem ambiant, aut pectoris os attingant,
*c*, D.D. ſed potius in latere ipſo finiantur. *Subſtantia* omnium partim [c] oſſea eſt, partim [d] cartila- *Subſtantia.*
*d*, E.E. ginea, cum ex oſſe conſtent admodum fungoſo quidem, & molli, ſed in veris multo du-
riore, quàm in nothis, quibus molle ac pæne cartilagineum eſt, vt tum ipſæ coſtæ, tum
per ipſas partes ſubiectæ ſint tutiores. *Cartilago* quoque veris ſic craſſa eſt & dura, vt ſene- *Cartilagines.*
ſcentibus facili adeo negotio in oſſa conuertatur, quemadmodum & Virginibus, mam-
mis augeſcentibus, quo firmior ſedes incumbentibus mammillis paretur. Spuriis tamen
contra ita mollis eſt, vt neque in extrema ſenecta cartilagineam naturam, vt cæteræ,
exuat, ſed ſi quo forte pacto mutetur, duriuſcula tantum nonnihil fiat. Eſt etiam bre-
uior multo legitimis, vtcunque craſſior: ſpuriis contra, tenuis & anguſta. Cæterum *com-* *Connexio*
*e*, F.F. *mittuntur* anterius quidem *ſeptem veræ* ſterno; poſterius vero vertebris: & [e] ſterno qui-
dem, per eã enarthroſeos neutrius ſpeciem, quæ arthrodia dicitur, cum ſterno ſinus in-
*f*, G.G. ſculpti ſint, qui capitula cartilaginum recipiunt: at vertebris, [f] primum per capitula car-
*g*, H.H. tilagine incruſtata, in ſinibus illis corporis vertebræ, deinde [g] per tubercula quædam

itulo, ſinui corporis vertebræ inhæret. Sinus autem ille non æquali- abet, eodemq; modo; ſed in prima quidem vertebra in ipſo corpore ;at in octo ſequentibus ad latera proceſſuum ſuperiorum & inferio- nis, vt dictum: ternæ vltimæ, infimo loco poſitæ, ſimiliter proprios ha- is ſemicircularis contigit, gibba exterius, interius concaua. at *magni-* , cum *ſuperiores inferioreſque* breuiores ſint, *mediæ*, longiores. Prima ergo breuiſſimæ ſunt, paulo maior ſecunda & vndecima, hinc tertia, & ſeptima, & octaua longiſſimæ; quod Thorax inferius & ſuperius an- tem ampliſſimus ſit. Cæterum coſtarũ longitudini, cartilaginis lon- um longiores longiorem cartilaginem habeant. Eodem pacto lati- eandem rationem obtinent: vnde prima coſta, quæ latiſſima eſt, in la- aginem: vndecimæ verò, & duodecimæ, quæ tenuiſſimæ ſunt, tenuiſ- icta eſt cartilago. Ipſa autem oſſea coſtarum pars, poſteriore ſede, qua ir, craſſa eſt & ſtricta: at anteriore quo propius à ſterno abſunt, atte- nagis. Vnde euenit, vt illa quidem pars νωπιὸν, *remulus*; hæc, πλάτη, umptis eleganter his vocib. à remis, à quibus & totæ coſtæ σπάθαι vo- & ſitu, ſi totius thoracis oſſa reſpicias, non incommode remigium ex- . Superna parte hebetes ſunt: inferna, acutæ, ſic tamen, vt in hac [h] ſinũ, *h*, 2 ındum totum ipſarum longitudinem efforment, qui craſſior eſt circa F. greſſu ad anteriora ſenſim attenuatur, in quo intercoſtalia vaſa, venæ, nerui tuto reconduntur. *Vſus* coſtarum nemini ignotus eſt. Natura e- ſſimo viſceri in Thorace contento, Cordi ſ firmamentum ac tutelam oluit: cui promptitudo motus, in inſpirantibus exſpirantibusve acce- ſſeis his fundamentis.

## CAPVT XXIV.

### *De oſſe Innominato.*

los, ad latera ſacri conſiſtens, INNOMINATVM [i] Galenus, *i*, 1. Tyrones, capit. 30. appellauit, quod ſuo tempore nomine care- *ſed* ac ipſa occaſione proprium nomen inuenerit, quo à cæteris *prin* tur, dum hodieque Innominatum vocamus. Meminit ta- 2. 5 nte Galenum ſeculis, doctiſſimus Poëtarum Homerus, in Ilia- 5. 6. poſuit appellationem, ἴσχεον vocando; quæ poſtea à Ruffo, & qui s exſtitere Anatomici, retenta fuit, cum vulgo os ἰσχίου, aut *ilium* dica- vnitatis nomine vbique veniat, minime tamen vnum ac ſimplex

eſt,

eſt,ſed ex tribus cartilaginum beneficio inuicem iunctis, conflatum. Et iunctura quidem hæc in pueris ad ſeptimum vſque annum maxime euidens eſt:in adultioribus vero, cartilagine illa exſiccata,ſenſim perit,vt adeò per σύμφυσιν,ſiue vnionem, in ſimplex & vnicum os,tria illa abeant. Vſu tamen venit adhuc apud omnes, qui nobis humani corporis deſcriptionem tradiderunt,vt oſſa innominata etiam in adultis trifariam diuidantur,ac ſic veluti triplicia proponi ſoleant. *Os innominatũ ex tribus compoſitũ oſſibus.*

k, 1.2.A. A.P. [k] *Primum os*,Ilium, ſiue λαγόνων ὀςοῦν vocant, quod lateri reſpondentem ſedem conſtituit: 1.

l, 2.3.Q. [l] *Secundum*, Coxendicis,quod illam partem conficit,cui acetabulum pro femoris capite inſculptum eſt: 2.

m, 1.3.M. [m] *Tertium*,Os pubis,aut pectinis, magnoque foramine eſt inciſum. 3.

Primum elatiorem ſedem occupat: ſecundum, inferiorem: tertium, anticam.

n, a. Horum oſſium diſcrimina in magno illo [n] coxendicis

nn, 1.2.3. ſinu deprændi ſolent, in quo [nn] lineæ ducuntur cartilaginoſæ à centro ad circumferentem ambitum, quarum duæ verſus ſuperiora excurrunt, ſed altera ad anteriora, vt prima;altera ad poſteriora,vt ſecunda: tertia à centro ad inferiora trahitur. Ex his primæ duæ ilium os conſtituunt: ſecunda & tertia coxendicis: tertia & prima, os pubis.

o, 1.2.A. A.P. [o] Os ergò Ilivm, omnium latiſſimum maximumq;,ſuperius ſemicirculi fere imaginem refert,& intrinſecus cauum,extrinſecus conuexum eſt. *Os Iliũ.*

p, A.A. Semicirculus ille [p] *Spina oſſis Ilium* dicitur; *Spina.*

q, B. at [q] cauitas, *Coſta*; *Coſta.*

r, C. [r] gibboſitas vero, *Dorſum*. *Dorſum.*

*Spina* hæc,appendix eſt admodum aſpera,ob muſculorum nexum, cum ab externa eius parte abdominis obliqui aſcendentes oriantur, & deſinant deſcendentes: ab interna,pars carnoſa tranſuerſi:ab anteriore,primum par tibiam flectentium. *Dorſum*, tres primi femur extendentes,

ſ,D.D.D. quos Glutæos vocabimus occupant,à quo cum & enaſcantur, [ſ] tres habet aſperas lineas ſibi inſculptas,vt principium ſtabilius nanciſcantur: at *Coſtam*, femur flectens ſecundus,ſiue Iliacus internus,totam contegit.

t, E.E.F. *Connectuntur* hæc oſſa cum ſacro [t] longo ductu,qui ſimillimus eſt eiuſdem tranſuerſis proceſſibus,variis tuberculis ſinibuſq; exaſperatus,adeo,vt exacte horum oſſium ſinus,proceſſibus illius, & contra proceſſus ſinibus reſpondeant,ſicq; firmior coniunctio fiat. *Cõnexio.*

u, 2.3.Q. Alterum [u] Os Coxendicis, aut Coxae dictum, inter Ilium & pubis oſſa medio loco ſitum eſt,quod ſinum habet, *Os coxẽdicis.*

x, a. (quem [x] *coxendicis acetabulum* vocant) pro excipiendo femoris capite,quo maior in humano corpore non datur, ſi conferas cum cæteris , quibus aliarum partium articuli connectuntur. *Acetabulum.*

y, G. Sinus hic *vndique* [y] *labris cingitur*, poſteriore tamen parte magis, quàm antica; & ſuperiore , quàm inferiore, vt

z, H. femur nobis ſedentibus in acutum angulum commodius flectatur. [z] Deficiunt tamen hæc labra,qua parte ſinus pubis oſſa reſpicit, ob venam ibi tranſeuntem, quæ articulo nutrimentum deducit, pro generando humore glutinoſo & tenaci, ad irrigationem articuli maximè neceſſario , quod facillime in validis illis motibus, quibus continuo agitatur, præſertim in longis itineribus, ſummo cum animalis detrimento exſiccaretur.

a, I. Eſt autem hic ſinus cartilagine contectus vbique læuiſſima, præter [a] anteriorem partem,quæ foraminibus exaſperata,ob ligamentum teres , quod inde originem du-

b, K. cens,capiti femoris inſeritur. Notandus vero hic quoque alius [b] *ſinus eſt oſſis coxendicis*, poſteriori & internæ ipſius ſedi inſculptus,circa quẽ,veluti ad trochleæ rotulam, tertius femur circumagentium muſculus, ſiue Obturator internus reflectitur. Nec prætereunda ſi- *Sinus.*

*Appēdix.* da ſilentio eſt, eiuſdem [c] *appendix* quæ toti infimæ ipſius ſedi, cui ſedentes innitimur, adnaſcitur. Hæc admodum lata eſt pro ratione oſſis cui adnaſcitur, cum ab ea inſignes muſculi originem ducant, tres nempe poſteriores tibiam flectentes, tertius puta, quartus, & quintus. Habet tandem etiam *duo tubercula* in ambitu acetabuli, vnum [d] *internum*, alterum [e] *externum*. Ab illo initium ſumit Secundus tibiam extendentium, ſiue Rectus; in hoc, quod acutum valde eſt, ligamentum inſeritur, quod à quinto oſſis ſacri proceſſu exoritur. *c*, L. *d*, Q. *e*, P.

*Tubercula duo.*

Os pubis. Tertium tandem [f] Os Pvbis in anteriore parte poſitum eſt, vbi cum oſſe pubis alterius lateris committitur [g] linea aſpera & craſſa recta deſcendente, quam intercedit cartilago quædam non admodum dura. [h] *Foramen* habet omnium totius corporis maximum, auriculam non abſurde exprimens, inter ſinum coxendicis, eamque partem, qua ſuo coniugi, ſeu alterius lateris oſſi pubis committitur, poſitum. Leuitatem affert oſſi hoc foramen, ſedemque præbet duobus femoris muſculis, extrinſecus externo, intrinſecus interno Obturatori, ſiue ſecundo & tertio circumagentibus muſculis, qui à ſe inuicem ligamento forti, quod foramen hoc ſubtendit, diſparantur. Supra foramen hoc inſculptus eſt [i] *ſinus*, per quem venæ & arteriæ tranſeunt, quæ ad crura deducuntur, ſiue Vaſa cruralia appellata. Cæterum hæc tria oſſa cum ſacro iuncta, conſtituunt cauitatem, quam vulgo [l] *Peluim* vocant, in qua inteſtinorum, veſicæ, & vteri pars, continetur. *Vſus* horum oſſium eſt, femoris caput in ſe recipere, & ſic vniuerſum corpus ſuſtinere; deinde partes infimi ventris tum fulcire, tum munire, præſertim verò inteſtina, veſicam, & in fæminis genitalia membra. *f*, 1.3. M. *g*, M. *h*, N. *i*, O. *l*, 2 1. v.

*Foramen.* *Peluis.* *Vſus.*

Differētia horū oſſium in vtroque ſexu. Cæterùm cum *in fæminis aliqua differentia* circa hæc oſſa occurrat, & haud parum à virilibus diuerſa ſint, ſub calcem huius capitis illud diſcrimen breuiter ſubiicere decreuimus. *Primum circa ilium oſſa* inuenitur, quæ latiora multo atque ampliora ſunt in fæminis, ſpinam quoque magis in latera educunt, id quod vteri gratia factum eſt, vt ipſe, dum in magnam attollitur molem grauidus, his tanquam fulcris innitatur, ſuumque pondus facilius ſuſtineat. *Alterum, in coxendicis oſſibus cernitur*, quorum inferiores partes à ſe magis, quàm in viris diſtant, vt infanti ex vtero egredienti, tranſitus ſit maior. *Tertium, in oſſibus pubis* aduertitur, in quibus linea aſpera, qua diximus inter ſe hæc oſſa committi, in fæminis multo breuior eſt, ac in maribus: at cartilago contra, ipſa oſſa inter ſe connectens, duplo craſſior, laxior, ac mollior. *Proceſſus quoque inferiores*, qui ſub dicta linea ſiti ſunt, ad externa magis à ſe diducuntur, vt ſic in fæminis cauitas infimi ventris, quam Peluim nominauimus, multis modis, quàm in maribus ſit maior, quod cum inteſtino recto, veſicaque, vterum, & quando plenus eſt, fætum etiam continere debuit.

1. 2. 3.

QVÆSTIO. De his oſſibus quæſtio eſſe ſolet inter Medicos, verâne ſit quorundam ſententia, quæ pro certa à pluribus accipitur, ab antiquiſſimis Authoribus confirmata, de oſſium pubis partus tempore inter ſe diuulſione. Nos cum breuitati ſtudeamus, relictis argumentis quæ pro vtraque parte in medium afferri conſueuerunt, quid ſæpenumero non tantum ipſi propriis oculis viderimus, ſed aliis etiam in publico Theatro conſpiciendum dederimus, breuiſſime hic proponemus. Incedimus enim media via, nec in omnibus hiſcere, nec in nulla, ex plurimis obſeruationibus ſtatuimus, ſed in illis tantum, quæ partum habent

Obſeruatio.

bent admodum difficilem ac laborioſum, aut partes ad fœtus egreſſum neceſſarias, oppido quàm anguſtas ſunt nactæ. Nec quoque ita à ſe diuidi credimus, vt à ſe mutuo dehiſcant: ſed ligamento laxiore reddito, adeoque ſequace ad extenſionem, nonnihil hiare arbitramur. Fieri autem id poſſe facilius notauimus, quotum maior ante partum ad illa membra generationi fœtuſque exitui dicata; tum in illis maximis doloribus, quibus in partu difficili (præſertim ſi diutius duret) miſeræ mulierculæ conficiuntur, humorum affluxio fieri conſueuit. Sæpe enim ſæpiuſque vidimus, vaſa illa, quæ alias minuta ſatis ſunt, dum vtero non geſtant, in eam accreuiſſe grauidis magnitudinem, vt minimi digiti apicem fere craſſitie adæquarint. Quamobrem profecto fieri nequit, quin ligamenta omnia, adeoque & cartilagines hæ pubis oſſium irrigentur, & molliores poſtea redditæ, ad aliquem hiatum maximopere præparentur. Neque tamen oſſa pubis duntaxat, ſed & articulationem illam, quæ ſacrum os cum oſſibus ilium connectit, pro maiore minoreque difficultate, quam partus peperit, laxatam fuiſſe aduertimus: vnde illud eſt, quod exacto labore graui, de doloribus circa os ſacrum & pubem puerperæ nonnunquam conquerantur, cui vt obſtetrices remedium inueniant, in lectum collocatas, pedibuſque crucis in modum impoſitis, iubent quieſcere, vt illa oſſium ſeparatio, humoribus digeſtis, ſolidè iterum vniatur. Quàm autem promptum ſit, vt hæc ligamenta laxentur, quilibet experiri poteſt, ſi oſſa innominata, adhuc ſacro iuncta, & ligamentis ſuis inueſtita accipiat, cartilagineq; duorum pubis oſſium abſciſſa, ipſa pubis oſſa mutuo à ſe diuidat. Videbit protinus iuncturam illam laxari admodum poſſe, quam ipſam nos quoque ſua natura in fæminis, quàm maribus laxiorem eſſe factam deprehendimus. Id vero quoque obſeruandum eſt, ligamentum illud os ſacrum innominatis alligans, anteriore parte, qua abdomen ſpectat, tenue ſatis eſſe; poſteriore vero craſſiſſimum, vt adeo affluentibus humoribus haud difficulter remitti queat, ſicque anteriore parte oſſa Ilium à ſacro hiſcant, poſterius autem iuncta maneant. Quod ſane Natura ſolertiſſima in eum feciſſe videtur finem, vt luxatio horum oſſium præpediretur, quæ neceſſario cótingeret, ſi ligamentum vtraque parte laxaretur. Reuera autem ſe ita habere, oculiſque ipſis cerni poſſe illam (vt ſic dicam) dehiſcétiam, probare citra negotium potuimus ſæpe in publicis demonſtrationibus, in quibus fæminarum ex difficili partu mortuarum, (cute ſiue adhuc integra, ſeu ſecta) femur alterum ſuſtulimus, vidimuſque os pubis illius lateris, digiti fere latitudine eminuiſſe, quod alias fieri ſine laxitate ligamentorum vtriuſq; articuli non potuit. Simile accidit cum alterius lateris femur eleuaremus, id quod & ab aliis doctis viris ſic obſeruatum eſt. Ex his autem merito omnes, & iure concluſimus, pro difficultate in laborioſo partu, magis minuſve oſſa pubis & ſacrum, dehiſcere, cartilagine, & ligamento facile ad omnem hiatum, ob maximum humorum ad illas partes affluxum, ſequacibus.

*Dolores circa os ſacrum, & pubē, poſt difficilem partum.*

*Nota.*

## CAPVT XXV.

### *De oſſe Humeri.*

HACTENVS trium ventrium oſſa vidimus; reſtat ergo vt & artuum oſſa inſpiciamus, quos ſupra in Manus ac Pedes diuiſimus, vocantes *manum* quicquid à ſum-

*Manus partes.*

*Os humeri.* diſpeſcitur, in Humerum, Cubitum, & Extremam manum. Dicitur [a] Os HVMERI, quod à Græcis βραχίων, à Latinis quoque BRACHIVM, & HVMERVS συνεχδόχικῶς vocatur, & inter ſcapulam ac cubitum, quibus ſupra infraq; committitur, interiacet. Os eſt *ſubſtantiæ* duriſſimæ ac ſolidiſſimæ, in medio per totam longitudinem fiſtulæ modo excauatum, partim vt medullam contineat in ſe, partim vt homini leuitate conſuleretur. *a, 1.9. fig. 8. & 9.*

*Figura.* *Figuram* habet teretem, ſed variis exaſperatam lineis, pro variorum muſculorum inſertione, aut exortu, ſuperius inferiuſq; admodum lateſcens.

*Appẽdix ſuperior.* *Caput ſuperinternum.* *Caput ſuperexternum.* Elatiore enim ſede [b] *appendice* donatum eſt, ex qua duo exigit *capita*, quorum [c] *alterum internum*, amplum & circulare eſt, læue, ac vndique cartilagine incruſtatum, quod ſinui ceruicis ſcapulæ committitur, & omnes humeri motus, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ad ſuperiora denique, & inferiora perficit. Perfectiſſima enim articulandi ratione connexum eſt, cuiuſmodi Enarthroſin vocant, & omnibus motibus ciendis abſoluendiſque, maxime eſt accommodata & opportuna. [d] *Alterum caput externum* eſt, quod non, vt prius, in alium ſinum recipitur, ſed gratia ligamentorum inſerendorum factum eſt, illoque multo minus exiſtit, ſed magis inæquale, quod beneficio ſinus, vndique prius caput ambiens, ab illo magno diuellitur. Caput hoc iterum in duo alia diuiditur, [e] anterius puta; [f] poſteriuſque, ex quibus illud multis modis maius grandiuſque eſt; hoc, minus. Dirimuntur autem intercedente [g] ſinu quodam tereti, qui pro recipiendo primo primi cubitum flectentium muſculi, principio exſculptus eſt, quem inferius Bicipitem appellari dicemus. Totus poſtea humerus deorſum fertur, ita tamen, vt ſenſim anguſtetur, in quo progreſſu parte [h] anteriore teres eſt, [i] poſteriore depreſſus & latior, quæ ſane figura muſculis illic locorum poſitis maxime opportuna eſt, & apta. *b, A. c, a. d, b. e, c. f, d. g, ee. h, f. i, g.*

*Appẽdix inferior.* [l] *Infima parte* iterum & euidenter lateſcit, maximamque varietatem, ob proceſſuum ſinuumque copiam repræſentat. Cum enim duobus oſſibus coniungi debuerit, Cubito & Radio, vtrumque autem os duobus motibus agitetur, factum etiam eſt, vt capitibus differentibus indiguerit. Eſt ergo [m] inferius interiuſque caput pro Cubito, cui, quod cardinis imaginem quoquo pacto exprimit, per γίγγλυμον coniungi dicitur, ſed quia trochleam refert, *Trochleæ* etiam, aut *Rotulæ* nomen, ab Anatomiæ Profeſſoribus accepit. Nam præter quod orbicularem formam mediam accepit, planam vtrinque à lateribus, media quoque ipſius pars ſinuata eſt, non ſecus ac trochleæ, qua parte funem ſuſcipit, vtrinque modice prominens. Non tamen exacte trochleæ comparaueris, quod ab interna parte magis, quam externa extuberet. *Sinus* habet *duos*, ante, retroque vnum, leui ſquama inter ſe diſtinctos, quorum [n] *ille*, qui anticam ſedem occupat, minor eſt, & anteriorem proceſſum cubiti ſuſcipit: [o] *hic* maior multo, poſteriori eiuſdem proceſſui dicatus. A latere externo *aliud caput* coniunctum habet, cartilagine tectum, cui radius committitur, ſed quia is non niſi anterius flectitur, & in pronum aut ſupinum aptatur, anteriora non excedit. Vtrinque ad latera horum capitum, eminentiæ adſunt, quas *Tubera*, & *Tubercula* vocant, quarum illam quæ trochleæ vicinior eſt [p] *internum*, alteram, [q] *externum* vocant: vtrumque exortibus variorum muſculorum deſtinatum. Plærique enim muſculi, qui cubiti radii- *l, h. m, i. n, l. o, m. p, o. q, p.*

*Trochlea* *Sinus.* *Capitulum.* *Tubercula humeri.*

que

Propria Vlnæ. Sed enim [a] a VLNA elatiore ſede, qua maius caput exigit [b], à poſteriore parte gibba *a a, 1. 9. fig. 12. & 13.*
eſt & conuexa: [c] à priore, ſinum obtinet, maximum, cartilagine incruſtatum, & ſemicir-
*Gibber.* cularem. *Illam* partem *Gibberum* Barbari appellant; Hippocrates *ἀγκῶνα*; Galenus, modo *b,* a.
*ἀγκών.* *ὠλεκρανὸν.* modo cum Hippocrate *ἀγκῶνα*: *hanc* verò, à figura C Græcorum, ſemicir- *c,* b.
*Sinus σιγμοειδής.* culari etiam, *σιγμοειδῆ*. Sinus autem hic, ſuperius, inferiuſque *proceſſum* exigit, *quorum* [d] *d,* c.
*ille*, ſinui poſteriori humeri, (de quo diximus præcedenti capite) [e] *hic*, anteriori inſe- *e,* d.
ritur. Ille, poſterior; hic, anterior cubiti proceſſus dicitur: ille, magnus eſt, & obtuſo;
*Proceſſus ſinus.* hic, minor, & acuto prominet angulo. *Committitur* autem hic ſinus cum trochlea in-
ferioris humeri capitis, cui omnibus modis exquiſite reſpondet, & cuius etiam gratia
in medio toto ductu inter duos proceſſus obtuſo angulo protuberat. Habet autem & a-
*Sinus lateralis.* lium præter hunc, ab externo latere ſigmoeidei [f] *ſinum*, qui quartam fere circuli partem *f,* e.
conficit, & capitulum minus atque ſuperius radii excipit, cartilagine ſimiliter inueſti-
tus. Poſt hæc cubitus ad manum deſcendit, ſenſim gracilior factus, donec in [g] capi- *g,* f.
tulum illud minus, de quo diximus, finiat, quod ſinum habet rotundum, à cuius latere
*Proceſſus ſtiliformis.* poſteriore [h] proceſſus quidam paruus enaſcitur, quem à figura *στυλοειδῆ*, *ſtyliformem* *h,* g.
dixerunt.

*Radii propria.* At [i] RADIVS elatiore parte [l] ceruicem habet, cui paruum [m] *capitulum* affixum eſt *i, 1. 9. fig. 14. & 15.*
[n] ſinu rotundo præditum, cartilagine tecto, in quem recipitur caput exterius inferioris
*Capitulũ ſuperius.* humeri appendicis. Ad latus quoque [o] paululum prominet, & ſimiliter cartilagine *l,* i.
incruſtatum eſt, qua parte ſinui illi laterali cubiti, quartam circuli partem conficienti, *m,* l.
implantatur, cuius ope manus prona redditur, & ſupina. Sub hoc capitulo interna *n,* m.
*Tuberculum.* parte, [p] *tuberculum oblongum* eminet, ſinu aſpero donatum, in quod inſeritur validiſſime *o,* n.
primus cubitum flectentium muſculus, Biceps vocatus. Hinc deorſum ad manum Ra- *p,* o.
dius progreditur oblique, ſenſim ab Vlna diſcedens, ita vt in medio magno ſatis dehi-
ſcant interuallo, & ſpatium relinquatur illic poſitis muſculis. Ad manum autem vbi
*Capitulũ inferius.* fere peruenit, [q] *latum capitulum* efficit, quod ſinum habet geminum, carpi oſſicula re- *q,* p.
*Sinus lateralis.* cipientem. Interna ſede ſinum lateralem obtinet, qui inferius cubiti tuberculum
ſuſcipit.

*Connexio Vlnæ cum Radio.* Cæterùm quoad nexum Cubiti cum Radio, monendum hoc diligenter videtur, duo
hæc oſſa inter ſe articulo differente omnino committi, cum Radius à ſuperiore parte
excipiatur à Cubito: at contra inferiore, Cubitus à Radio. Cuius quidem articulatio-
nis ratio huiuſmodi eſt, quod Radius ad carpum latior ſit, ad humerum vero Cubitus.
Quare cum ea parte, qua latiora ſunt hæc oſſa, felicius aliorum articulationes admit-
tant, factum eſt, vt pro craſſitie aut tenuitate, excipiant, vel excipiantur. Sinus enim
in maiore oſſe commodius ſemper inſculpitur, cum continens contento debeat eſſe
*Ligamentum longum.* maius. Hoc etiam ſub finem addendum eſt, connecti duo hæc oſſa inuicem *liga-
mento longo*, quod internos muſculos ab externis ſeparat, & à duabus lineis
acutis quæ ſe mutuo reſpiciunt, exoritur, cum altera in externo
Cubiti latere ſit, altera in Radii inter-
na parte.

CAPVT

# CAPVT XXVII.

## *De oſsibus extremæ Manus, & Seſamoeideis appellatis.*

r, 2.9. *fig.* 16. & 17. ſ, A.A. t, B.B. u, C.C.

TERTIA brachii pars, [r] *Manus reliqua* eſt, ἀκρόχειρ Græcis dicta, quæ totum id, quod à cubito radioque dependet, complectitur. Conſtat ſimiliter tribus partibus, καρπῷ, ſiue *Brachiali*, μετακαρπίῳ, ſiue *Poſtbrachiali*, & δακτύλοις, *Digitis*. [ſ] Carpus ſuprema pars eſt; [t] media, metacarpium; [u] infima, digiti. *Manus extima. Partes.*

CARPVS ergo ſuperne radio connectitur, inferne metacarpio, ex octo conſtitutus oſſiculis, quorum ſubſtantia mollis, & intus plena foraminibus eſt, etſi foris ſolida eſſe videatur, quod in prima generatione non oſſa ſint, ſed cartilagines, poſtea vero ſenſim indureſcant. *Figuram*, hæc vniuerſa inuicem iuncta, conuexam exterius, intus concauam obtinent: at ſingula per ſe conſiderata, diuerſas & indicibiles, nullique alii rei, quam ſibi proprias referunt, cum magna ex parte nexum adiacentium oſſium horum figura ſequatur. *Connectuntur* inter ſe ope cartilaginum ac validorum vinculorum, ea articulationis ſpecie, quam Neutram à Galeno vocari ſupra diximus, quod ratione ipſius compoſitionis Diarthroſin æmulentur, cum laxa ſit connexio; at ratione obſcuri motus, Synarthroſin. Componitur ergo ex octo oſſiculis, ſed duplici ſerie inuicem diſtinctis, quarum vtraque quatuor in ſe cōtinet: ita vt ſuperior ordo tria externa ſimul ſic iuncta habeat, merito vt omnibus vnum eſſe videantur, & quartum omnium minimum, minimo digito ſubtenſum: inferior autem ſeries quatuor aliis poſtbrachialis oſſibus nectitur. *Carpus. Figura. Connexio*

x, B.B. y, I.II. &c.

[x] METACARPVS autem quæ altera manus pars eſt, [y] quatuor conficitur oſſibus, non quinque, vt voluere nonnulli, qui primum pollicis os in huius album referre ſunt conati: ſed male, vt recte notauit Galenus, cum diuerſa ſit articulatio huic, quàm metacarpi oſſibus, tum manifeſtus motus. *Articulatio quidem*, quia per Diarthroſin carpo committitur, reliquis per Neutram connexis: *at motus*, cum in illo manifeſtus ſit, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum: in his vero, aut nullus, aut certe ita obſcurus, vt nulli pateat. Oſſium horum *ſubſtantia* dura eſt ac ſolida, intus fiſtulæ in modum caua, quemadmodum & ipſa oſſa figuram teretem obtinent, quæ tamen latior ab [z] externa parte eſt, præſertim ſuperiore ſede, vbi planam ſuperficiem habent: [a] interna vero, gibba, duobus quaſi planis vtrinque ab extremitatibus externæ partis eleuatis, & in vnam lineam acutam coeuntibus. Atque hæc cauſa eſt, vt inter bina [b] interuallum ſemper cernatur, pro muſculis digitorum interoſſeis, de quibus poſtea dicemus, recondendis cum ſeſe exacte tangere non poſſint. *Magnitudinem* quod ſpectat, ſi cum digitorum oſſibus conferas, multo maiora ſunt: ſi inter ſe componas, inæqualia cernes, & longitudine, & craſſitie. Longiſſimum enim, craſſiſſimumque eſt primum, quod indici præfigitur: minus longum craſſumq; ſecundum eſt, quod medio ſubtenditur: tertium adhuc breuius, quod auricularem ſuſtinet digitum: omnium vero breuiſſimum, tenuiſſimumq; eſt minimi, adeo vt proportione ſeruata ſemper ipſa decreſcere videantur. *Metacarpus. Subſtantia. Figura. Magnitudo.*

z, g. a, h. b, i. c, l. d, m.

[c] Supra [d] infraq; habent *appendicem*: illa, carpi oſſibus; hac, digitis iunguntur: illa, ſinum habet; hæc, capitulum rotundum, & oblongum, cartilagine tectum, ſed à lateribus compreſſum. *Appendices.*

ſinum, at inferius capitulum habet aſperum, foris parum, intus plu
quaſi lunatum, vt tendinem recipiat muſculorum digitos flecten
*modo ſe habet & Pollex*, niſi quod primi oſſis ſuperior appendix, ſ
ita cauum, ſed potius anterius poſteriusque extuberantem: inferio
lo conſtat, vnde & ipſi ſinus in appendice ſuperiore ſecundi oſſis re
ſimplex eſt.

Ad hæc oſſa merito referri debent etiam illa minima, quæ in m
mo ſemini comparata, & propterea f *σησαμοειδῆ*, *ſeſamoeidea* à Veter
pellata. *Sita* ſunt hæc in interna manu, in digitorum internodiis
in ortu cartilaginoſæ, poſtea oſſeæ, ſed pumicis ritu foraminule
litudinem patellæ, quæ femoris, tibiæque articulo præfigitur, cui
omnibus referre videntur. Horum *numerus* etſi incertus ſit, quod
pauciora reperiantur pro ſubiectorum diuerſitate, omnibus tamẽ fe
decim tantummodo recenſentur, quorum duo ſecundo pollicis oſſi
gitur interna parte, bina deinde ſingulis primis quatuor reliquorun
nodiis, vbi cum metacarpio nectuntur, & denique ſecundo ac tert
dio vtrobique vnum præfigitur, idque mediantibus tendini
tertium digitorum articulum flectentis. *Vſus* eſt, proh
quo minus in validis digitorum extenſionibus
oſſa luxentur, & ex ſua ſede
proſiliant.

# CAPVT XXVIII.

## *De oſſe Femoris, & Patella.*

VT brachium trifariam diuidebatur: ita quoque Crus commodiſſime in tres partes *Cruris tres partes.*
g, 2. 10. *fi.* diſpeſcitur, in Femur puta, Tibiam, & Pedem extremum. [g] FEMVR, Græcis μηρὸς,
1. 2. & 3. os eſt, vt humerus, vnicum, omnium quæ in corpore noſtro ſunt maximum, non ſo- Femur.
lum longitudine, ſed craſſitie quoque, robore, ac ſoliditate reliqua ſuperans. *Subſtan-* *Subſtantia.*
*tiam* enim habet ſi quod aliud duriſſimam, intus tamen fiſtulæ in modum excauatam,
non tantum ne pondere nimio homini incommodaret: ſed etiam, vt medullam in ſe re-
ciperet, quæ ad nutritionem oſſium, vt oſtendimus, propter illam naturalem, quam ha-
bent, ſiccitatem cum duritie iunctam, maxime eſt neceſſaria. *Figuram* nactum eſt oblon- *Figura.*
h, *fig.* 1. gam, non tamen rectam; ſed anterius [h] gibbam, [i] poſterius concauam, vtrinque circa
i, *fig.* 2. extremitates, maxime verò inferna parte impenſe latam: cætera in harum medio exactè
ii, α. α. teres, niſi à poſtica ſede ipſam inæqualem redderet [ii] aſpera linea, ſatiſque protuberans,
quæ à ſumma ipſius ad infimam vſque partem ducitur. *Connectitur* ſuperius oſſi coxen- *Connexio*
dicis, inferius autem tibiæ.

l, A. Habet *duas appendices*, quarum *ſuperior*, verſus interiorem partem, [l] ceruicem exi- Appēdix ſuperior.
m, B, git ſatis inſignem, oblique ſurſum protenſam, cui [m] caput impoſitum eſt, omnium
quæ in corpore ſunt maximum, exactè ſemigloboſum, læue, æquale, ac denſa carti-
n, C. lagine incruſtatum, quod, in medio fere, [n] foramen habet, cui fortiſſimum ligamen-
tum rotundum, ex ſinu oſſis coxendicis pronatum, inſeritur. Sed præter caput, & cer-
o, D. uicem, *duos* quoque *proceſſus* educit, quorum *alter* [o] *externus*, ex lata baſi ſenſim angu- *Proceſſus ſiue rotatores.*
ſtatus, inſignis admodum, imo omnium proceſſuum, qui alteri oſſi non committun-
p, E. tur, in corpore maximus eſt: *alter*, [p] *internus*, multis ab illo paraſangis, ſi magnitudi-
nem ſpectes, ſuperatus, obtuſum referens tuberculum. Proceſſus hi duo, cum aliis
noſtri corporis commune habent officium, vt muſculorum inſertiones excipiant, inde-
que appellationem propriam ſunt nacti; vt apud Græcos τροχαντῆρες, ἀπὸ τοῦ τροχάζειν, à
Latinis *Rotatores* dicantur, quod ſcilicet eos muſculos excipiant, qui femoris motui auxi-
lium præſtant. Circa primum & maiorem, ſinus, impreſſiones, ac linea diligenter
obſeruanda ſunt, cum in libro quarto horum frequens futura ſit mentio, quando de fe-
q, a. moris muſculorum inſertione loquemur. [q] *Sinus* in interna parte eſt eximius, in quem ſe- *Sinus.*
cundi & tertii femur circumagentis muſculi tendines implantantur. *Impreſſiones quatuor* *Impreſſiones.*
r, 1. *ſunt*, ad gibbam eius ſedem & externam. [r] *Prima*, in procliuiore & humiliore ſede eſt, am-
ſ, 2. pla, vt extendentium femoris primi; [ſ] *ſecunda*, in anteriore ſede, quæ aliquatenus aſpe-
t, 3 ra eſt & ſinuoſa, vt eiuſdem ſecundi: [t] *tertia*, in inferiore ſede, ac inter duas impreſ-
u, 4. ſiones media, gibba nonnihil, vt tertii: [u] *quarta*, in elatiore, & apice ipſo proceſſus,
x, F. vt quarti tendinem ſuſcipiat. [x] *Linea* denique *aſpera*, à prima impreſſione deorſum du- *Linea aſpera.*
citur, nonnihil oblique per femoris poſteriora incedens, vbi primus muſculorum, fe-
moris inſeritur.

*Inferior femoris appendix*, *duo* inſignia *capita* in poſteriorem potius, quam anteriorem Inferior appēdix.
y, G. partem vergentia conſtituit, quorum [y] *alterum*, quod *internum* eſt, & corpus reſpi- *Capita duo.*
cit,

cit,craſſius exiſtit: z *alterum externum*, latius, cæterum magis depreſſum. Inter hæc ante retroque *ſinus* eſt: a *ante* quidem, læuis admodum & cartilagine tectus, qui patellæ tuberculum excipit: b *retrò*, grandis, & qui pollicis latitudinem exæquat, partim vt ſedem præbeat firmam valido illi ligamento ex femore enato, quod tuberculo inter duos ſinus in tibiæ elatiore ſede exſculptos, enato, inſeritur, partim vt viam tutam præſtet vaſis per crus excurrentibus, nempe neruo omnium maximo, venæ, & arteriæ. Vtrumque caput ad latera ſinus obtinet, qui ſedem præbent tendinibus muſculorum tibiæ illic tranſeuntibus. *z, H. a, I. b, K.* *Sinus duo.*

*Foramina.* bb *Foramina* quoq; ſunt circa appendices leuia, quæ inſeruiunt validiori ligamentorum rotundorum articulos ambientium inſertioni. Illud tamen obliuioni tradendum non eſt, in poſteriore parte inferiorum capitum, duo oſſa ſeſamo ſemini ſimilia reperiri, quæ Natura ſolers ad primi pedem mouentis muſculi duo principia affixit, ne ſcilicet muſculus ab illis capitibus in motu validiori attereretur, damnumq; caperet. *bb, b.*

Cæterum cum Patellæ modo mentio iniecta ſit, occaſione ſitus eius in anteriore inferioris appendicis femoris parte, ipſaque ad articulationem femoris cum tibia faciat, eodem capite de ipſius quoque hiſtoria diſſeremus. Eſt ergo c PATELLA, ſiue μύλη, *Mola*, & Barbaris *Rotula*, os ſubrotundum, latum, vix duos tranſuerſos digitos exæquans, d foris planum, & foraminulis refertum, e intus gibbum quodammodo, & cartilagine tectum, quod f femoris & tibiæ oſſi anterius præponitur, ne vltra modum extendantur, néve à tibia femur procidat, ſicque in locis decliuioribus, & vbi pedis extenſio firmior requirebatur, ambulatio impediretur, aut prorſus peſſumiret, quemadmodum ſolet accidere iis, quibus huiuſmodi os fractum aut luxatum eſt, cum plana quidem loca tuto adire, at decliuiora ſine metu caſus, nequeant. *Subſtantia* huius, in primo ortu mollis eſt, & cartilaginea, taliſque per plures menſes remanet, poſtea ſenſim in durius os ætate prouectis abit. Plenum tamen foraminulis eſt, quemadmodum reliqua omnia, quæ ex cartilaginibus in oſſa tranſeunt. *Connectitur* non ſecus ac ſeſamoidéa oſſa digitis, ita his duobus oſſibus, beneficio tendinum craſſiorum, ſecundi, tertii, & quarti tibiam extendentium muſculorum, qui per genu ad tibiam deſcendunt, & tuberculo ipſius anteriori implantantur.

Patella. *c, 2.10. fi. 9. & 10. d, fig. 9. e, fig. 10. f, 2.1. T.* *Vſus.* *Subſtantia.* *Connexio*

# CAPVT XXIX.

## *De Tibiæ vtroque oſſe.*

TIBIA g altera pars cruris eſt, inter genu & pedem ſita, duobus conſtans oſſibus, quorum illud quod craſſius eſt, nomen totius retinet, & Tibia, Græcis κνήμη vocatur: alterum, quod tenuius, Fibula, περόνη. Illud internam, hoc externam partem occupat, vtrumque ſubſtantiam habet duram ſolidamque, intus fiſtulæ in modum excauatam. *g, 1.1.a.*

Tibia. Appendix ſuperior. h TIBIA autem, vt ab hac initium dicendi faciamus, duabus donata eſt appendicibus, quarum vtraq; reliquo oſſe latior eſt. Illa quæ i *ſuperior* eſt, femori per enarthroſin committitur, nonihil ab anterioribus ad poſteriora diſcedens, quo loco ſeſe in duas findit eminentias, extra os aliquantulum protuberantes. Habet hæc appendix in ſummitate *h, 2.10. fi. 4.5. & 6. i, A.*

l, B.B. mitate l *duos ſinus oblongos*, ſed ſuperficiales tantum, læui incruſtatos cartilagine, qui- *Sinus.*
m, C. bus inferiora duo femoris capita excipit. Inter hos m *tuberculum* eſt interiectum, inæ- *Tuber-*
quale, & aſperum, poſteriore oſſis ſede, aſpero eminens apice, in quem inſeritur va- *culum.*
lidiſſimum illud ligamentum, quod ex ſinu illo magno & amplo inter capita inferioris
femoris appendicis interiecto, enaſci, & procedere, capite præcedente diximus. Ne *Cartila-*
vero in tam leuibus his ſinibus, qui neceſſarii maxime erant, ſi tibia ad acutum admo- *go ſinui*
dum angulum flecti debebat, facile exciderent, ſicque perpetuum luxationis pericu- *adiuncta.*
lum homini impenderet, Natura peculiarem in ambitu vtriuſque cartilaginem appo-
ſuit, quæ craſſa, verſus centrum ſenſim attenuatur, & ligamentorum ope annectitur.
n, D. Habet etiam n *capitulum in poſteriore parte*, ſub externa protuberantia, quod ſuperio- *Capitu-*
ris fibulæ appendicis ſinum ingreditur. Hoc rotundum habet ambitum, admodum, *lum la-*
o, E. tamen leuiter prominet, & cartilagine incruſtatur. o Reperiuntur autem & forami- *terale.*
nula plura in anteriore ſede capitis tibiæ, quæ ſuperficiem illam aſperiorem red-
p, F. dunt, & p *tuberculum inſigne*, ſecundum longitudinem primæ lineæ, ſuperiore ſede non- *Tubercu-*
nihil excurrens, in quod tendo inſeritur, ex tendinibus ſecundi, tertii, ac quarti tibiam *lum an-*
extendentium muſculorum commiſtus. Hinc tibia recto tramite deorſum tendit, *terius.*
nonnihil ſemper anguſtata, non tamen vt plæraque oſſa omnia teretis figuræ eſt, ſed
q, I. triangulæ, ex tribus compoſita lateribus, quæ totidem lineæ conficiunt q *Prima li-* *Tres li-*
*nea in anteriore* ſede eſt, acutiſſima, & *Spina Tibiæ* dicitur: *duæ in poſteriore* ſunt, quarum *neæ.*
r, 2. altera r *interna*, & obtuſa eſt; altera ſ *externa*, acuta ſimiliter, quæ ligamentum ſuſci- *1. Spina.*
ſ, 3. pit tibiæ oblongum. Ex his conficiuntur *tria Latera*, quorum duo anteriore ſede, *2.*
t, I. vnum poſteriore eſt. t *Primum*, in anteriore parte à latere interno eſt, gibbum, & o- *Interna.*
u, II. mni carne deſtitutum, quod ἀντικνήμιον, dicitur: u *ſecundum*, externo latere pro muſ- *3.*
x, III. culis in tibia hærentibus anterioribus: x *tertium*, poſteriore ſede, pro muſculis poſte- *Externa.* *Tria la-*
rioribus. Hoc ſuperiore parte lineam habet aſperam, longo ductu ad inferiora excur- *tera.*
y, G. rentem. Circa hanc lineam media fere ſede, y foramen inſigne eſt exſculptum, quod 1.
z, H. in partem internam oſſis penetrat, & venulam deducit pro oſſis nutritione. z *Altera* 2.
*appendix*, inferiorem tibiæ partem conſtituit, multo priore minor, qua ipſa cum talo per 3.
a, K. ginglymum articulatur. a *Sinum* habet *geminum*, cartilagine tectum, linea media à Appen-
poſteriore parte in priorem excurrente diſtinctum, vbi poſtea in leue tuberculum ter- dix infe- rior.
b, L. minatur. Horum qui ab interna parte conſiſtit, maior eſt & profundior, ob b proceſ- *Sinus du-*
ſum quem ibi locorum tibia exigit. Proceſſus enim craſſus eſt, intus cauus, foris gib- *plex.*
bus & excarnis, *Malleolus internus* ab Anatomicis vocatus. Externa autem parte in hac ap- *Malleolus*
pendice alius ſinus oblongus occurrit, qui fibulæ caput inferius ſuſcipit, aſper, & nulla *internus.*
cartilagine munitus.

c, 2.10. fi. 7. & 8. c FIBVLA autem tibiæ adſtans ab externo latere, multo minor eſt ipſa craſſitie, Fibula.
etſi longitudine æqualis, cum infra tibiam excedat, quantum ſuperna parte ad genu
d, M. ſuperatur. Solida quoque eſt, & duplici appendice firmata, quarum d *ſuperior* in la- *Appēdix*
tere interno, ſinum habet cartilagine tectum, à quo excipitur capitulum laterale, quod *ſuperior.*
e, N. ſub ſuperiori tibiæ appendice ſubſiſtit. e *Inferior* vero in acutum angulum deſinit, & *Appēdix*
in ſinum inſeritur externum & oblongum inferioris tibiæ appendicis, nulla, quemad- *inferior.*
modum & ſinus, tectum cartilagine, ibique *Malleolum externum* conſtituit, qui cum in- *Malleo- lus exter-*

 *nus.*

terno talum in ſua ſede continet, imo magis, quam ille, cum nou...
producatur: ex quo fit, vt exterior interiore ſemper humilior app...
læ pars, quæ inter hæc duo capita interiacet, inæqualis eſt, & trian...
bus lateribus inter ſe iunctis, in quibus aptiſſime locantur pede...
muſculi. Conficiuntur latera hæc ex totidem [h] *lineis*, *vna* anteri...
rioribus. Anterior acuta eſt, quemadmodum & poſteriorum...
tem rotunda. Ab anteriore & interiore, primum latus conſtituit...
teriore, ſecundum: at tertium, à duobus poſterioribus. Cæterum c...
ter ſe in medio dehiſcant, vt muſculi pedis illic commodius repo...
membraneum Natura condidit, quod vtrumque os medio ſpati...
git autem externam tibiæ lineam cum interna fibulæ.

*Lineæ tres.*

## CAPVT XXX.

### *De oſsibus Pedis extremi.*

QVEMADMODVM Manus extrema tribus conſtabat partil... & digitis; ita [l] pes quoque extremus totidem conficitur, illis [m] tarſo inquam [n] metatarſo, & digitis. Præter has tamen & [p] ali... manus particula accommodari poteſt, quam tria oſſa componu... neus, & os nauiculare à forma appellatum. Vtcunque autem no... & hæc ad tarſum recte referri ſtatuant, quia tamen inſigne quo... ipſa, & carpi oſſa, quibus exacte tarſi à nobis vocata oſſicula reſpo... ctrinæ facilioris gratia, diſtinctionem hanc oſſium pedis, quam... batiſſimis Authoribus maluimus, quartam hanc pedis oſſium p... cantes. Incipiamus ergo ab iſtis tribus primum, poſtquam nonnu... munia, enumerauerimus.

*Communia oſſibus tarſi.* 1. OSSA *hæc* ergo *omnia*, *tum tria* ſcilicet dicta, *tum quatuor quæ t...* mo ortu mollia ſunt, & cartilaginea potius quàm oſſea dicenda: p... ris in ſolidiorem abeunt ſubſtantiam, quæ tamen vt omnium ali... recens natis cartilaginea eſſe ſolent, pumici ſimilis eſt, & plena... quam nec omnia æqualiter mollia ſint in ipſis etiam infantibus,... inprimis calcis os, quod vt omnium duriſſimum poſtea eſt, ita...
2. medio modo inter oſſa & cartilagines ſe habet. *Figuram* na...
3. differentiſſimam: *magnitudinem* etiam inæqualem, cum omniu... neus, hinc talus, inde os nauiculare, tum cyboides, ſiue cubi... formia, quorum primum maius, alterum minus, tertium medium... minatur.

Talus. [q] TALVS ergo, Græcis ἀστραγαλος, καὶ ἀστράγαλος, quæ vox ... nata eſt, cum & vulgo *Aſtragalus* vocatur. Os eſt variæ forma... que committuntur, ſicque pes flectitur extenditurque, no... mouetur. Hoc ergo non ſolum Homo donatus eſt, ſed ...

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*Cauitas. Conuexa pars.* longum ſit, & [c] *intus* cauitate inſigni exſculptum, [d] *foris* conuexitate promineat. *Cauitas* hæc læui cartilagine obtegitur, in quam ingreditur caput Aſtragali; at *conuexa pars* ſimiliter incruſtata, [e] tres obtinet ſuperficies, adeo leues, vt ambiguum ſit, excipiant, aut excipiantur. His committuntur tria tarſi oſſa, inter quę maximum internum latus occupat; *Situs.* minimum, externum. *Situm* ergo eſt in parte interna pedis, cuius beneficio præcipua tarſi pars talo committitur. *c, A. d, B. e, 1.2.3.*

Quatuor oſſa tarſi. *Forma.* Hæc tria oſſa quatuor Tarſi ſequuntur, quæ vnum ordinem conficiunt: ſed *primum calci, reliqua tria nauiculari committuntur.* Efficiunt autem omnia iuncta inter ſe, fornicem, cum parte ſuperiore conuexa ſint, inferiore concaua. Tria etiam illa nauiculari commiſſa, fornicis in modum à terra eleuantur, ſolo cubiformi ipſam attingente, adeo, vt inſignis relinquatur cauitas in pede in qua recondantur tum tendines, tum muſculi, ne in ambulatione conterantur lædanturque, ſi plana inferior plantæ ſuperficies foret. Hæc quia ſuperiore ſede lata ſunt, inferna anguſta, adeoque non inepte cuneum exprimant, Fallopius χαλκοειδῆ, hoc eſt, Cuneiformia appellauit, quæ nomina etiam nos retinebimus; diſtinctionis autem gratia cum aliis Anatomicis magni-*Cõnexio.* tudinis ſuæ rationem addemus. *Connectuntur* hæc oſſa inter ſe cartilagineis ligamentis: qua tamen parte ſe mutuo reſpiciunt ab omni cartilagine nuda ſunt ac libera: anterius vero, qua metatarſi oſſibus, & poſterius, vbi nauiculari nectuntur, læui cartilagine incruſtantur.

Cubiforme. Ex HIS ergò primum eſt κυβοειδὲς, [f] CVBIFORME, ſic dictum à ſenis lateribus, quibus cubo reſpondet. Hoc [g] anteriori calcis lateri præponitur, cum quo poſteriore ſuo latere nectitur; anterius, metatarſi oſſi quarto & quinto iungitur, vbi ſuperficiem geminatam habet; interno, quarto tarſi. Reliqua tria latera, externum, ſuperius, & inferius nulli iunguntur, ſed ſoluta ſunt. *f, 2.10. fig. 22.23. g, 2.10.18 e.*

Cuneiforme maius. [h] CVNEIFORME MAIVS, ſiue Tarſi ſecundum, maximum ex cuneiformibus, internum pedis latus occupat, anterius latum & longum, quo primum os pedii, quod maximo digito, ſiue pollici, ſubſternitur, ſuſcipit. Hoc an ſinuatum ſit, an promineat ambiguum valde eſt: videtur tamen prominere, cum primum pedii os, quod huic coniungitur, ſinum leuem quidem, at euidentem ſatis habeat. [i] *Poſterius* ſinum habet, quo nauicularis proceſſulum internum ſuſcipit. [l] *Superiore latere* conuexum, [m] *interiore* cauum, vtroque tamen admodum aſpero. *h, 2.10. fi. 24. i, a. l, b. m, c.*

Cuneiforme minus. [n] CVNEIFORME MINVS, ſiue Tarſi tertium, quod medium locum obtinet, [o] *ſupernam partem* quadratam habet, leuiter arcuatam, [p] *infernam* acutam, vnde omnium aptiſſime cuneum exprimit: [q] *anteriorem, poſterioremque*, triangularem, cartilagine incruſtatam, quarum illa metatarſi ſecundum os ſuſcipit, hac iungitur nauiculari; at [r] *latera* quadrata, ſed oblonga, ex quibus *internum*, ſinum ingreditur lateris externi primi cuneiformis, *externum*, cum tertii interiore iungitur. *n, 2.10. fi. 26. o, a. p, b. q, c. r, d.*

Cuneiforme mediũ. [ſ] CVNEIFORME MEDIVM, ſeu Tarſi quartũ, ſimile minori, niſi quod maius eſt, [t] *ſuperna* ſede ſimiliter quadrilateram figuram altera parte longiorem refert: [u] *inferne* acuminatum, ſed obtuſiore modo, in cuius medio tuberculum exiguum, cui primus pedem oblique mouentium, ſiue Tibiæus poſticus inſeritur: [x] *anterius*, tertium metatarſi os admittit; *poſterius*, leui ſinu nauiformis externum tuberculum ſuſcipit: *lateribus* tarſi os tertium, & primum, attingit. *ſ, 2.10. fig. 25. t, a. u, b. x, c.*

Tar-

*y*, 2.10.*fi.* 11. & 12. B.B. Tarſum excipit *y* METATARSVS, altera pedis pars, quam Græci πεδίον, Celſus *Plantam*, alii *Pecten* appellant. Componitur ex quinque oſſibus, cum pollex, ſiue magnus digitus ſuum quoque ſibi ex his vendicet, ſecus ac in manu. Omnia vero *ſubſtantiam* habent ſolidam, intus fiſtulæ ritu excauatam, longioraque ſunt multo, quam oſſa metacarpi in manu, cum ipſe etiam pes manu longior ſit. *Metatarſus.*

*Magnitudo.* In *magnitudine* eam obſeruant proportionem, vt omnium craſſiſſimum ſit quod *z* pollicem ſuſtinet; ex reliquis longiſſimum, quod *a* indici ſubſternitur; hinc quod *b* medio; *c* reliqua quoque ſenſim breuiora fiunt: craſſitiem tamen pene æqualem retinent. Vtrinque deſinunt in *capita*; ex quibus *d* *anterius* multo *e* poſteriore minus eſt, rotundum fere, compreſſis tamen admodum lateribus. Caput hoc verſus ſuperiora magis, quàm inferiora diductum eſt, ſecus ac in manibus, cum pedum digitos in extenſione paulò magis, atque manuum, eleuari neceſſum fuerit. Caput tamen illius quod pollici præpoſitum eſt, orbicularius cæteris eſt, quod præ aliis digitis magis ad latera moueatur. *Poſteriora* capita craſſa ſunt ſuperius, infra acuta, à lateribus compreſſa, vt non inconcinne triangulum efficiant. Sinum leuem quidem, at conſpicuum tamen, cartilagine contectum habent.

(Margin notes: *z*, 1. — *a*, 2. — *b*, 3. — *c*, 4. & 5. — *d*, a. — *e*, b. — *Appendices.*)

*Connexio* Anteriora ergo in ſinus digitorum profundos, & quidem primorum articulorum inſeruntur: at poſteriora tarſi oſſa excipiunt: & *primum* quidem quod pollici ſubſternitur, cuneiforme maius; *ſecundum*, quod indici ſubeſt, cuneiforme minus; *tertium*, quod ſuſtinet medium, cuneiforme medium, ſiue tertium: *duo reliqua*, cubiformis duo capitula, ex quo patet, per arthrodiam neutram cum tarſo coarticulari. Verum os pollici ſubſtratum, inferne proceſſum exigit; vbi inſeritur ſecundi pedem oblique mouentium, ſiue Peronei primi tendo. Illud etiam, quod è regione minimi ſitum, externo latere inſignem proceſſum habet, cum quo nectitur tendo ſecundi pedem flectentis muſculi. Cæterùm *media pars horum oſſium*, quæ interiecta eſt capitibus, quo loco magis recedit à tarſo, gracilior fit, ſupra lata, infra acuta eſt, lateribus in acutam lineam ex ſuperna ſuperficie coeuntibus, vnde fit, vt ſpatium inter ſingula relinquatur, in quo muſculi interoſſei reconduntur.

*f*, 2.10.*fi.* 11. & 12. C.C. *f* DIGITORVM OSSA pedem finiunt. Sunt autem quatuordecim, quod pollex duobus tantum conſtet: reliqui vero ternis. Oſſa hæc ſubſtantia, ſitu ac ſtructura, à manus digitorum oſſibus parum differunt: ſed magnitudine apprime cedunt. Omnibus *ſubſtantia* ſolida eſt, & caua: omnibus *tria internodia*, eaque duplici appendice munita, quarum anterior caput eſt geminum, & excipitur à ſinu ſimiliter duplici prioris internodii; poſterior contra, excipit. Hoc diſcrepant ſolum, quod articuli primi profundiorem habeant ſinum, cum in eos maiora capita metatarſi inſerantur. *Digiti.*

*Seſamoidea oſſicula.* *Seſamoidea* quoque oſſa ſunt eodem propemodum ordine, numero, ac ſitu, quo in manu: ſola magnitudine differunt, cum pedis oſſicula minora ſint, prout etiam ipſi digiti.

# CAPVT XXXI.

## De Vnguibus.

Vngues. *An ſint partes noſtri corporis.*

VNGVES, Græcis ὄνυχες dictos, ad oſſium hiſtoriam referendos cenſuimus, quod extrema oſſium regant. Hos nonnulli ex albo partium noſtri corporis delendos cenſuêre, quod in nullo ſimilarium, quæ vulgo recenſentur ordine, commode reponantur. *Nec* enim, inquiunt, *cartilagines* ſunt, quia præciſi renaſcuntur, neque in viuis ſolum, ſed etiam in mortuis, vt tradit Ariſtoteles 3. hiſtor. animal. 11. *Nec oſſa* dici poſſunt, cum ſubſtantiam habeat oppido quam mollem. Multo ergo minus ad alias reducentur, cum videantur his aliqua affinitate coniuncti, neque ſint tamen, à cæteris autem plurimis paraſangis diſtent. Verum hæ diſceptationes Logicæ ſunt, quibus optime ſatisfaciemus, ſi vngues ſui generis partes ſtatuerimus, quæ neque ad cartilaginem proprie, neque ad oſſa commode reduci poſſint, *mediam* tamen *inter vtramque ſubſtantiam* habeant. Sic infra oſtendemus, cutim quoque, etſi ſimilaris pars reuera ſit, ad nullam tamen ſpeciem vulgo commemoratarum referri: ſed ſui generis eſſe propriam. Nec deſunt tamen & alii, qui prorſus partes eſſe negent, quia ſcilicet non vere nutriantur, neque vitam habeant, accreſcant tamen, ſed accretione imperfecta, quæ non fit ſecundum omnes dimenſiones, quemadmodum in oſſibus, & carnibus, verum ſecundum ſolam longitudinem. Quam ſententiam probant argumento, vt ipſis videtur ſatis firmo, negant enim venas, aut arterias ad ipſas accedere, quod neceſſarium foret ad ipſam nutritionem.

Augētur ſecundũ 1. *Longitudinem.* 2. *Profunditatē.* 3. *Latitudinem.* *Habent venas, arterias, & neruos Senſus.*

Sed concedamus ipſis *augeri ſecundum longitudinem* euidenter ſatis; quia vt poſtea audiemus, erat id imprimis neceſſarium, quod nimio vſu perpetuo atterantur, quemadmodum etiam dentes, quos ſimiliter ſupra in longitudine magis atque aliis dimenſionibus, eodem nomine augeri retulimus: probat tamen ipſa experientia, eos etiam ſecundum profunditatem & latitudinem acceſſiones facere, etſi non ita conſpicue, niſi quis oculis etiam animi & mentis ſimul velit aduertere. Et *ſecundum profunditatem* quidem, quod, ſi quis vitro aut cultro abradat, vt ad ſummam tenuitatem vnguis abeat non citra dolorem, paucis diebus debita craſſitie ipſum iterum munere ſuo fungi videas, etſi huius ipſius limites, quos Natura ſemel præſcripſit, nulla poſtea ratione egrediatur. Et quis eſt qui neſciat, ſenioribus, multo quàm iuuenibus craſſiores eſſe, vt quibuſdam propterea magno labore præſcindantur? *Secundum latitudinem*, cum nemo ita ſit ineptus, quin confiteri cogatur, iuxta ætatem augeri vngues, & iuuenibus eſſe latiores multo, quàm puerulis, recenſque natis. Illud autem quod *venas* negant & *arterias*, quæ tum nutritionem, tum vitam apportent, refutat ſatis hiſtoria & inſpectio anatomica: imo vero Galenus ipſe, 2. admin. Anatom. qui vaſa omnis generis in vnguium radices porrigi teſtatur, adeoque non venas ſolum, ſed & arterias, & neruos, à quibus & exquiſitus ille ſenſus eſt vnguium, etſi *ſenſus non proprius*, verum communicatus; *non per ſe*, ſed per accidens ſit, quia vnguis ſubſtantiam ipſam nerui non ingrediuntur, pari modo vt neque oſſa, nec dentes: ſed ſub vnguibus ad digitorum ſumma repunt, quemadmodum & venæ, & arteriæ, quæ & ipſæ in ſubſtantiam non penetrant.

Sub-

# ADRIANI SPIGELII BRVXELLENSIS,

# DE HVMANI CORPORIS FABRICA,

## Liber Tertius.

### Qui de Cartilaginibus, & Ligamentis agit.

### CAPVT PRIMVM.

*Cartilaginis naturam, vſus, & differentias proponit.*

SI quæ Natura prouida rerum omnium parens, tum ſubſtantię, tum vſus ratione inter ſe coniunxit, vt eadem propemodum, aut certe parum differentia eſſe videantur, Ars Naturæ imitatrix, & methodus ſeparare à ſe inuicem non debent, iure profecto meritoq; videmur facere, ſi poſtquam oſſium hiſtoriam vniuerſam tradidimus, nũc eodem pacto cartilaginum tractationem proſequamur. Nihil enim in toto corpore oſſibus ſic ſimile eſt, ac cartilagines ipſæ, cum ſubſtantia ita conueniant, vt ex cartilaginibus facilis ſit in oſſa tranſmutatio, quemadmodum iam ſæpe monuimus in ſuperioribus, apophyſes omnes, & oſſa pleraq; in pueris cartilagines eſſe, poſtea vero in oſſeam naturam progreſſu temporis degenerare. Vſus autem & ipſe vſque adeo conuenit, vt idẽ prorſus eſſe videatur, cum ſuſtentandi molliores partes gratia, non ſecus ac oſſa ipſa effi-cta & compoſita eſſe pareant. De his ergo vt agamus, inſiſtentes noſtræ methodo, ea primum quæ generatim de his dici poſſunt, in medium afferemus: deinde quid in ſingularum hiſtoria obſeruandum ſit, breuiter quoque trademus.

*Cartilaginis definitio.* CARTILAGO ergo, vt à definitione initium capiamus, *pars eſt noſtri corporis, ſimplex, dura, ac ſicca, ſed flexibilis, ad ſtabilimentum ſecurum partium molliorum, & ad eludendos duriorum rerum extrinſecus accidentium impetus.* Dico eſſe *partem*, quia definitio partis ipſi *Eſt pars.* conue-

conuenit, quæ eſt, eſſe corpus toti cohærens, & communi vita fruens, in aliquem vſum aut actionem comparatum. Adiungo autem eſſe *ſimplicem*, quia cum partes noſtri corporis, vel ſimilares ſint, vel organicæ, cartilago ſimilaris eſt, quia tota ſibi ſimilis eſt, nec reperire licet particulam cartilaginis, quæ non naturam & nomen totius mereatur. *Eſt ſimilaris.*
Eſt autem *dura* & *ſicca*, quibus verbis à cæteris omnibus ſimilaribus partibus ſeparatur: ſed quia cum oſſe conuenit in hoc ipſo, additur vox *flexibilis*, quæ ab oſſe diſtinguit. *Dura, & ſicca.*
Cartilagines enim omnes hoc in ſe habent, vt quamquam duræ ſint & ſiccæ, ſemper tamen flexibiles maneant. Tandem *vſus* ſubiungitur, qui eſt *ſtabilimentum partium molliorum ſecurum*. *Vſus.* *Stabilimentum* quidem, quia fundamentum largitur non ſecus ac oſſa, fundamenti autem ratio in eo ſita eſt, vt & robur conferat, & rectitudinem, & formam. Hanc ſtabilitatem præſtat non quibuſvis partibus, ſed mollioribus. quia enim molles neceſſario erant faciendæ ob ſuam actionem, ſed molles ſe tueri ſuſtinereque non poterant, ideò ſolers Natura partem duram molli addidit, vt huius quidem beneficio actioni præeſſent, illius autem opera conſiſterent. Verum etſi oſſa quoque idem officium mollioribus partibus præſtent, *cartilago* tamen *ſecurius* id facit, qua voce ſimiliter, ab oſſe diſtinguitur. Hanc ſecuritatem explicuimus vltimis verbis dum dicimus, cartilagines *ad eludendos impetus rerum externarum duriorum facere*. Oſſa enim cum nimis dura ſint, à duro forinſecus accedente facile franguntur: at cartilagines cum moderatam obtineant duritiem & flexibiles ſint, cedunt facile, ſicque impetum omnem declinant. Quamobrem videmus partes illas, quæ expoſitæ admodum ſunt iniuriis externis, cuiuſmodi ſunt naſus, & aures, cartilagineas eſſe factas, cum infinitis modis frangerentur, ſi ex duro aliquo oſſe conſtarent, niſi craſſitie, quæ tamen indecora foret & admodum moleſta, munirentur. *Stabilitas* ergo ipſis à duritie: at *ſecuritas*, à flexibilitate eſt. Cæterum hic vſus egregie in larynge, ſiue capite aſperæ arteriæ, conſpicitur, quæ cum ex cartilaginibus tota efficta ſit, ipſi muſculi plures & implantãtur, & ab ipſa enaſcuntur. Sunt tamen & alij multi quos cartilago præſtat vſus, ſed ſecundarij. *Primum* enim oſſium laxa articulatione iunctorum extrema tegunt: *deinde* propugnaculorum vicem obeunt ad tuendas partes ſubiacentes, quod quidem munus, etſi oſſibus quoque competat, in hoc tamen diſcrimen eſt, quod cartilagines ibi ſint, vbi propugnaculum flexibile requirebatur. Sic ſterni & coſtarum cartilagines factæ ſunt. *Tertio*, oſſa inter ſe ligant, quemadmodum oſſa pubis inter ſe cartilagine iuncta ſunt, & ligamenta multorum oſſium cartilaginea exiſtunt, qualia ſunt imprimis ligamenta vertebrarum corpora connectentia, & illa teretia, quæ in articulo femoris cum coxendice, & altero cum tibia inueniuntur.

1. 2. 3.

Sed enim maxima cartilaginum inter ſe differentia eſt, quas omnes vt in vnum colligamus, ea nunc ordine, quæ ſingulis partibus quandam compoſitionem ſubeuntibus aduenire ſolent, inſpiciamus. Ac primo quidem *Temperamentum* ipſum, quod tametſi omnibus cartilaginibus frigidum ſit & ſiccum, alias tamen alijs ſicciores, adeoque etiam duriores exiſtere cernimus, nec id tantum ipſarum cartilaginum inter ſe, ſed etiam ætatis, ſexus, & morborum ratione contingere. Et *ipſarum* quidem, *inter ſe*, quia aliæ ſint admodum duræ, & quæ tandem in oſſa degenerant, vt ſunt, quatuor illæ quæ laryngem efformant: aliæ molles, vt quæ articulos connectunt mutuo, & ligamen- *Differentiæ cartilaginum. A temperamento.*

torum munia ſubeunt, χονδροσύνδεσμοι propterea dictæ: aliæ tandem mediam in duritie & mollitie naturam præ ſe ferunt, & quæ nunquam oſſeſcunt, cuiuſmodi ſunt, epiglottis, & palpebrarum cartilagines. Ratione *ætatis* differunt; pueris enim cartilagines omnes molliores ſunt, ſenibus contra ſic indurantur ſenſim, vt nonnullæ fragiles, ac friabiles, oſſium inſtar, fiant. *Fœminæ* etiam mollioribus præditæ ſunt, vt quæ maribus humidiores eſſe conſueuere: id tamen è diuerſo peculiare habent pre maribus, quod cartilagines illæ coſtarum, quæ mammis ſubſtant, his augeſcentibus in oſſa abeunt, vt pondus ſuſtentent facilius, cum flexibilis alias cartilaginum ſubſtantia, cum periculo partium in thorace contentarum compreſſa ſubſideret. Tandem *morbi* ipſi calidi, vt febres ardentes, duriores & ſicciores ipſas reddunt. *Ratione figuræ* quoque magnum eſt diſcrimen, à cuius multiplici varietate diuerſa etiam nomina ſunt ſortitæ. Sic illa quæ pectoris oſſi ſubnectitur ξιφοειδὴς, enſiformis dicitur: ſic laryngis cartilagines diuerſa nomina obtinuere, cum alia θυροειδὴς, ſcutiformis; alia κρικοειδὴς, annularis; alia ἀρυταινοειδὴς, guttalis vocatur. Sunt & ſemicirculares quædam, vt palpebrarum cartilagines, & quæ in bronchiis pulmonum conſpiciuntur σιγμοειδεῖς dictæ à Græcorum C, quod exprimunt. *Magnitudo* quoque diuerſa eſt, cum aliæ ſint magnæ, aliæ paruæ, quædam inter vtraſque mediocres. Magnæ ſunt laryngis, paruæ bronchiorum, mediæ palpebrarum. Ex magnis quædam longæ ſunt, vt coſtarum; quædam latæ, vt auriculæ: & contra ex paruis, aliæ breues, aliæ anguſtæ. *Ratione ſuperficiei*, pleræque omnes, quæ oſſium extremitates incruſtant læuitate politæ ſunt: nonnullæ inæqualem aſperitatem obtinent, ob muſculorum ibi vel exortum, aut inſertiones, quemadmodum laryngis cartilagines. *Quoad numerum*, tot ſunt, quot requirebantur. Natura enim, neque deficit vnquam in neceſſariis, nec abundat in ſuperfluis: plures tamen ſunt infantibus, pauciores adoleſcentibus, pauciſſimæ omnium ſenibus, quia in his ſenſim, vt ſæpe dictum eſt, in oſſa faceſſunt. In *ſitu* præcipua occurrit diſcrepantia: verum cum ſitus nomine duo includantur, ſedes ſcilicet cartilaginis ratione corporis totius, & connexio cum vicinis partibus, *ſedem* quidem vnaquæque obtinuit, quam requirebat, & cuius beneficio, quam commodiſſime vſum ſuum præſtaret, ſicque aliæ ſunt ſupernæ, infernæ, anticæ, poſticæ, internæ, externæ, dextræ, aut ſiniſtræ: at *connexio* paulo aliter ſe habet. Sunt enim quædam cartilagines, quæ nulli parti iunguntur, ſed ſolitariæ ſunt; quædam alijs conterminis committuntur, & vel cartilaginibus, vel oſſibus. Solitariæ ſunt, palpebrarum cartilago, & auricularum, quia aliis non aſſociantur; at cartilaginibus iunguntur, vt ſcutiformis laryngis, & guttalis, cum annulari: oſſibus vero quamplurimæ nectuntur, vt omnes illæ quæ capitibus, vel finibus affiguntur. Connexio autem hæc fit vel alligando inuicem oſſa ligamenti inſtar, vt illa quæ pubis oſſa inter ſe jungit: vel adnaſcendo, vt narium cartilagines oſſibus narium, & cartilago enſiformis ſterno: vel articulando, vt cartilagines coſtarum cum oſſe pectoris per arthrodiam. Vtcunque enim in cartilaginibus, tam exactam articulationis ſpeciem obſeruare non liceat, qualis in oſſibus occurrit, tum quia pauciores ſunt, atque oſſa, tum quia alios potius vſus, quam articulationis præſtare debeant, in ijs tamen quæ oſſium ſubeunt officium, expreſſa eſt vtriuſque compoſitionis veſtigia cernere. Nam vt de prima ſpecie verba faciam, quæ articulatio dicitur, Arthrodiam ſat manifeſtè tum in coſtarum cum ſterno,

*A figura.*

*A magnitudine.*

*A ſuperficie.*

*A numero.*

*A ſitu.*

tum

ptum cartilagineum obuerſæ, circa alas molliores, & fere ſemicirculares. Aliquando hæ ſingulæ in duas veluti partes dirimi conſpiciuntur. nam quæ alas conſtituit, ab ea quæ ſepto cartilagineo ſubiacet, diuiditur, ac tunc naſus ex ſeptem cartilaginibus conſtare videtur.

Cartil. Auriculæ. AVRICVLA tandem, ſiue *externa auris*, parte ſuperiore, quam Pinnam vocari diximus, cartilaginea eſt; at inferiore, quæ Lobus vocatur, carne conſtat. Eſt autem cartilaginea facta, vt & duritie ſua ſuſtinere ſe, & flexibilitate tueri contra externas iniurias poſſet. Enaſcitur ex foramine meatus auditorii, quod in oſſe temporum eſt, hinc ſeſe in orbicularem cartilaginem continuam expandit, ac cum in principio ſui exortus durior ſit, & craſſior, ſenſim quo longius ab origine procedit, mollior, tenuiorque euadit. Habet hæc cartilago varias circumuolutiones, & modo ſimas, modo gibbas partes; quæ omnes proprias ſortitæ ſunt appellationes, quas ipſas ſupra libro primo, vbi de nominibus auriculæ egimus, iamdudum perſequuti ſumus.

## CAPVT III.

### *De cartilaginibus medii, infimique ventris.*

IN Thorace Pulmones ſiti ſunt, quorum aſpera arteria pæne tota ex cartilaginibus confici videtur. Nos vt ordine omnes perſequamur, arteriam in *Caput*, ſiue Laryngem, & in *Fiſtulam*, cum peritioribus Anatomicis diuidemus.

Larnynx. Cartilagines Laryngis. [a] LARYNX ergo ex quatuor conſtat cartilaginibus, quibus quinta ſuperpoſita eſt ἐπιγλωττὶς, dicta. Vocatur ex illis [b] prima, θυροειδὴς, *ſcutiformis*: [c] ſecunda, κρικοειδὴς, *annularis*: [d] tertia & quarta, ἀρυταινοειδεῖς, *guttales*. Vtemur autem vocibus græcis, tum quia vſitatiores ſunt apud Authores, tum etiam quia in ſequenti libro, vbi laryngis muſculos enarrabimus, memoriæ gratia ex græcis appellationibus nomina muſculis imponemus. a, 9. 1. fig. 1. 2. b, A. A. c, E. d, I. I.

1. Thyroides. [e] *Prima* ergo cartilago *Thyroides*, ſiue *Scutiformis*, ſic dicta à figura, quæ ſcuto antiquorum non eſt diſſimilis, omnium quæ in larynge ſunt, maxima eſt, anteriore parte ſita, adeo vt in viuo etiam homine digitis contrectari poſſit; & in maribus nonnullis, iis ſcilicet, qui temperamentum nonnihil ſiccius nacti ſunt, admodum euidenter conſpicua eſt, quam Pomum Adami tunc vocare ſolent, ficta fabula, protoplaſtæ noſtro, ob diuinæ vocis, poſt contempta monita, minas paueſcenti, de pomo deglutito aliquid circa eam gulæ ſedem reſtitiſſe. Hæc vnica numero eſt, foris conuexa, intus caua, quadrilaterum altera parte longius non inepte exprimens, niſi quod in ſui medio, anteriore & ſuperiore parte, (quæ ſimiliter in viuo tangi poteſt nullo negotio) [f] *fiſſuram* habeat, in extremitatibus autem ſat eminentes proceſſus. In ſingulis enim terminis *proceſſus* obtinet, adeo vt ſupra infraque bini ſint, quorum [g] *illis*, qui longiores ſunt, oſſis hyoidis inferioribus lateribus, interuentu ligamenti oblongi iungitur: [h] *hiſce*, qui breuiores, cum ſecunda cartilagine, ſiue cricoide articulatur. Articulationis autem ea ſpecies eſt, quæ ἀρθρωδία dicitur, cum capitulo depreſſo, in ſinus cricoidis leuiter cauos proceſſus illi inſerantur. Ex quo conſequitur, Thyroidem cartilaginem euidenti motu eſſe præditam, cuius ſcilicet beneficio Larynx tum dilatatur, tum conſtringitur. e, A. A. *Fiſſura.* f, B. *Proceſſus.* g, C. C. h, D. D.

[i] Altera

i,E. i Altera *Cricoides*, vt ſitu, ita etiam magnitudine ſecunda eſt, annuli nomen à figura ſua adepta. *Innominata* etiam quibuſdam dicta, quod ante Galeni tempora appellatione caruerit. Hæc merito omnium laryngis cartilaginum Baſis dicenda eſt, cum infimo loco ſita, reliquas omnes ſuſtineat. Neque enim fiſtulæ cartilaginibus, vtpote nimium infirmis, inniti; neque cum iiſdem admodum tenuibus vllo pacto articulari poterant: quare cricoides facienda erat, quæ vtrumque officium præſtaret, & ſimul
l,F. Laryngem perpetuo apertum ſeruaret. l Anterius gibba eſt, ſemicircularis, ac tenuis:
m,G. m poſterius latior, plana, ac maior, vbi in n medio linea quædam aſpera eminet, quam
n,H. Galenus *Spinam innominatæ cartilaginis* vocabat. Spina
(2. Cricoides.)

o,I. o *Tertia, & quarta, Arytænoides*, omnium minimæ ſunt, ſuperiori & poſteriori cricoidis ſedi, in cauitate thyroidis inſiſtentes. Iunguntur enim cum crycoide per ginglymum, vt & flecti, & extendi, partim recta, partim ad latera poſſint, tum pro claudenda, tum pro aperienda rimula. Vocantur autem ἀρυταινοειδεῖς, ſiue Guttales, quod gutturnii figuram repræſentent, ſi inſpiciantur dum ſuperiores vtriuſque proceſſus communi adhuc membrana inuoluuntur. Eſt autem gemina, cum qui ſimplicem ſtatuere, ab hac ipſa membrana decepti ſint, quæ vtramque tegens, vtriuſque ſeparatam ſubſtantiam diſſimulauit. *Proceſſibus* donantur ſimiliter ſuperioribus, & inferioribus. Proceſſus
p,L. p *Superiores* molles, laxi, & extra recuruati, ſimul iuncti gutturnii formam affabre referunt: q *inferiores*, rimulam, ſiue Glottidem conſtituunt.
q,M.
(3. 4. Arytænoides.)

His omnibus in elatiore ſede, ſed intra Thyroidem ſuperiacet alia, mollis admo-
r,N. dum cartilago, quam r ἐπιγλωττίδα vocant, ὅτι ἐπὶ τὴν γλωττίδα κεῖται, quod ſupra glottida, ſiue rimulam ſit poſita. Hæc enim glottidi incumbens, hederæ folium ex Hippocratis ſententia refert, & rigida atque erecta exiſtens, viam ſpiritui pulmones ingredienti largitur: ſed flexibilis admodum, & aſſumptorum pondere preſſa, rimulam exacte claudit, ne quidquam aſperæ arteriæ illabatur. (Epiglottis.)

ſ,O. ſ FISTVLA tandem aſperæ arteriæ, quam βρόγχον vocant, ἀπὸ τοῦ βρέχειν, ab irrigando, quod Veteres potum in hanc deſcendere crederent, quemadmodum cibum
t,P. in ventriculum, tota ex cartilaginibus pluribus, membranarum beneficio mutuo cōnexis, conflatur. Cartilagines autem hæ annuli figuram referunt, & tenues ſunt, ac
u,Q. moderate latæ, integrum tamen circulum non abſoluunt: u ſed ea parte, qua dorſum ſpectant, tanguntque œſophagum, quarta quaſi parte deficiunt, ſicque Græcorum C exprimunt, vnde σιγμοειδεῖς, ſigmiformes dictæ. Vt autem integer circulus perficiatur, membrana ſubuenit, quæ reliquam partem ſuccingit, etſi rotundum exacte circulum minime faciat. Ex his ſuperiores maiores ſunt, & latiores; inferiores, minores atque anguſtiores, donec paulatim in minimas degenerent. Feruntur enim non tantum ad iugulum vſque, quod quibuſdam viſum eſt: ſed cum toto canali per vniuerſos pulmones diſperguntur. Id tamen verum eſt, vbi ad iugulum peruenere, ac iam pulmonum ſubſtantiam ingrediuntur, circulum eas perfectum complere, quod aſperam arteriam, ad aeris tractionem expulſionemque ſemper patere neceſſum foret. (Fiſtula.)

x, 1.7.16. C. Eſt & alia in THORACE cartilago, quā x ξιφοειδῆ, & *enſiforme* vocari diximus, quęq; offi pectoris ſubnectitur. De hac agendi cum melior occaſio fuerit ſuperiore libro, vbi ſterni hiſtoriam perſecuti ſumus, hoc loco nihil, quod ipſam reſpiciat, addimus. (Cartil. enſiformis.)

## CAPVT IV.

*De Ligamentis agit, quorum naturam, vſum, & differentias breuiter perſequitur.*

VIDIMVS Oſſa & Cartilagines, quæ diximus in noſtro corpore baſis cuiuſdam & propugnaculi vices obire, cum molliores partes ſine ſuſtentaculo ſeſe tueri, & erectas conſeruare minime potuerint. Sed cum nec ipſæ inter ſe connecti valerent, niſi vinculis quibuſdam ſtringerentur, maxime ea oſſa, quæ articulatione inſigni & laxa opus habebant, ligamenta ſolers Opifex condidit, quibus inuicem ſic coniunxit, vt & vacare ſuis muniis commode poſſent, ac ſecure & abſque periculis luxationum perſiſtere. De his ligamentis merito videmur hoc loco agere, poſtquam illorum hiſtoriam tradidimus, cum imperfecta eſſe videatur, niſi quo pacto inuicem alligarentur, perſpectum cognitumque foret.

*Ratio ordinis.*

Definitio ligamenti. Eſt autem LIGAMENTVM, *pars ſimilaris noſtri corporis, ſenſu carens, inter cartilaginem & membranam ſubſtantiæ ratione media, pro colligandis inuicem oſſium articulis.* Dicitur eſſe *pars ſimilaris*, quia quamcumque eius particulam inſpicias, alteri conſimilem videbis. Eſt autem *media inter cartilaginem & membranam*, quod illa quidem mollior ſit, hac autem durior. Non tamen (vt dicetur) æqualiter ſemper ab vtroq; extremo diſtat, ſed interdum ad cartilaginis, quandoq; ad membranæ naturam propius accedit, vnde fit, vt duplicis generis ligamenta oriantur, Membranea ſcilicet & Cartilaginea. Nec vero hæc mediocritas in temperamento duntaxat & ſubſtantia conſiſtit; ſed & in ijs, quæ temperamentum ſequi conſueuerunt. Quod enim ſic medium eſt, tantum à frigiditate & ſiccitate cartilaginis declinat, quantum ad membranæ naturam propius, & contra, accedit. Eadem ratione mollius quoq; ac flexibilius erit, quanto minus frigidum, & potiſſimum minus ſiccum eſt. Sunt autem facta *pro colligandis oſſium articulis*, quibus verbis, *vſus* ligamentorum *primarius* indicatur, à quo etiam nomen accepere, vt Ligamenta Latinis, Græcis σωύδεσμοι, ſeu Vincula dicantur. Alligant autem non tantum ea, quæ immobilia manent, vt pubis oſſa: ſed & illa, quæ ad motum connexa, quemadmodum ſunt Articuli. Hoc tantum diſcrimen vtriuſq; vinciendi rationis eſt, quod illa arctius: at iſta laxius paulo ſtringantur. Laxitas autem in eo conſiſtit, vt moueri quidem ſic vincta commode poſſint, elabi autem nequeant, niſi magna aliqua vis & ſubita forinſecus accedat. Cæterum vt hoc munus fidelius exſequerentur, *ſenſu omni carendum ipſis erat*, cum perpetuo dolori, & nunquam ceſſantibus cruciatibus obnoxius fuiſſet Homo, ſi alliſis ad ligamenta oſſibus, ſenſus (certe moleſtus futurus) perciperetur. Præter hunc vſum, alias etiam partes in ſua ſede continent, & quidem vel

*Eſt pars ſimilaris.* *Media inter cartilaginẽ & membranam.*

Vſus. 1.

*Carent ſenſu.* 2.

Ligamẽta capitis.

CAPITIS, ſiue ſupremi ventris ligamenta duplicis ſunt generis: quædam enim totum reſpiciunt, quædam verò duntaxat partem. *Totum caput reſpiciunt*, quæ ad primam & ſecundam vertebram pertinent, ſuper quas capitis motus, tam recti quã laterales perficiuntur: *partem vero*, quæ maxillã inferiorem, os hyoides, & linguã concernunt.

*Ligamentum quo caput primæ colli vertebræ alligatur.*

*Caput* ergo primum *cum prima vertebra* connectitur ligamento membraneo, quod totum articulum ambit. Validiſſimum autem hoc eſt, atque ita robuſtum, vt vertebra prima facilius frangi, quã luxari poſſit, cum luxatio talis neceſſario lethalis futura eſſet.

*Ligamẽta capitis & ſecundæ vertebræ.*

*Cum ſecunda* autem *vertebra* duobus connectitur ligamentis. *Primum* validum eſt, teres, ac cartilagineum, quod ex apice ipſius dentis ſecundæ vertebræ ceruicis enatum, occipitis oſſi à parte priore, propè primum ipſius magnum foramen, per quod ſpinalis medulla elabitur, implantatur. *Secundum*, ab vno latere primæ ceruicis vertebræ, ad alterum tranſuerſim procedit, & proceſſum dentiformem ſecundæ vertebræ, à poſteriore parte amplectitur, ac in loco detinet. Siue, *ſecundum illud eſt*, quod ſinum quadra-
1. tum primæ vertebræ (ſic ſupra à nobis vocatum) pro dente excipiendo exſculptum,
2. poſteriore ſede claudit. Validiſſimum autem hoc eſt, & cartilagineæ naturæ, ne dens in vehementioribus capitis verſus poſteriora motibus, ex ſuo ſinu exſiliens, cum ineuitabili vitæ periculo, ſpinalem medullam illuc tranſeuntem, comprimat.

*Ligam. primæ vertebræ cũ ſecunda.*

Iungitur deinde & *prima vertebra cum ſecunda*, ligamento tenui membraneo, quod neque ſubſtantia, neque colligandi modo ab alijs communibus differt. *Reliquæ vertebræ* duobus ligamentis alligantur. *Primum*, validiſſimum eſt, pingui ac mucoſo humore oblitum, qualis in alijs quoq; articulis conſpicitur, quod vertebras vndiq; ambit, eſtque ligamentum commune. Et quamuis robuſtum ſit vndique & craſſum, tale tamen potiſſimum à lateribus verſus anteriorem partem, vbi ipſæ quoque vertebræ nonnihil craſſiores ſunt, apparet. *Secundum* ligamentum, cartilaginoſum eſt, & corpora vertebrarum intercedit, cujus etiam latitudinem & figuram refert.

*Ligamẽta reliquarum colli vertebrarũ.* 1. 2.

*Inferioris maxillæ ligamẽtũ.*

*Inferioris maxillæ articulum* cum oſſibus temporum commune ligamentum obuoluit.

*Oſſis hyoidis.*

*Os hyoides* duo quoque habet ligamenta, eaque valida, quæ ipſius lateribus committuntur: ſed & alia cartilaginoſa ac rotunda obtinet, vtrique lateri implantata, quibus partibus adiacentibus adnectitur, & velut in æquilibrio ſeruatur.

*Lingua.*

*Lingua* quoque ligamentum validiſſimum membraneum obtinet, quod medio ipſius corpori ſubſternitur. Huius extremo circa apicem linguæ funiculus quidam adnaſcitur, quem *Linguæ frenum* appellant. hoc ſi longius ſit, vt ad dentes vſque priores exporrigatur, impedit linguæ, (quemadmodum ſæpe in pueris videmus) liberum motum, adeoque tunc ſermoni plurimum officit, vnde peculiaris huic negotio chirurgica operatio dicata eſt.

Ligamẽta Thoracis. *Vertebrarum.*

THORACIS vertebræ, vt & LVMBORVM eadem habent ligamenta, quæ diximus eſſe reliquis, præter primam & ſecundam, Ceruicis vertebris. Cæteri ipſius

articuli,

articuli,communibus ligamentis membraneis,puta totum articulum involuentibus, vinciuntur.Nam quę *Coſtas cum vertebris* iungunt talia ſunt,paulo tamen validiora craſſioraq; exiſtunt,potiſſimum in prima & ſecunda coſta. Eadem ſunt etiam,quæ eaſdem *coſtas cum ſterno* connectunt:ſed tenuiora, minuſque robuſta. *Coſtarũ cum vertebris.* *Coſtarũ cũ ſterno.*

In INFIMO VENTRE paulo plura occurrunt. *Primũ* eſt, quod ilium *os ſacro* validiſſime connectit.hoc robuſtum eſt, totumque articulum circumamplectitur;membranam referens forinſecus,at qua parte inter vtrumque os inſeritur, durum ac cartilaginoſum exiſtit. Hoc ligamentum in partu difficili laxari poſſe, [a] ſupra à nobis probatum fuit. *Alterum* ligamentum eſt, quod *os ſacrum cum coxendice* iungit,& hoc duplex eſt.*Vnum*,quod teres, validiſſimum ab oſſe ſacro exoritur, vbi quintum ipſius os cum ſexto committitur, & in externum tuberculum oſſis ilium inſeritur,ſub primo femur circumagentium muſculo,Pyriformi,ſtatim occurrens. *Alterum*, ex eodem loco enatum in poſteriorem appendicem coxendicis implantatur. Tandem *pubis* quoque *oſſa* varia ligamenta obtinent. *Primum*, cartilagineum eſt, quod lineam eorum aſperam committit. *Alterum*,quod circulariter ea ambit.*Tertium*,membraneum,quod foramen pubis oſſium ſuccingit,& ſecundum ac tertium femur circumagentes muſculos, Obturatores vulgo dictos, diſtinguit.

Ligamẽta infimi ventris. *Oſſis iliũ & ſacri.* *Oſſis ſacri & coxendicis.* *Oſſium pubis.*

[a] *..n, lib. 2. ca. 21.*

## CAPVT VI.

### *De ligamentis Artuum, ac primo Manus.*

CVM MANVS dicatur,quicquid à ſcapula dependet,varia ligamenta erunt,quę ad manum pertinent.Primum,quæ ſcapulam cum humero iungunt;deinde, quæ humerum cubito,& cubitum radio, vtrumque autem carpo, inde hunc metacarpio, ac tandem digitorum oſſa inter ſe connectunt. Ligamenta manus.

Ligamenta ergo quæ *ſcapulæ humerum alligant*, quinque communiter numerantur. *Primum*, commune eſt, latum & membranoſum, quod ex ſupercilijs ceruicis ſcapulæ orbiculatim enatum,vniuerſumq; articulum inuoluens, in humeri internam ac priorem ipſius capitis partem totam inſeritur. *Alterum* ligamentum, omnium robuſtiſſimum & ſuprema ſede poſitum, à toto externo ancyroidis proceſſus latere eductum, 1.
oblique vehitur, internoque ſummi humeri,ſiue acromij lateri,nullibi humerum attingens,implantatur. 2. *Tertium*, rotundum, ab externo latere eiuſdem ancyroidis proceſſus exoriens,in externum humeri caput,interna parte,deſinit. 3. *Quartum*,ex ſuperiore parte ceruicis ſcapulæ, quæ proxime ancyroidi proceſſui adiacet, & acuta eſt,prodiens, mox internum humeri caput ſuperans, capiti eiuſdem exteriori adnaſcitur. 4.
*Quintum*, ex eodem, quo quartum, loco erumpens,oblique fertur,& in poſteriorem partem externi humeri capitis inſeritur. 5. Hęc ligamenta humeri eſſe,eoq; facere vulgo creduntur,quo minus propter leuem illum ſcapularum ſinum luxationibus opportunus ſit:meo tamen iudicio ſolũ *primum* eſt,quod huic muneri ſatisfacit: *Vſus.* 1. *ſecundum*, quod humerum ne attingit quidem, pro ſuper-ſcapulari potius ſuperiore, ſiue primo humerum circumagente exſtructum eſt, ne dum contrahitur forte, ex ſua ſede proſiliat, 2. cum ab hoc tendo ipſius (non minus atque à ligamentis annularibus in manu muſcu-

Ligamẽta ſcapulam humero alligantia.

lorum digitos flectentium tendines),ſuperna parte coërceatur. Atque hunc vſum genuinum eſſe paruo negotio patebit cuiuis, qui diligenter animum velit aduertere, ipſamque inſpectionem anatomicam conſulere. Tracto enim ad ſuum principium hoc muſculo,protinus licebit cernere, quam promptum ipſi foret è ſuo loco excidere, niſi ligamento,eoq; tam valido,prohiberetur. Reliqua tria eo facta ſunt,vt inſertionibus
3. trium muſculorum humerum circumagentium inſeruiant. Tertius enim, ſiue infra-
4. ſcapularis dictus,in *tertium* ligamentum implantatur: Primus, ſiue ſuperſcapularis ſu-
5. perior,in *quintum:* & Secundus, ſiue inferior ſuperſcapularis,in *quartum*.

*Ligamẽtum cubiti & humeri.* *Cubiti & carpi.* *Cubiti, & radii.*

*Cubitus* ex Radio & Vlna compoſitus eſt, quæ ligamentis, & humero,& carpo,tum inter ſe etiam iunguntur.*Humero* quidem membraneis communibus:at *Carpo*,primum ſimiliter communi, ſed deinde & aliis duobus, quorum alterum vlnam, alterum radium carpo adnectit,vtrumque vero teres eſt. Illud à proceſſu ſtyloide oſſis cubiti oritur,inque os carpi quartum terminatur: hoc à radii apice naſcitur, & in carpum deſinit. *Vtrumque autem os* ſibi inuicem,membraneo ac valido ligamento iungitur,quod [a] ex tota vlnæ acuta linea enatum,in totam acutam lineam radij aduerſam infigitur,& muſculos internos cubiti ab externis dirimit ſeparatque. *a, 4.23.1.*

*Oſſium carpi ligamenta.* *Oſſium metacarpi.*

*Carpi oſſa, Metacarpii, & Digitorum,* ligamenta communia acceperunt,quæ articulos orbiculatim ſic ambiunt,vt totos inuicem colligent. Hoc tamen *metacarpi oſſa* peculiare præ dictis obtinent,quod non ligamentis tantum forinſecus,ſed intus etiam,qua ſe mutuo reſpiciunt,cartilaginibus vinciantur.

Ligamẽta annularia.

Cæterùm præter hæc, quæ nunc expoſuimus ligamenta, & quæ ad articulationum ſecuritatem faciunt,alia quoq; in manu occurrunt, tendinibus ad digitos abeuntibus inſeruientia,quibus ſic coercentur,ne in valido motu extra locũ exſiliant. Huiuſmodi ligamenta *Annularia* vocantur,tranſuerſim manum ſubeuntia, & duo ſunt: [b] *vnum*, in interna manus ſede,pro flectentium: [c] *alterum*,in externa, pro extendentium muſculorum tendinibus.Sed & Digiti quoque ſinguli eiuſmodi ligamenta interna parte obtinent,eodem fungentia munere, quæ ſecundum eorum longitudinem ad latera pronata,canalem æmulantur,per quem flectentium digitorum tendines expanduntur. *b, 4.22.1.* *c, 4.24.2.*

## CAPVT VII.

### *De ligamentis Cruris vniuerſi.*

CRVS dicitur,quicquid à coxendicis articulo,in aciem digitorum pedis extremam porrigitur. Quare articuli complures erunt in crure qui ligamentis indigent: ac primum quidem femoris cum coxendice parte elatiore; eiuſdem cum tibia & fibula ſede inferiore:tum tibiæ cum fibula, & vtriuſque oſſis cum talo. Pedis tandem extremi,vbi talus,tarſus,pedium,& digiti ſua ligamenta requirunt.

*Ligamentum quo femur oſſi coxæ alligatur.*

*Femoris* ergo *caput ſuperius cum acetabulo coxendicis* duobus adſtringitur ligamentis. *Primum*,commune eſt & membraneum,quale in aliis quoq; articulis cernitur,latum, totam horum oſſium commiſſuram orbiculatim ambiens,quod robore ac craſſitie, vt i-
1. pſe articulus aliis,ita cæteris ligamentis præcellit. *Alterum*,in ipſo acetabulo,interque
2. articulum occurrit,teres & cartilagineum.Hoc ex humiliore acetabuli ſede enaſcitur, quo loco ſupercilium eius oſſeum non eſt,ſed ligamento tantum conſtat,&in medium femoris caput,vbi foramen hanc in gratiam exſculptum habet,inſeritur. In-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

BRVXELLENSIS,

# DE HVMANI CORPORIS FABRICA,

## Liber Quartus.

### Qui Muſculorum hiſtoriam perſequitur.

## CAPVT PRIMVM.

### *Quid ſit Muſculus, & quæ eius actio.*

*Ratio ordinis.*

CVM ea in libris ſuperioribus vniuerſa hactenus tradiderimus, quæ ad oſſium, & hiſce reſpondentium cartilaginum hiſtoriam pertinere videbantur, quæ vt totius corporis, ita etiam ſolidæ alicuius in ſtudio anatomico cognitionis fundamēta diximus: videtur reliquum nunc eſſe, vt tractationē de muſculis aggrediamur, qui ita longe lateque ſe fundunt, vt maximam corporis noſtri partem, non immerito conficere videantur. Argumentum eſt non ſolum ſumme vtile, ſed & maxime neceſſariū in quo diligens verſetur oratio, tum quia ad ægrorum curationem, cuius gratia potiſſimum Medici Anatomiæ animum applicant: tum ad eorum, quæ poſtmodum dicenda ſunt, abſolutum perfectumque intellectum plurimum conducat. Quemadmodum enim muſculorum hiſtoria, in explicando ſitu ſingulorum, ſummam vbique oſſium rationem habet, vt fruſtra ſit, qui ſe aliquid promoturum in illa crediderit, niſi hanc animo prius fideliter compræhenderit, cum & ab oſſibus aut cartilaginibus plærique omnes oriantur, & in oſſa ſimiliter aut cartilagines deſinant: ſic Venarum, Arteriarū, & Neruorum tractatio (medico futuro vnice neceſſaria, Philoſopho autem ſumme iucunda) nec vnquam tradi feliciter, nec addiſci poteſt, niſi prævia muſculorum cognitio, eaque

*Vtilitas & neceſſitas doctrinæ de muſculis.*

tio, eaque exacta, fundamenta poſuerit cui reliqua ſuperſtruantur. Illud ergo hoc loco ſub initium monendum duximus, vniceque obſeruandum eſt ab omnibus, qui fructum aliquem ex his laboribus noſtris haurire velint, ne quis ad lectionē huius quarti libri accedat, quin exactam oſſium cognitionem ſibi antea comparauerit, eaque ſumma diligentia legerit, ac perfecto maturoq; iudicio appræhenderit, quæ à nobis in ſecundo libro ſuperius accurate perſcripta ſunt. Obſcura enim & inutilis erit tota hæc tractatio citra illius præuiam cognitionem: at clariſſima contra & perſpicua futura ſunt omnia, ſi bene, quæ expoſita fuere, perſpecta quiſque habuerit.

*Quæ requirantur ad lectionem huius libri.*

Mvscvlvs ergo, vt à nomine exordium ducamus, Græcis μῦς dicitur, ſiue ἀπὸ τοῦ μύειν, quod contrahere ſignificat, quæ eius eſt actio: ſiue à figura, vt plerique, & haud male fortaſſis, arbitrantur, quandoquidem muſculum referat excoriatum. Caput enim magna muſculorum pars acutum habet; ventrem autem rotundum; longiſſimamque caudam muris inſtar. Eadem nominis ratione Latinis quoque Lacertus dicitur, ab animalis ſic appellati ſimilitudine: vnde factum, vt Lacertoſus vulgo muſculoſum denotet, & eum, qui carne abundat. Quanquam reuera omnibus in vniuerſum muſculis ea figura tribui haudquaquam opportune queat, cum alii potius rotundi ſint, vt qui ſphincteres dicuntur, alii triangulares, vt Deltoides, humerum eleuans, à Δ litera Græcorum cognomen nactus, alii quadrilateri, vt tertius ſcapulæ muſculus, Rhomboides, à Geometrarū figura quatuor lineis comprehenſa, ſic appellatus. Exiſtimarim ergo primos nominum impoſitores, cum Anatomiæ ignari eſſent, muſculos vocaſſe, quod inter ſecandum tum demum horum naturam aduerterint, cum huius formæ muſculos depræhenderent: reliquos poſtea, qui diligentiores in ſectionibus aliis idem munus competere obſeruarunt, etſi forma non reſponderet, mutare tamen commune nomen, quod iam ab omnibus quaſi receptum erat, neutiquam voluiſſe. Sic ſcimus membranam carnoſam dici, non quod reuera carnoſa ſit in homine, præcipue in adulto, ſed potius quia in brutis talis videatur, in quibus ſe exercebant olim, qui primi hoc nomen excogitarunt: ſimilitudinis tamen gratia, quę inter hominum & brutorum carnoſam membranam eſt, communis illa vox poſtmodum retenta fuit. Idem in pluribus aliis rebus contigit, vt primo ſcilicet inventum nomen, tametſi haud ita aptum fuerit reliquis etiam quæ aliquam adfinitatem habuere, acceſſerit. Sic Geometria dicta eſt à dimenſione terræ; quia huius occaſione primum reperta eſt, etſi proprie circa magnitudinem verſetur, cuius affectiones perſequitur. Sic Medicina, à medendo, quantumvis non medeatur tantum ægris: ſed etiam ſanis, quo minus in morbos declinant, proſpiciat. Credibile enim eſt, primos nobiliſſimæ artis inuentores, miſerando mortalium fato commotos, de reſtituenda amiſſa ſanitate prius, quam de præſenti conſeruanda, aut tuenda cogitaſſe. Cæterum muſculorum mentionem Ariſtoteles in genuinis operibus nullam iniecit, vt adeo pleriſque ignoraſſe videatur: etſi reuera ab Hippocrate ſe multo antiquiore didiciſſe poterat, qui aliquoties ipſorum in ſuis ſcriptis meminit, vt 2. de fracturis, & alibi: ſed potiſſimum libro de arte, vbi, quæcunque, inquit, partes carnem in orbem circumſitam habent, quam Muſculū vocant, hæ omnes ventrem obtinent. Meminit tamen ſæpe *carnium* Ariſtoteles, per quas indiſtincte cognouiſſe muſculos, à non paucis creditur. Præcipuus locus eſt 2. de

Mvscvlvs. *Etymologia.*

*Vnde muſculi dicātur opinio Authoris.*

*Ariſtoteles muſculorū mentionem non fecit.*

*Carnes vocat.*

part.animal.cap.9.in quo cum occaſionem habeat mentionem de his aliquam aſpergendi,caro,inquit, circa oſſa conſiſtit, vinculis modo fibrarum tenuibus adhærens, cuius cauſa oſſium genus habetur. Sic etiam Hippocrates muſculos carnes vocat, vt 4. aph. 16. At ille fortaſſe muſculorum nomine dignatus non eſt, ſed generali tantum carnium appellatione. Quanquam Author problematum (quisquis etiam is ſit) carnium nomine eorum meminerit.

DEFINITIO. Cæterum muſculus à Galeno definitur, 1. de mot.muſcul. ὄργανον κινήσεως τῆς καθ᾽ ὁρμὴν. In qua definitione cum aliqua difficultas ſit, ſciendum eſt, duplicem eſſe in nobis motum; *vnum*,qui à voluntate & arbitrio dependet; *alium*,qui citra omnem voluntatem perficitur:ex quibus hic, naturalis:ille,animalis dicitur. *Naturalis* quidem, quod ijs propriè competat,quæ animæ naturalem facultatē,hoc eſt, vegetatiuam habent:*animalis* verò,quia ſolis animalibus ineſt.*Naturalis* ergo ille eſt,qui in alimenti attractione,retentione,& expulſione fit,nec ſolum in ventriculo & inteſtinis,ſed in toto quoq; corpore,omnibuſq; eius partibus: *Animalis* vero, apprehenſio,& ambulatio,fecum & vrinæ expulſio,attractio item aëris, aut detentio voluntaria. *Naturalis* enim à ſola natura regitur, nec ſiſti à nobis aut concitari poteſt,quemadmodum ciborum attractoriam ventriculi vim, nemo pro ſuo arbitrio, aut ſiſtere poteſt, aut impellere,ſed ipſa pro diſpoſitione eius ſecundum,aut præter naturam ſe habente peragitur: *Animalis* autem à voluntate animalis totus dependet,& modo intermitti poteſt,modo perfici,quo pacto in noſtra voluntate eſt, aut apprehendere aliquid & capere,aut idem relinquere, ambulare,aut cōſidere. Hic autem etſi animalibus brutis iuxta,ac ratione præditis communis ſit,in illis tamen ſine electione fit,in his cum electione: in illis ſpontaneus, in his voluntarius dicitur. Cæterum cum ſpontaneum voluntarius perpetuo præſupponat,nec citra eum reperiatur vnquam, Galenus profectò rectè, mea ſententia,muſculum definiuit,inſtrumentum eſſe motus καθ᾽ ὁρμὴν,ſiue *ſecundum animi appetitum*,cum non ſemper opus ſit, vt cognitio appetitioq; intellectiua ad mouendum partes commoueat, ſed etiam cognitio vel appetitio ſenſitiua ſufficiat. Ex his jam concludimus, *quicquid in noſtro corpore ad libitum mouetur, id omne per muſculos agi, neq; vllum in corpore inueniri muſculum,quin voluntarium motum expedire poßit*. Appellat autem ὄργανον, id eſt, partem inſtrumentalem,qua voce indicat,ſub quo partium genere contineatur. Eſt enim pars diſſimilaris muſculus, quæ ex pluribus ſimilaribus componitur, quæque actionem certam ac determinatam edit,quæ ſanè duo propria ſunt omnium organicarum partium τεκμήρια. Nonnunquam tamen & in ſimilarium catalogum referri à doctiſſimis videas:ſed quatenus ſcilicet ſimilares partes vocantur,quæ ad vere organicarum conſtructionem veniunt, ex quorum numero ſunt muſculi, qui ad manus,pedis,capitis, imò omnium ferè organorum conſtitutionem concurrunt.

*Motus duplex.* *Naturalis.* *Animalis.*

*Muſculus pars eſt diſſimilaris.* *Quomodo ſimilaris interdum dicatur.*

Quamquam autem Galenus muſculi definitionem proponens, vt partis organicæ, eiuſdem etiam actionem, tanquam finem,à quo organis forma omnis ſuperuenit, indicare videatur, dum motus inſtrumentum eſſe aſſerit:motus tamen actio muſculi propriè haudquaquam dici poteſt, ſed potius effectus quidam eſt,& vſus actionis eorundem. Eſt autem motus partis eius,cui muſculus inſeritur; nec tamen motus ille localis ſemper eſt,ſed alterius quoq; vſus gratia perficitur,vt conſtrictionis alicuius partis,ver-

is abſolutam muſculi definitionem colligere velit, ex dictis facile poterit, *uſculum eſſe partem noſtri corporis organicam, deſtinatam contractioni voluntariæ ver- ıcipium, pro motu partis cui inſeritur, & cuius muſculus eſſe dicitur.*

## CAPVT II.

### *Quæ ſit muſculi conſtructio, & quibus ex partibus conſtet.*

rgo muſculi actio, vt dictum, voluntaria ſit ſui ipſius verſus principium actio, videndum nunc eſt, quænam eius ſit conſtructio tam concinna, tam- ıs, vt actioni huic tam nobili apte ſatisfaciat. Id vero nos haud magno ne- equuturos arbitramur, ſi quæ ſint eius partes, ex quibus conflatus eſt, prius exploratum habuerimus: deinde, cui ex his ipſis actio proprie competat, a referenda ſit, ſolerti rationis indagine perſcrutemur. Omne enim inſtru- ta diſpoſitum eſſe debet, vt finem cui deſtinatum eſt, quam aptiſſime aſſe- on tamen omnes ipſius partes proprie ipſam concernunt, ſed quædam ſunt, nmediate fluit, quædam vſum tantum nonnullum præſtant.

ım duplex vulgo traditur partium muſculi diuiſio, quarum alia diſſimila- lia ſimilarium. Dissimilarivm tres enumerantur, principium ſcili- li, medium, & finis. *Principium*, alās *caput* quoque dicitur, ſeruata ſimilitudi- ure excorticato: *medium*, *venter*: *finis*, *cauda*. Græci hanc etiam ἀπονεύρωσιν vo- *vationem*, quaſi muſculus ibi in neruum deſinat: aliis τένων dicitur, ſeu *Tendo*. *principium*, vt communiter ab omnibus definitur, prima muſculi pars, quæ nto oſſis & neruo inſimul mixto generatur, vt ex vtroque compoſita, inter nediam quandam naturam obtineat, & neruo quidem ſit durius, ligamento ollius. *Medium verò*, pars tumida muſculi eſſe dicitur, ex carne muſculoſa com- iorem eius corporis partem cōſtituens. *Finis* tandem, pars neruea & pelluci- m muſculus terminatur. Verùm quemadmodum, vt dictum eſt, nec nomen omnibus ſic appellatis apte conuenit, aliis aliam figuram obtinentibus: ita neque hæc diuiſio ſic omnibus tribui poteſt, vt commode beneque aſſigna- ır, præterquam quod etiam falſa quamplurima docet, vt modo oſtendemus. *omnibus tribui*, cum multi ſint, qui toti carnei, & in quibus finis tendinoſus t ſunt mouentes cutim frontis, multique laryngis, item ani & veſicæ muſculi es, in quibus ſecundum ſubſtantiæ modum, principium nec à medio, nec à fine differt. Sunt nonnulli in quibus medium tendinoſum eſt, vt ſecundum læ inferioris, digaſtricum dictum; & quartum oſſis hyoidis, Coracohyoideū m. F*alſa etiam tradit*, cum principium neque in omnibus neruaceum ſit, vt in ıumeratis, & aliis quamplurimis, de quibus in differentiis muſculorum di-

cetur:

cetur: neque in quibus neruum mentitur, ex ligamento oſſis neruoque compoſitum eſt, cum nec ligamentum, nec neruus ad ipſum accedat. *Non ligamentum*, quod oppido quam multi ſint muſculi, qui non ab oſſibus originem ducunt, ſed à membranis, à cartilaginibus, à tendinibus, vt oſtendetur in ſequentibus. Quin & ij ipſi qui principium ſuum ab oſſe aliquo habent, à ligamento tamen ſunt alieniſſimi, vt tres illi natium femur extendentes, Glutæi nuncupati. *Non etiam neruus* eſſe poteſt; quod multi ſint, ad quos neruus nec accedit quidem, quemadmodum poſtea ex inferioribus clarum erit ac manifeſtum. Si ergo, neque accedunt, neque attingunt muſculos, qui ergo dici poſſunt ipſorum capitis materiam eſſe, & principium generationis. Quod ſi vero accedant etiam, quam multi ſunt, quorum ſuperficiem tantum lambunt, non vero etiam in interiora penetrant? Et vt neruos etiam in nonnullis ſeſe inſinuare largiamur in intima, vel in medium implantantur, & ſic caput ne attingunt quidem: vel, ſi caput etiam ingrediantur, vſque adeo parui ſunt, vt ne cogitatione quidem à prudenti & ſanæ mentis homine compræhendi poſſit, quomodo tam exilis neruus, tam magnum corpus, vt caput nonnunquam eſſe ſolet, formare & conſtituere potuerit. Quamobrem iam rectè concludere videmur, principium hoc pacto determinatum non bene eſſe, cum neque omnibus muſculis neruaceum caput competat, neque quibus forte contigit, ex neruo & ligamento conflетur. *Sed nec medium bene definitum eſt.* nam in ijs, qui toti carnei ſunt, non differet à principio, aut fine. Adde, quod in dictis bigaſtricis medium non carneum ſit, ſed tendinem habeat. *Finis etiam malè diſtinctus eſt*, qui neque in omnibus neruaceus eſt, vt in ſphinctere, & carneis: neque in quibus neruoſus eſt, vt oſtendemus iam ſtatim, à principio diuerſam naturam obtinet. Vnde patet, quam male finis à Græcis ἀπονεύρωσις dicatur, cum neruaceus omnibus non ſit; & ab aliis inepte τένων, ſiue Tendo ſpeciali nomine, cum à principio non ſit diſtinctus in ſubſtantia. Erronea ergo, & falſa eſt, hæc muſculi in partes diſſimilares hoc modo acceptas diuiſio: ſeruari tamen poteſt, quatenus quibuſdam muſculis ex aliqua parte conuenit, in quibus ſcilicet tres hæ partes diſtinctæ ſunt, etſi profecto materia & ſubſtantia alia ſit, quam ſtatuta eſt ab ipſis. Vſui etiam eſſe poteſt ad faciliorem doctrinam, cum principium ſemper ſit in parte, ad quam mouetur altera mota: finis autem in illa, quæ mouetur: medium, inter vtramque interiectum. Præterea dicendum nobis ſæpè erit, contractionem fieri verſus principium: in principio, aut medio neruum inſeri, aliaque in quibus has partes diſtinctas proprijs appellationibus eſſe oportet. Non tamen has partes ſecundum ſubſtantiam definire licebit, quæ differentiſſima eſt pluribus, nec vniformis ſemper in principio, medio, aut fine omnibus: ſed iuxta vſum potius determinare decet, qui omnibus & ſemper ſimilis eſt, dicendo: *Principium* eſſe illam partem muſculi, quæ inſerta eſt parti, ad quam fit contractio. *Finem* eſſe illam, quæ parti quæ mouetur: *Medium* autem, quicquid principio & fini interiacet. Atque hæc de partibus muſculi diſſimilaribus.

*Principiũ muſculi malè definitũ.*

*Medium muſculi malè definitum.*

*Finis malè definitus.*

*Diuiſio tamen hæc retinenda.*

1.

2.

*Vera partiũ diſſimilarium muſculi diſtinctio.*

SIMILARES, quæ ad muſculi conſtructionem concurrunt, ſeptem ſunt numero, Vena ſcilicet, Arteria, Neruus, Caro, Tendo, Membrana, & Pinguedo. Ex his quædam ſunt, quæ muſculo cum alijs noſtri corporis partibus communes ſunt; quædam,

Partes ſimilares muſculi.

quæ propriæ. *Communes* ſunt quinque, Venæ, Arteriæ, Nerui, Membrana, & Pinguedo. *Propriæ*, de quibus primo dicemus, duæ, Tendo, & Caro.

TENDO. TENDINEM vocamus, *partem ſimilarem, ſimplicem, & ſui generis, per totum muſculi corpus, ſecundum longitudinem eius diffuſam, quæ modo vnita, modo diuiſa eſt carneque ſtipata, & cum contractioni maxime accommodata ſit, ad arbitrium noſtrum contracta, partem cui inſeritur, vna mouet.* *Similaris. Simplex.* Voco *ſimilarem* partem, vt genus aſſignem: ſed addo *ſimplicem*, vt diſtinguam ab illis ſimilaribus, quæ ſimplices non ſunt, ſed compoſitæ, quemadmodum diximus muſculum quoque ſimilarem dici, etſi reuera pars ſit organica & ex pluribus compoſita. Eſt autem, neque neruus, neque ligamentum, neque ex vtroque mixtus, quod alii voluerunt, vt oſtenſum: *Sui generis.* ſed *ſui generis pars*, quæ ligamento mollior, neruo durior eſt. *Per muſculi corpus diffuſus.* Addo, *per totum muſculi corpus diffuſa*, vt denotem nullam muſculi partem eſſe, in qua tendo non reperiatur: etſi reperiamus ſæpe partes vbi caro non ſit, vt fere ſemper eſſe ſolent, in quibus tendo vnitus eſt. Nec enim ſic diffuſus per muſculum ſub eadem ſemper forma & modo apparet: *Vnitus vel diuiſus.* ſed *quandoque vnitus* eſt, *interdum* vero *diuiſus*. *Vnitus* eſt ſæpe in principio; ſæpiſſime in fine; nonnunquam etiam in ventre, ſed rariſſime, vt in dictis digaſtricis. *Diuiſus* contra ſæpiſſime, imo ſemper in medio, ſi à digaſtricis diſcedas: raro in principio, rariſſime in fine. *Carne ſtipatus.* Verum vbi diuiſus eſt, ſemper *carne ſtipatur*, quo autem modo, dicetur poſtea, cum de carne ſermonem inſtituemus. *Diffuſus ſecundum muſculi longitudinem.* Dicitur autem diffuſus eſſe *ſecundum totam muſculi longitudinem*, quibus verbis tria docentur. 1. *Primo*, tendinem duci recta iuxta longitudinem muſculi, non oblique, neque tranſuerſim. 2. *Deinde*, eſſe ſimplicem hunc ductum, quia ſi ſecundum longitudinem tantum ducitur, erunt tantum fibræ rectæ in muſculo, non rectæ tranſuerſis, aut obliquis intermixtæ, vt in membranis, & in venis fieri ſolet. Nec eſt quod aliquis obiiciat, fibras (quæ nihil aliud ſunt, quam diuiſus tendo) nonnunquam obliquas dici, & tranſuerſas, vti accidit in muſculis abdominis, à quibus propterea obliqui aſcendentes, & deſcendentes, item tranſuerſi vocantur. Id enim nominis ipſis impoſitum eſt, non ratione ductus in corpore muſculi: ſed ratione ſitus muſculi in corpore, qui obliquus, aut tranſuerſus eſt. 3. *Tandem*, id etiam illa verba edocent, tendinem non tantum in fine eſſe, vt plærique Galeni aſſeclæ tradunt, ſed etiam in principio, & medio, quod etſi rationibus confirmari poterat pluribus, probare tamen ſatius vna duximus experientia, quæ clariſſima obſcurorum eſt Magiſtra, fideliſſima ignotorum doctrix, certiſſima dubitationum ſolutrix. Sume enim ſi adhuc ambigis, muſculum, eumque à carnibus libera, & inſpice, an non principium medio, & medium fini cohæreat, imo continuum ſit? *Modus excarnandi muſculum.* Liberabis autem facile, ſi in aqua per plures dies maceraueris, aut in eadem abunde decoxeris. Cùm vero in aliis atque aliis tendo magis appareat, craſſiorque ſit, accommodatiſſimus ad hoc negotium muſculus erit, ſupernus ille in pectore, aut cruribus gallorum Indicorum, in quo exacte, quod deſideras, conſpicies. *Contractioni maxime aptus.* Subiungitur in definitione, *contractioni maxime eſſe aptum*? Aptiſſime! Inſtrumentum enim accommodatum eſſe debet, ad efficiendum ſuam actionem, bene, expedite, iucunde. Vt id fiat eo conſpirare debent omnia, quæ ad eius conſtitutionem & fabricam faciunt, ſubſtantia, temperies, temperiem conſequentia, & tandem materia.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

vna, vnitio. Quare omnes quidem muſculi diuiſum alicubi habent tendinem, non tamen omnes vnitum, quia in omnibus contractione opus eſt, non in omnibus valida attractione. Vnitus ergo eſt in illis, in quibus magna moles, magnumque os appenſum ad commouendum. Ad contractionem autem diuiſio erat propterea neceſſaria, quia tendo, qui durus eſt ſua natura, ne facile rumpatur ab oſſis, quod appenditur, pondere, diuiſus fit mollior, quemadmodum filum æneum tenue, flexile eſt; craſſum, inflexile. Ad tenſionem autem vnio requirebatur, quia ſic tendo durior fit: durities autem neceſſaria eſt, ne cedat ponderi trahendi oſſis. Sic animalia bruta & homines quibus duriores ſunt tendines, fortiores ſunt; ſic Viri, mulieribus; ſic adulti, infantibus robore præſtant. Non tamen propterea tantum vniti ſunt, ſed etiam ne muſculi in principio & fine comprimantur, neve articulorum circa quos fere tendines inſeruntur, ſic carnei manerent muſculi, motus impediretur. Nam ſi copioſa caro muſculorum finem conſtitueret, & craſſa foret, mole profecto nimia onerarentur articuli & ſic circumſepirentur, vt nec flecti, nec extendi poſſent: ſin pauca caro & tenuis eſſet quæ finem largiretur muſculis, aut ponderi oſſis mouendi cederet, aut certe rumperetur. *Ex his patet*, non diſcedere à noſtra ſententia, qui ſtatuunt, carnem fibroſam præcipuam muſculi partem eſſe. In verbis enim tantum leve eſt diſſidium, cum illi carnem fibroſam; nos potius fibras carnoſas, hoc eſt, tendinem diuiſum carne ſtipatum primariam partem vocare velimus. Nec diuerſi à nobis ſunt, dum ipſi tendinem, nos finem tendineum, non actionis, ſed melioris tantum gratia conditum, affirmant, quandoquidem & nos dicimus, tendinem in fine vnitum, ad ponderoſorum oſſium eleuationes factum eſſe. *Cæterùm*, quoniam Tendinis vox ambigua eſt, & ſic modo pro vnito, modo diuiſo ſumitur, quoties poſtea in hiſtoria muſculorum Tendinis mentionem facturi ſumus, ſemper vnitum intelligemus, cum ita fere apud omnes Authores vſus ferat, neque aliud vocabulum, quo exprimamus, commode inueniatur, quod hoc loco monuiſſe voluimus.

*Quomodo caro fibroſa præcipua muſculi pars dicatur.*

NOTA.

CARO.

CARO altera muſculi pars eſt, vſque adeo neceſſaria, vt nullus omnino ſit, qui carne deſtituatur, propter eaque caro cum muſculo apud Hippocratem, vt 4. aphor. 16. ſæpiſſime confundatur. Non tamen in omnibus muſculi partibus eſt, ſed tantum vbi tendo diuiditur, quem ſtipat caro, & infarcit. Id vt intelligatur facilius, quomodo fiat, exemplum elegans affert Veſalius fiſcellæ, per quam plures crebrioreſque iunci porrecti, quos circa lac affuſum in caſeum concreuerit. Iuncis reſpondent fibræ tendineæ; lacti ſanguis; caſeo caro, quæ ex ſanguine coacto à calore concreſcit. Ex quo fit, vt peculiare carnis genus ſit muſculoſa, & quidem perfectiſſimum, cum pro diuerſitate infarctionis quadruplex vulgo enumeretur carnium ſpecies. *Prima* eſt, in qua vnico & ſimplici ordine, iuxta ſcilicet longitudinem, fibris accedit, & circumponitur, qualis eſt muſculorum. *Altera*, in qua duplici ordine, ſecundum longitudinem &
1. transuerſim, quemadmodum in ventriculo, inteſtinis, & aliis. *Tertia*, in qua nullo
2. ordine, vaſis, arteriis ſcilicet & venis, accreſcit, mollis & rara, qualis eſt glandularum.
3. *Quarta* denique, in qua ſanguis effuſus circa venas nulla ſerie diſpoſitas, concreſcit
4. poſtea, & eſt viſcerum caro, vnde & ab Eraſiſtrato παρέγχυμα, quaſi παρέκχυμα, ſanguinis affuſio, à Galeno autem ſimilaris & ſimplex caro, ab Ariſtotele 2. de part. animal.

*Quatuor carnium genera.*

1. πε-

1. παρέγχυμα dicitur, cum inquit: καθάπερ ῥέοντος ὕδατος ἰλὺς, τ' ἄλλα σπλάγχνα τῆς διὰ τῶν φλεβῶν ῥύσεως τοῦ αἵματος οἷον παρεγχύματα ἐστιν. hoc eſt, ſi latine vertas, proinde quaſi fæx aquæ profluentis, cætera viſcera, veluti profuſiones ſanguinis per venas fluentis conſiſtunt. Carnis ergo *vſus* eſt, diuiſos tendines infarcire. Infarciri autem neceſſario debebant, *Vſus.* vt, quia tenues ſunt, à molli carne robur acquirerent, atque inuicem diſtincti tenerentur, nec in ſe conciderent. Quin vt in æſtu caro vmbraculo foret, & humiditate ſua exſiccatio prohiberetur: in algoribus autem tegumento, & caliditate impediret, ne emorirentur.

Ex communibus prima pars Nervvs eſt, qui pleriſque omnibus muſculis ineſt, *Nervvs.* adeo vt pauciſſimi ſint qui ipſo careant, quemadmodum dicetur. Quibus autem datus eſt, iis aut in principium muſculi inſeritur, veluti maximæ muſculorum parti, aut in *Inſertio.* medium. In finem nullus vnquam, teſte Galeno, niſi in longiſſimis, in quibus ex adiacentibus partibus accedit, ſemper tamen principio ſimul tranſmittitur, & verſus finem, nunquam verſus principium implantatur. Inſertio autem vel ſuperficialis eſt, vt membranam tantum attingat, vel profunda, vt in intimas vſque partes ſe penetret. Finditur autem in muſculum, non perinde ac ſtamen: ſed vt plantæ radix, aut vena aliqua, quæ in minimos ſurculos diuaricatur: ita neruus in minimas fibellas abſumitur. *Diſtributio.* Quin ſi profunda petat, nudus etiam perpetuo incedit, neque vnquam carne cinctus aut incruſtatus eſt, quemadmodũ tendinis fibræ. Id vero diligenter notandum, muſculis non inſeri in parte externa, ſed interna, quæ oſſa reſpicit, quod tutelæ gratia Natura feciſſe videtur, vt in profundioribus ſemper partibus incedens, externis iniuriis minus eſſet obnoxius, cum nec ab aere, nec aliis incidentibus, tam facile lædi queat.

Eadem ratione Vena & Arteria ſpargitur. Semper enim, aut principium, aut *Vena.* medium ingreditur, finem nunquam, niſi in longiſſimis, quibus à vicinis ramus tranſ- *Arteria.* mittitur. Nunquam tamen ſuperficiales ſunt, ſed ſemper ad interna penetrant, præſertim Venæ, quibus etiam hoc peculiare eſt, vt communi ſua tunica, quam habent dum extra muſculos incedunt, careant, ſicque ſimpliciſſimæ ſunt.

Membranam etiam omnis muſculus habet, qua foris tegitur. Tegitur autem, *Membrana.* tum vt ab aliis ſeparetur, tum vt ab externis iniuriis defendatur.

Pingvedo tandem in quibuſdam adnaſcitur, quam cum negare vellent nonnulli, turpiter admodum ſe dederunt, quod vel ex boum mactatorum carnibus id didiciſſe poterant, & nemo tam in diſſectionibus ſit rudis, quin viderit mulierum quarundam ſecundum glutæum, ſeu femur extendentium muſculum quandoq; ita commiſceri pinguedine, vt ambiguum relinquatur, huic caro, an illa carni adnata, vel intertexta ſit.

Ex his iam dictis tandem concludimus, muſculum vere motus voluntarii organum *Partium requiſitarum in organo genera.* dici. Cùm autem *in omni organo quatuor requirantur partium genera*, vt Galenus tradidit 1. de vſu part. cap. 8. quarum *primum* illud eſt, à quo primò actio proficiſcitur, & cui principatus debetur: *alterum*, ſine quo actio perfici non poteſt: *tertium*, quod meliorem reddit, & iuvat: *quartum* denique, quod conſeruat. Primi generis erit *Tendo*, modo quidem *Primum.* vnitus, modo diuiſus, qui ſe, & ſecum totum muſculum ac partem cui inſeritur, contra- *Secundũ.* hit. Secundi, *Neruus*, ſine quo actio fieri non poteſt, cum facultatem motricem à cere- *Tertium. Quartũ.*

 bro be-

## CAPVT III.

*Enumerantur omnes muſculorum differentiæ, quæ alicuiu ſunt momenti.*

Vsculorum complures ſunt differentiæ, non tamen omnes menti. Quamobrem potiores tantum in medium afferamus, & qua iſtoriam vniuerſam aliquod pondus habere videntur. Sed cum i it numerus, ne ſine methodo ac ordine quidquam agamus, in tres c ſculorum diſcrimina diſpeſcemus, adeò vt *prima* contineat eas diffe nuſculi corpore petitæ ſunt; *altera*, eas quæ à diſſimilaribus partibus , medio, ac fine ducuntur: *tertia* denique, quæ à ſeptem ſimilaribus, ruo, vena, arteria, pinguedine, & membrana deſumuntur. Loci aut bus hauriemus, quinque præcipue erunt, ſubſtantia ſcilicet, figura rus, & ſitus.

go *in prima claſſe*, quæ TOTVM MVSCVLI CORPVS reſpiciunt, ſi *ſubſt* , alij quidem carnei erunt, quemadmodum ſunt plærique lingu ili, item illi, qui fronti cutis mouendæ dicuntur deſtinati: alij verò rtim tendinei, vt palmaris in manu, & flectentes digitos; alij exteri cus neruoſi, vt temporales: alij foris neruoſi, intus carnei, vt extenc is. Si *figuram* ſpectes, multiplex erit differentia. Quidam enim figu habent, & eam æquilateram, ſiue quæ ſimilis eſt literæ Δ Græcoru admodum Eleuator humeri, qui & propterea Deltoides dictus, ac æ ſerratus; aut ſcalenam, vt obliqui deſcendentes. Alij quadrilate uadrati, vt primus radij pronator; aut altera parte longioris, vt p dens, aut rhombi, vt ſcapulæ tertius abducens; aut trapezij, vt detr llo latitans, πλάτισμα μυῶδες Galeno dictus. Alij pentagonam fi vt adducens humerum, Pectoralis appellatus. Alij rotundam expri ma. Alij, non figuras Mathematicorum, ſed aliarum rerum referu um, vt piſciculos, quemadmodum Biceps, quem & Itali propterea t; vel mures excorticatos, vt magna pars muſculorum tendentium m & oblongum: vel Artificialium formas æmulantur, vt annulos, phincteres veſicæ, & ani, vnde hic à Germanis quoque in gallinis euit. *Magnitudo* quoque varia eſt. Maximus omnium eſt primus tho um, quandoquidem à fine oſſis ſacri, ad primam thoracis vertebran tiam ad occiput vſq; aſcendat: minimus, internus auris: craſſiſſimus tertius, Triceps. Cæteri in horum medio conſiſtunt, & maioribu opius accedunt. Si quis tamē in his diſtinguendis curioſior eſſe vo

is:aliis ſerræ in modum compoſitum, vt ſerratis dictis, quarto ſcilicet, & quinto ſcalæ muſculo. A *magnitudine* exurgunt etiam multæ. Alijs eſt craſſum, vt Glutæis & ltoidi humerum attollenti: alijs tenue, vt latiſſimo humerum abducenti: aliis latum, pectorali, & eidem latiſſimo dicto: alijs auguſtum, vt rectis abdominis: aliis lonm, vt bicipiti cubitum flectenti: alijs breue, vt rhomboidi ſcapulæ tertio. *Numerus* pitis etiam complures ſuggerit differentias. Plærique enim vnum habent caput, iemadmodum pectoralis humerum adducens, Glutæi femur extendentes, & cætenonnulli duplex, vt biceps appellatus à gemino capite: alij triplex, vel quadruplex, leuator ſcapulæ. Sed præcipuæ differentiæ ſuppeditantur à *ſitu* capitis, ſiue à loco ex io ortum adipiſcuntur. Alij enim naſcuntur ab oſſe, quemadmodum maxima muſlorum pars, alij à cartilagine, vt omnes quos laryngis proprios appellant: alij à embrana, vt omnes oculi, qui à dura membrana neruum opticum inueſtiente, orinem ſuam accipiunt, & Lumbricales dicti in manu, qui à membrana cingente tennes tertij digitorum internodij flexoris enaſcuntur: alij, quaſi ex alio muſculo pro:unt, vt duo penis inferiores, qui ab ani ſphinctere exoriuntur.

A ventre non minus multæ petuntur differentiæ. *Subſtantia* tamen ferè omnis carnea eſt, niſi bigaſtricis dictis, vbi tendinem habent interiectum. *Figura*, aliis tes, vt bicipiti; aliis angularis, vt rhomboidi. *Magnitudo*, vel magna, aut parua, pro maiitudine ipſius muſculi. Sic venter, longus, aut breuis; latus, aut anguſtus; craſſus, aut nuis. *Numerus*, vel vnicus eſt, vt in plæriſque; vel duplex, vt bigaſtricis, ſecundo ſcilit inferioris maxillæ, & quarto oſſis hyoidis.

A Fine tandem inter diſſimilares partes potiſſimæ deriuantur differentiæ, ex iibus *ſubſtantia* haſce ſuppeditat. Finis, vel ſimplex eſt, vel miſtus ex duplici ſubſtana: ſimplex, aut carneus, vt rhomboidis, & intercoſtalium omnium; aut tendineus, vt ectoralis humerum adducentis, & flectentium digitos extendentiumvè: aut memraneus, vt oblique deſcendentium & aſcendentium, item tranſuerſorum abdominis. liſtus finis, ex carne & neruo, vt inferioris carpum flectentium. A *figura* etiam quędã lici poſſunt differentiæ, quia alius finis eſt teres, vt temporalium muſculorum, ſiue rimi paris maxillæ inferioris: alijs acutus. A *magnitudine*. Alij fines ſunt craſſi, vt petoralis, & bicipitis; alij tenues, vt plantaris. Alij lati, vt rhomboidis ſcapulę; alij angu:i, vt omnium teretium. Alijs longiſſimi, vt flectentium digitos, & palmaris, ac plantã iccingentis lato tendine; alijs breuiſſimi, vt quadrati, primi in pronum agentis radiũ. *numero*, alij ſimplicem habent ac vnicum, quemadmodum plærique omnes; alij plues, vt flectentes & extendentes digitos. Sed & plures muſculi vnum conſtituant tenlinem, vt duo ſuræ maximi, ſiue pedem extendentes, qui tendinem vnicum calci inſeunt. Quin & duo cubitum extendentes in vnum coëunt, & vni loco implantantur. ic tres quoq; tibiam extendentes maximi, ſecundus, tertius, & quartus, in vnum tenlinẽ neruoſum deſinunt, qui patellæ adnaſcitur. *Situs* ſuppeditat præcipuas. Intelligo utem per ſitũ inſertionem. Inſeruntur enim, vel in oſſa, vt plæriq; omnes, vel in cartiagines, vt laryngis multi; vel in membranas, vt obliqui & tranſuerſi abdominis muſuli, in peritonæi lineam albam; vel in cutim, vt frontis & labiorum muſculi.

Tandem

Tandem à SIMILARIBVS PARTIBVS diſcrimen muſculorum petitur, & primum à TENDINE, qui ratione *figuræ*, vel vnitus eſt, vel diuiſus. Vnitus plærumque in principio, & fine: diuiſus ferè ſemper (bigaſtricos tantum excipias) in medio. Si *magnitudinem* ſpectes, vnitus vel longus eſt, aut breuis; vel craſſus, aut tenuis; vel latus, aut anguſtus, vel planus, aut teres. Si *numerum* inſpicias, aut ſimplex, aut multiplex. Differentias autem tendinis, quæ ratione *ortus* ſunt, aut *inſertionis*, ex dictis facile colligere eſt. CARO nullas differentias, quod ſciam, vtiles præſtat. NERVVS has porrigit; alij muſculi neruum habent, alii ipſo deſtituuntur. Carent, vt pronator radii quadratus; habent, ferè omnes reliqui. Ex his autem, aliis in principium, aliis in medium inſeritur, & vel ſuperficietenus, vel in intimiora. Similiter ARTERIA omnibus non adeſt, quomodo lato illi quadrato genas mouenti, quem Galenus πλάτυσμα μυῶδες appellat. VENAS omnes habent; ſimiliter & MEMBRANAS, per quas etiam à ſe inuicem diſtinguuntur: ſed aliis craſſior eſt, alijs tenuior. PINGVEDO in omnibus non reperitur hominibus, ſed in obeſis tantum: neq; in omnibus muſculis, ſed in quibuſdam ſolum, inter quos præcipui ſunt Glutæi, & inter hos ſecundus, qui ilium oſſibus obtenduntur.

*Differentiæ muſculorum tertiæ claſſis.* *A Tendine.* *A Carne.* *A Neruo.* *Ab Arteria.* *A Vena.* *A Pinguedine.*

## CAPVT IV.

### *Quæ difficultates ſeſe in muſculorum hiſtoria offerant, & quibus modis tollantur.*

ARDVAM maximiſque difficultatibus inuolutam eſſe muſculorum hiſtoriam, à nemine niſi admodum rudi, in dubium incertumque reuocari poteſt. Nam cum *numerus* ipſorum penè immenſus ſit, fieri profectò nequit, quin ſumma ſe offerat protinus difficultas: & cum *incertus* apud eos, qui in hoc argumento hactenus verſati ſunt, maxima etiam ſubitò obſcuritas naſcitur. De *Actione* autem & *Vſu*, ita ab omnibus traditum eſt, vt ſi quam mihi gloriolam nouarum opinionum vendicem, quas veritati propius accedere ſtatuam, quam receptæ ſententiæ, non meritò profectò à quoquam arrogantiæ ſim reprehendendus. His tamen omnibus difficultatibus remedium afferre conabimur, vt neq; *numero* quis ab hoc ſtudio deterreri, nec *obſcuritate* defatigari, neq; *Ignorantia* veri vſus errare debeat. *Numero* medebimur ordine: *Obſcuritati*, bonis præceptis, *ignorantiæ*, experientia, & ratione. Nihil enim tam immenſum, quin methodus comprehendat; nihil tam obſcurum, quin ratio dilucidet; nihil tam ignotum, quin animus ſolers inueſtiget.

Vt ergo muſculorum omnem numerum in certas redigamus claſſes, retineatur diuiſio illa noſtri corporis, quæ ſupra propoſita eſt, dicendo, *Muſculos, vel ad Ventres, vel artus pertinere: & ad Ventres* quidem, qui reſpiciunt caput, thoracem & abdomen: *ad Artus* autem, qui manus, aut pedes. Cæterum vel integrum Ventrem, vel aliquam tantum ipſius partem reſpiciunt: vtriuſque autem tot fere ſunt, quot motus ipſe obtinet, cum ita pæne comparatum eſſe cernamus, vt tot cuique parti dicati ſint muſculi, quot ipſa motus exſequitur. Quanquam interdum vni motui etiam plures dicantur, & interdum pluribus motibus vnus duntaxat deſtinetur muſculus. Vni quidem motui plures, vt flexioni cubiti, quemadmodum & extenſioni, duo: pluribus motibus vnus,

*Muſculorum diuiſio.*

quemadmodum carpi flexioni, & obliquo ad latera motui, flectentes ſeruiunt, illic quidem ſimul agentes, hîc ſeparatim & ſeorſim. Fere enim vbique id obſeruauit ſolers Natura, quæ nihil vnquam fruſtra condidit, ſed ſemper vario potius multiplicique vſui ſua opificia prudentiſſime deſtinauit, vt *vbicunque coniugia muſculorum ſunt, ſi recta totum par moueat, ad latera, alteruter ſe contrahens, ducat, ſicque poſtea flectat, aut extendat, cum motu obliquo vnus idemque muſculus.* Sed enim vt facile animo comprǽhendantur, propria ſingulis nomina aſſignabimus ab actione cuiuſvis petita, quibus interdum à ſitu quoque differentiam addemus. Vocabimus ergo flectentes aut extendentes, adducentes aut abducentes, leuatores aut depreſſores, denique circumagentes. *Flectentes* quidem, qui ad acutum angulum articulum mouēt; *Extendentes*, qui ad rectam lineam: *Adducentes*, qui ad internam partem; *Abducentes*, qui ad externam ducunt. *Leuatores*, qui ſurſum, *Depreſſores*, qui deorſum pellunt. *Circumagentes* tandem, qui membrum in orbem circumgyrant. In hoc ordine nón tantum id erit commodi, vt facili negotio quoſcunque muſculos animo quiſque ſuo comprǽhendat, ſed & ſitum omnium, tum ratione corporis, tum inter ſe etiam, id quod ſcire plurimum profecto ei qui in hac tractatione cum fructu verſari cupit, intereſt. Vt autem verum omnium *Numerum* aſſequamur, qui alias ita diuerſus eſt, vt nullus Anatomicorum cum altero ſit concors, quandoquidem illa diuerſitas ex eo potiſſimum orta eſt, quod duplici nonnulli capite conſtent, & vnicum finem habeant, ſicque vnicus potius, quam duo videantur eſſe: nonnulli vnicum caput & fines plures, ſicq; plures potius quam vnus: tum alii diuerſę ſubſtantiæ capita obtineant, & diuerſo loco prodeuntia, totam litem ſic dirimemus vnico prępecto. *Omnes muſculi ſimplices, aut plures erunt, prout vna membrana, vel pluribus, inter ſe iuncti aut diſtincti fuerint.* Eſt enim hoc axioma & principiū in arte Anatomica, vt diſtincti muſculi dicantur illi, qui diſtinctis membranis inuoluuntur. Sic ergo nobis Gaſterocnemii, qui ab aliis duo ſtatuuntur, vnus erunt, & Gaſterocnemius externus dicentur, quia vna membrana teguntur. Et quanquam cum alio muſculo ſubiacente, quem Gaſterocnemium internum vocabimus, vnum tendinem conficiant, tamē cum priore Gaſterocnemio externo ipſum non confundemus, quod ſcilicet ab eo diſtinctam membranam, quæ ipſum inueſtit, obtineat. Eodem pacto, primus cubitum flectentium, etſi geminum caput habeat, vnus tamen erit muſculus, quia vna membrana eſt, qua venter poſtea inuoluitur in quem capita deſinunt.

*Appellationes.* *Vtilitas harum appellationum.* *Numeri propoſitio.*

In *Actionibus* enarrandis noſtram ſententiam libere proferemus, & qua cauſa impulſi à communi opinione recedamus, vbi neceſſarium videbitur, aperiemus. *In ſingulorum autem hiſtoria perſequenda, hanc rationem obſeruabimus*; vt diligenter explicemus, ſubſtantiam, figuram, magnitudinem, numerum, & ſitum partium diſſimilarium in muſculis, ex quibus fontibus antea differentias eorundem hauſimus.

*Actionis inueſtigatio. Methodus.*

## CAPVT V.

### *Frontis, palpebrarum, oculorum, naſi, buccarum, labiorum, maxillæ inferioris, & aurium muſculos proponit.*

*Ratio ordinis.*

AGGREDIAMVR nunc ergo ſingulorum muſculorum hiſtoriam, incipientes ab iis, qui ad caput pertinēt, inter quos primum locum illis aſſignabimus, qui in anteriore

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tur, cæterum illo paulo minor eſt, vt qui minus pondus commoueat. Huius *vſus*, palpebram attollere, & ſic oculum aperire.

*Claudentes.* *Claudentes* palpebras, ſiue *Semicirculares*, duo ſunt. Vnus, ſuperior, in ſuperiore palpebra ſitus: alter, inferior. ille, maior eſt; hic, minor. Non deſunt autem qui ſingularem eſſe & vnicum velint hunc muſculum; ego tamen geminum ſtatuo, quod in admodum muſculoſis duos eſſe perpetuo obſeruarim diſtinctis principiis & inſertione, tametſi fibras eorum circulares ſeſe inuicem contingere verum ſit. his adde, quod diſtinctos neruos, & à diſtinctis locis vterque accipiat. Cæterum ſiti ſunt hi muſculi inter membranam carnoſam, & eam quæ à

*Primus.* pericranio educitur, *figuram* habentes ſemicircularem, ex quibus [ee] *ſuperior* ſiue *maior*, [f] acuto principio, ex interiore oculi angulo, & ſupercilii parte, quæ naſo proxima eſt, enaſcitur: ſicque verſus externum angulum tranſuerſim incedit, ſtatim carneus, & ita [ff] latior factus, vt totum ſpatium illud occupet, quod inter ſupercilium & tarſum oculi, ſiue extremum cartilaginis, è quo pili erumpunt, interiacet, tandem [g] in angulum externum inſeritur [gg].

*Secundus.* *Minor* vero membranoſus, ac tenuis, [h] à naſi vertice, iuxta anteriorem angulum inferioris palpebræ exortus, principio ſimiliter acuto, vbi, tranſuerſim vectus, ad mediam palpebræ partem peruenit, carnoſior factus, externum angulum circuit, & ad ſuperiorem palpebram aſcendens, [hh] in ipſam lato fine inſeritur.

*Vſus.* *Hi duo muſculi* contracti in ſe, oculos claudunt, cum maior ſuperiorem palpebram detrahat, minor inferiorem attrahat, eleuetque. *Superior ergo palpebra attollitur* recto, ſiue aperiente; interdum etiam vbi opus eſt, muſculo frontis: *detrahitur contra*, primo circulari, ſiue claudente: *inferior tantum attollitur*, & quidem ſecundo claudente.

Ocvlorum muſculi. Motus oculorum. OCVLI variis cientur motibus, ſed ad tres commodiſſime omnes referuntur, ad rectos, obliquos, & tonicum. *Rectis*, mouentur ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum. *Obliquis* voluuntur ſurſum ac deorſum: *tonico*, ad interna ducuntur. *Recto vtimur* cum *oculos eleuamus* ad cælum, vel *deprimimus* ad terram, *adducimus* ad interna & naſum, aut *abducimus* ad externa. *Obliquis*, *dum amatorie* oculum voluimus. *Tonico*, cum demiſſo capite cernui terram contemplamur. *Rectorum* ergo *primus*, nobis à ſuo munere Eleuator dicetur: *ſecundus*, depreſſor: *tertius*, adducens: *quartus*, abducens. *Obliquorum primus* voluens interior, iuncto diſcriminis gratia nomine ſitus: *alter*, exterior. *Tonico motui* in homine peculiares muſculi dicati non ſunt, ſed in belluis tantum, quod illi os ſublime Natura dederit, cælumque iuſſerit tueri: has pronas è contra ad paſtū abiecerit. Vbi ergo opus eſt, tonico motui recti ad ſua principia ſimul contracti, in homine præſunt.

Numerus muſculorum. Ex his concluditur, ſex eſſe in vniuerſum oculorum muſculos, quorum quatuor recti ſunt, duo obliqui.

*Ratio nominis.* Dicuntur Recti aut Obliqui, tum quia motus rectos, aut obliquos efficiunt: tum quia recto, aut obliquo ductu progrediuntur, & oculo inſeruntur. [i]

*Situs.* Sunt autem omnes in oculi orbita ſiti, ſubſtantia carnei, & figuram pyramidalem cum oculo conſtituentes. Ex his Recti craſſiores ſunt obliquis, magiſque carnoſi: ſinguli eandem figuram & magnitudinem inter ſe obſeruantes. Eadem enim quod *principium* omnibus origo eſt, eadem quoad *progreſſum*, ſtructura: quoad *finem* denique, eadem inſertio. *Principium* enim omnibus eſt contiguum & acutum, iuxta foramen, per quod neruus opticus orbitam oculi ingreditur, à cuius membrana exo-

na exoriuntur. *Medium*,ſiue Venter carnoſus omnibus,& teres fere. *Finis*,tendo tenuiſſimus & membraneus, quo corneæ tunicæ, qua parte pellucida eſt,iuxta iridem inſeruntur,ſicq; oculum totum anterius cingunt,oculique candidum conſtituunt. *Obliqui*
i,† 4.1.7 & 8.A. contra tum ab his,tum inter ſe differunt.[i] *Primus* ergo,*attollens*,ſiue *eleuator*, in elatiore *Primus.*
orbitæ ſede ſitus eſt,depreſſore paulo maior,quod difficilius ſit onus aliquod attollere,
k, †, B. quam deprimere. Hic ab aliis etiam *Elatus*,& *Superbus* dicitur,quod his, præ aliis hominibus,rotundior eſſe,& ad officium ſuum promptior videatur.[k] *Secundus* ſiue *Depreſſor*, *Secundus.*
parte inferiore,& oppoſita priori ſitus eſt, ipſoque minor, qui ab aliquibus etiam *Humilis* vocatur.
l, †, C. [l] *Tertius*, *Adducens*, internum oculi angulum occupat, *Bibitorius* ab aliis di- *Tertius.*
m, †, D. ctus,quod bibentes,vt vitrum intueamur aut poculum, eo vti conſueuimus. [m] *Quartus*,*abducens*, externum angulum occupat, *Indignatorius* dictus,quod toruum faciat viſum, qualis iratis conuenit. *Quartus.*
n, †, E. [n] *Quintus*, qui *Obliquus primus* eſt, & *Voluens* ſiue *Circumagens* *Quintus.*
*exterior* nobis dictus,aut *inferior*, à ſitu,cum in exteriore, & interna orbitæ ſede ſit poſitus,inter oculum & tendines depreſſoris,& adducentis muſculorum. *Minor* etiam à magnitudine, cum ſexto admodũ cedat. Hic à rima, quæ in inferiore parte orbitæ eſt, & primum maxillæ os quarto iungit,originem ducens carnoſo principio,gracilis,nec penitus teres,oblique toto ſuo ductu fertur per externum oculi angulum, ſenſimque aſcendens ex inferioribus ad oculi ſedem ſuperiorem,in tendinem breuem & aliquomodo rotundum, ſed neruoſum definit, qui iuxta iridem implantatur obliqua linea, inter eleuatoris & abducentis muſculorum tendines, vbi & alter obliquorum inſeritur,ita vt idem tendo vtriuſque eſſe videatur. Huius *munus* eſt,oculũ obliq; deorſum ad externum angulũ circulari motu voluere,ſicq; pupillã naribus admouere.[o] *Sextus* qui *Sextus.*
o, †, F. vltimus eſt,& *Obliquorum ſecundus*,*Circumagens interior*,aut *ſuperior*,vel etiam *maior* dictus, quod omnium oculi muſculorum ſit longiſſimus: tametſi vt cæteros longitudine ſua vniuerſos ſuperat,ſic è cõtrario tenuitate omnib. impenſe cedat. Hic exacte obliquus, vt præcedens,non eſt:ſed partim rectus, partim obliquus: rectus, quamdiu progreditur vſque ad trochleam;obliquus,cum ab hac diſcedit. *Oritur* ex eodem loco,à quo adducens naſcitur,nempe à foramine per quod neruus opticus orbitam intrat, rectaque progreditur verſus externam partẽ interni anguli,quo vbi deuenit, modice craſſeſcit, rurſuſque attenuatur,ac teres efficitur, & per trochleam ibi ſitam tranſit, à qua vbi euaſit, flectitur,ſed ita, vt rectum angulum cum dicta iam & expoſita ſui parte conſtituat,& verſus ſuperiorem oculi regionẽ incedens,iam obliquus fieri incipit,ſupergredienſque leuatorem muſculum, inter ipſius & abducentis tendinem ſuperiori oculi
p, G. regioni inſeritur,vbi quintus etiam innaſcebatur. [p] *Trochlea* autem hæc, ſic dicta eſt à *Trochlea.*
doctiſſimo Falloppio,primo inuentore,quod trochleæ & figuram,& vſum huic muſculo præſtet,cum ibi reflectens oculum neutiquam mouiſſet,niſi inueniſſet,vbi firmare ſe valens,vires acquireret. Eſt autem Trochlea hæc, cartilago exigua, teres,canalis modo excauata,& particulæ alicuius paleę non abſimilis,quę in oculi angulo interiore per ligamentum ſuſpenditur,à qua muſculus nomen ſuum accepit,vt *Trochleæ muſculus* à nonnullis dicatur. *Vſus* eſt,oculum verſus internum angulum circulari quodam motu voluere,ſicque pupillam à naribus abducere.

NASVS non quidem totus mouetur, ſed eius tantum inferiores partes cartila- NASI MVSCVLI.

claudantur. Duplici huic muneri, duplex muſculorum genus tri-
: muneri par geminum, quorum illud Abducentes, aut Aperien-
, vel Claudentes naſum, vocabimus. ¶ *Primum* ergo *par*, *naſi alas*
*iens*, exiguum eſt, carnoſum magis, quam membranoſum, quod
ι labiorum primum par proprium, & à ſubiecto ipſi ſinu ortum
aſi alam inferiorem, partim in labij ſuperioris elatiorem partem,
nſeritur. t *Alterum par*, vtrumque naſi latus contegens, triangu-
vertice ipſius acuto & carnoſo principio exoriatur, deſcendenſ-
oſſa, in latam baſin deſinat, ac carnoſum remanens, x in alas im-
ɔaria naſi alas verſus ſuperiora trahendo, dilatant, & aperiunt na-
ſiue *Claudentes nares*, minimi ſunt, vt vix niſi in naſutis exactè vi-
ant, quorum *primum par* externum eſt & carnoſum, circa alarum
ιod aſcendens tranſuerſim eas perreptat, tandemque vbi ad ſum-
ıerit, in naſi globulum inſeritur. *Secundum* vero, internum eſt, &
ɔſconditum ſub tunica naſi, membraneum ab oſſibus naſi vbi de-
ıes, exortum, & alis inſeritur. Illud contractum deprimit alas,
nares conſtringit. *Conſtringit autem & alius adhuc muſculus*, qui com-
is puta labij ſuperioris, qui deorſum trahens labium, nares ſimul
it.
VCCÆ tribus agitantur motibus; trahuntur enim deorſum,
ι, & extrorſum. *Deorſum*, cum vnum oris latus trahimus, ac cyni-
mur: *introrſum* aguntur, cum inter comedendum, buccis extra
ſos cibos, in locum ſuum repellimus: *Extrorſum*, cum buccas in-
es faciunt. Primis duobus motibus muſculi dicati ſunt, & qui-
*imus* à Galeno, 1. diſſect. muſcul. πλάτυσμα μυῶδες, *muſculi dilatatio*
bus ob figuram, *quadratus*: *alter Buccinator* ab vſu, quaſi ad tubarum
:t, tertiumque buccarum motum perageret, qui nullius tamen
ır: ſed potius laxatis huius fibris contingit, dum ſpiritu in oris am-
.uſis labijs diſtenditur hic muſculus maximam buccarum partem
ecunda ipſi actio debetur, nimirum buccarum adductio contra-
eſtinatus eſt. Sunt autem muſculi hi, non proprij buccarum, ſed
s, vt adeò nec vnquam moueantur, quin eodem motu labia quo-
ıen plus buccis atq; illis inſeruire videntur, ad has potius reuo-
:itq; ſi moneamus hic, ipſos *Communes buccarum labiorumq;* dicen-
rimum illum, detrahentem quadratum: hunc vero contrahen-

MAXILLÆ inferioris muſculi.

Tandem [ii] MAXILLA INFERIOR & ipſa plures motus obtinet, cum cibus neque recipi in os, neq; diuidi acceptus, aut comminui poſſit, niſi oris cauitas aperiatur iterumq; claudatur, dentes autē abducantur, & mutuo collidantur. At cum & in mola, ſaxo vno quieſcente, alterum circummoueatur, ſi frumentum comminui debeat, quieſcente ſuperiore maxilla circumagitur inferior. Habet enim *motus ſex ſimplices*, ex quibus *vnus compoſitus* naſcitur, quorum beneficio ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, & retrorſum ducitur. *Priores duos*, vt cibo intraturo os aperiatur, ingreſſo claudi poſſit, & dentes inciſorij vel canini poſtea diſſecent, aut frangant: vt vero molares & comminuant, *cæteros quatuor*, ex quibus compoſitus ille conſtat, quo ad omnes partes circumducitur. Non enim voluitur, vt oculus, ſed in diuerſa trahitur, vnde nec vno motu prædita eſt vt ille, ſed ex pluribus compoſito: neq; proprium & vnicum obtinuit muſculum circumagentem, ſed illos habet omnes ſibi ſeruientes, qui præſtant ſimplices ex quibus ipſe componitur. His motibus quinq; muſculorum paria deſtinantur, vt adeò decem in vniuerſum ſint maxillæ inferioris muſculi, quinq; à dextro latere, & totidem à ſiniſtro. Horum *primum*, vulgo *Temporales muſculi*, κροταφῖται à ſitu dicuntur, & celeberrimi ſunt apud omnes Medicinæ ſcriptores: à nobis autem, *attollens maxillam temporale par* vocabitur. Hoc maxillam inferiorem validè ad ſupremam adducit, ſicq; os claudit, denteſque conſtringit. *Alterum*, deorſum trahit, & *deprimens digaſtricum*, ſiue *biuentre* dicitur, invento nomine ab vſu & figura. *Tertium*, dextrorſum & ſiniſtrorſum. Vulgo μασσητῆρες dicuntur, quod propria eorum actio ſit μάσσησις, manducatio, at nos *laterales ab vſu* appellabimus. *Quartum par*, antrorſum mouet, & à nobis *abducens pterigoideum* vocabitur, vt vſus cum ſitu iungatur in appellatione. *Quintum*, retrorſum mouet, à Galeno μασσητὴρ ὁ ἔνδον τῷ στόματι, *manſorium alterum in ore latitans* vocatum 4. admin. anat. 4. & diſſect. muſcul. 6. A nobis *adducens maxillam* nominabitur. [l] *Temporalis* igitur *attollens*, totam oſſium temporum cauitatem adimplens, [m] principium ſuum ab oſſe frontis, ſyncipitis, temporum, & ſphenoide, carnoſum ac ſemicirculare, & latum habet, qui ſenſim carnoſior redditus, ſimulque anguſtior deſcendit, & ſub oſſe jugali, breui, ſed carnoſo validiſſimoque tendine, [n] in proceſſum maxillæ inferioris, quem κορώνην vocari diximus, inſeritur, quem vndique & amplectitur, [o] Velatur hic muſculus externa ſui parte pericranio, quod ipſum ſuperuehitur, & inuoluit, cum interna parte nudus ſit, nudoque accumbat oſſi. Eſt autem hoc loci durum admodum, craſſum, ac nerueum, cuius nomine exterius hic muſculus liuet, proptereaque occaſionem dedit Columbo doctiſſimo, vt exteriorem huius muſculi tēdinem eſſe crederet. Continet enim in media ſui carnea ſubſtantia, validi tendinis latum & quaſi ſemicirculare principium occultatum, quod paulatim coanguſtatur perinde ac ipſe muſculus, antequam in κορώνην implantetur. Hic tendo per totum diſperſus muſculum in cauſa eſt, cur ipſo vulnerato inflammatoque, acerbiſſimi ſuccedant dolores, aliaque periculoſa & lethalia ſymptomata. Sed & membrana, qua inuoluitur, cum ab interna cerebri craſſa meninge oriatur per ſuturas cranij excidente, totamq; caluariam inueſtiente, vt inferius monſtrabitur, fieri nequit, quin inflammata, principium ſuum primum lege conſortij afficiat. Cæterum hic muſculus ſurſum maxillam trahit, & ſic os claudit: tanta autem violentia & robore præditus eſt, vt meminerim, me, dum Iuuenis eſſem,

Motus maxillæ inferioris.

Numerus muſculorū.

*Primum par.*

*ii*, 2.7.2. 3. & 4.

*l*, 4.14. H.

*m*, aa.

*n*, 2.7 4. A.

*o*, 4.1.1. M.

p, 4.2.1. ſem, florentibus adhuc annis, aliquot plumbi libras dentibus ſuſtuliſſe, & portaſſe. p Al- *Secundũ.*
B.B.†.l. *terum par, Deprimens biuentre*, à nonnullis etiam χαφιοειδὴς dictum, quod à ſtyloide proceſ-
N.m. ſu oſſis temporum ſimiliter vocato, initium neruoſum & latiuſculum ducit, ſtatim-
q, C. que carnoſum, tenue, ac teres factum, deſcendit, q & in medio, vbi ad flexuram inferioris maxillæ peruenit, carneam ſubſtantiam exuit, totumque in tendinem nerueum, atque exacte teretem degenerat, pauloque progreſſum, iterum carneam naturam induit, & iuxta latus internum maxillæ inferioris progreditur, donec perueniat ad anteriorem partem, quæ mento ſubeſt, vbi r internæ eius ſedi, quæ propterea aliquantu-
r, 1.7.3.e lum exaſperata eſt, inſeritur. ſ Duos ergo habent ventres hi muſculi, à quibus etiam
ſ, 4.2.1. *Digaſtrici* vulgo: à nobis Biuentres dicuntur, quibus in medio tendo interiacet. hunc
B. B.
t, ad literam C. t membrana quædam adiacentibus partibus adnata, inuoluit, trochleæ ſpeciem exprimens, quam ſapientiſſima Natura propterea condidit, vt cum muſculi hi ab inferioribus colli partibus originem non ducant, ſed potius ex ſuperioribus naſcantur, circa infernas maxillæ partes, veluti ad trochleam reflecterentur. Deorſum ergo maxillam
u, 4.1.4. mouent, & os aperiunt. u *Tertium par, laterale*, duplici principio exoritur, quorum x alte- *Tertium.*
l.†.4.I.r. rum nerueum, iuxta ſuturam, qua primum maxillæ os cum quarto jungitur, originem
x, b.1. ducit, validam, atq; amplam: y alterum, carneum, ab oſſe jugali; ſicque verſus mentum
y, b.2. fertur, z totiq; maxillæ inferioris amplitudini, valida inſertione implantatur. Huius
z. c.c. fibræ ob capita diuerſa, & diuerſimode ſe reſpicientia decuſſatim interſecantur, vnde fit, vt quanquam ad latera dextrorſum, & ſiniſtrorſum hoc par moueat, tamen ſimul nonnihil vel ad anteriora, aut poſteriora mouere queat. *Quartum par, Pterygoeideum abducens*, quod antrorſum directe ducat maxillam, & quaſi abducat à capite: partim à ſuperno, ſed externo latere proceſſuum aliformium; partim ab aſpera & acuta linea oſſis cuneiformis ipſi adiacentis ortum ducit, & quidem initio, tum nerueo valido, tum carnoſo, rectis poſtea fibris progreditur, maius factum, & craſſius, validoq; tendine deſinit in maxillæ inferioris internam partem lateralem, quæ eſt ſub tendine temporalis muſculi, & oppoſita ei, quam occupat prope hunc finis tertii paris, ſicq; antrorſum mouet ipſam maxillam. *Quintum* tandem *par, maxillam abducens* dictum, quod quaſi ad caput ipſam attrahat. Hoc craſſum eſt, ac breue, à cauitate interna proceſſuum aliformium neruoſum admodum pronatum, mox carneum, amplum, craſſumque redditum; recta deſcendens, maxillæ inferiori, tendine valido, nerueo, latoque implantatur parte interna, ſed poſtrema, iuxta ſinum per quem neruus ingreditur, vbi eius gratia aſperitates leuiter protuberantes inueniuntur. Hic productam maxillam reuocat, & retrorſum mouet.

*Quartũ.* *Quintũ.*

AVRIVM *muſculi* duplices ſunt, cum alij ob *externam aurem* ab Anatomicis ſic dictam, alij ad *internam* referantur: *illos*, cum Latinis ſcriptoribus, Auriculæ, *hos* Auris, doctrinæ gratia vocabimus. Auricula autem, etſi in plæriſq; omnibus hominibus immobilis ſit, raroq; inveniantur, qui brutorum inſtar mouere ſoleant: aliquam tamen ipſi mouendi vim ineſſe, ex eo licet cõprobare, quod motus inſtrumentis præditam videamus, cum & muſculi, & nerui circa ipſam reperiantur. Motus tamen ſenſui vix evidens eſt, quod ipſi muſculi exigui admodum ſint, & propterea etiã à Galeno 16. vſ. par. 6. 11. vſ. part. 12. delineamenta tantum quædam muſculorum vocentur. Si tamen in *AVRIVM muſculi.*

*par.* carneus, ac fibroſus quandoque inuenitur, à mammillari temporum proceſſu o
*Secundū.* nem ſuam petens. hic in progreſſu anguſtatur, & in tendinē deſinit, qui totam aur
læ cartilaginis radicem amplectitur, ſic vt vna eius portio ſuperiorem, altera med
tertia inferiorem attingat. *Adducens ad anteriora*, communis eſt muſculus, qu
*Tertium.* particula illius, quem vocauimus Quadratum buccas detrahentem. Hic enim
nunquam carnoſus redditus, fibriſque ſuis aſcendens, in radicem auriculæ impla
tur. *Abducens ad poſteriora* in occipitio ſitus eſt, ab inuolucris muſculorum occipiti
*Quartū.* tus, ſupra mammillarem proceſſum, principio anguſto, deorſum tranſuerſim fe
aurique poſterius implantatur. Avris vero *interna* duos muſculos habet, noſt
Muſculi auris. tatē inuentos à duobus Excellentiſſim. Anatomicis, Hieronymo inquam Fabric
A quapendente, & Iulio Caſſerio Placentino. Ex his alter, extra; alter, intra primā c
*Primus.* tatē & tympanū ſitus eſt, vnde externus ille, hic internus nominatus fuit.[c] *Externus*
gūus eſt, à cute & mēbrana meatū auditorium inueſtiente, exortus, poſtea carneu
tur, & exterius tendine breui in membranæ, tympanum dictæ, exteriorem par
eiuſque fere centrum, inſeritur ea ſede, qua intus malleus membranæ adnectitur.
*Secūdus.* *ternus* vero, in oſſe petroſo ſitus eſt, admodum exiguus. Huius origo eſt, in oſſis cu
formis baſi eo in loco, quo cum radice proceſſus petroſi, & additamento oſſis oc
tis foramen effractum conſtituit: mox carneus redditus, iterumque vbi mediu
ſuperauit, anguſtior, in duos tendines abit gracillimos, quorum alter, in ſuperic
mallei proceſſum, alter in ceruicem implantatur.

## CAPVT VI.

### *Perſequitur hiſtoriam muſculorum linguæ, oſſis hyoidis, faucium, & laryngis.*

Lingvæ muſculi. Lingva, cum non modo vocis primarium inſtrumentum ſit, ſed & cibis vol
dis in ore inſeruiat, motus voluntarios complures obtinuit. Mouetur enin
Motus linguæ. *trorſum*, & extra os exſeritur: trahitur *retrorſum, ad ſuperiora, ad inferiora, dextrorſum*
*ſtrorſum, ſtringitur, & dilatatur*. Pro his motibus abſoluendis ſex muſculorum paria a
Numerus muſculorum. pit, quibus nomina memoriæ gratia imponemus, noſtro more, ex officio, ortu, a
ſertione inuenta. *Primum par, linguales* continet, qui à baſi oſſis hyoidis carnei oriur
*Primum par.* & in apicem linguæ deſinunt, longiores quam latiores, & lati magis quam profu
craſſiores etiam in exortu, quam fine. Obliquis & tranſuerſis præcipue fibris dc
ſunt, ſed & rectis, quæ omnes per totum corpus ſic diſperguntur, & inuicem con
duntur, vt nequeant à ſeſe mutuo, vel ſumma adhibita induſtria, ſeiungi. Videtur

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

nullum hoc ſimul gracilius & longius in corpore reperiatur, [o] duplici donatum eſt ventre [p] tendine diſtincto, quemadmodum ſecundum par maxillam inferiorem detrahens.[q] Oritur enim carnoſo principio ex ſuperiore ſcapulæ coſta, iuxta ceruicem ipſius, ac proceſſum Coracoidem, & ſub ſcapulæ leuatore, (quem Patientiæ muſculum vocauimus) occultatus ac latitans, [r] oblique ſub caput flectente pari maſtoideo aſcendit, vbi, vt ipſi veluti digniori cedat, [ſ] carnoſam ſubſtantiam exuit, & in tendinem neruoſum ac teretem degenerat. Hunc vbi ſuperauit, iterum carne donatur, carnoſusque remanet, [t] donec in cornua hyoidis, eadem ſede ac par tertium, ſed loco paulo inferiore, inſeratur. L.L.† 4.2. 1.H. o, L.L. p, f. q, g. r, K. ſ, f. t, h.

*Favcivm muſculi.* FAVCIVM muſculi, à nonnullis *Pharyngis* ſiue principij Oeſophagi muſculi dicuntur, cum caput Oeſophagi ſuperius, membrana faucium eſſe videatur. Sunt autem illi, qui deglutitioni inſeruiunt. Cùm enim pro noſtro lubitu deglutiamus cibos potumque, neceſſario muſculi inſtrumentum voluntarij motus creandi erant, quos Natura œſophagi principio merito iure maximo tribuit. *Dilatantur* autem fauces, vel *conſtringuntur:* & dilatantur quidem, paribus duobus; conſtringuntur autem, tribus. *Motus faucium.*

*Primum par dilatans.* *Primum par dilatans*, quod aliquibus *ſphænopharyngæum* dicitur, à cuneiformis oſſis acuto apice, principio tenui & nerueo enaſcitur, per internam pterygoidis cauitatem deſcendit, & in tendinem tenuem deſinit, qui in palati partem cutaneam, à qua gargareon dependet, inſeritur. *Secundum par*, ab eodem fere loco prodiens, & deſcendens, in totam fere faucium lateralem, ac poſteriorem partem, inſeritur. *Secundũ.* *Primum par conſtringentium.* *Primum par conſtringentium, Oeſophagiæum*, œſophagi ſuperiori & poſteriori parti præpoſitum, quod totum carneum eſt, lata origine ſecundum laterum ſcutiformis cartilaginis longitudinem exortum, ſphincteris muſculi more circa gulæ initium circumfertur, adnaſciturque fibris tranſuerſis, quibus caput gulæ in deglutitione conſtringi conſueuit. [u] *Secundum par*, in fauciũ poſteriore ac laterali cauitate, quam ambit, ſitum, *Cephalopharyngeum* dicitur, propterea quod ortum ſuum habeat inde, vbi caput ceruicis primæ vertebræ iungitur, poſtea deſcendens, in hyoidis latera, thyroidem cartilaginem, & œſophagi principium, cuius tunicam conficere videtur, inſeritur. [x] *Tertium par, Stylopharyngeum* appellatum, ab interna ſtyloidis proceſſus facie, gracili principio exoritur, & tendine membraneo, thyroidi cartilagini, lateribus oſſis hyoidis, & radici linguæ, implantatur. *Secundũ.* u, † 4.2.ſ. B.B. x, † C.C. *Tertium.*

*Laryngis muſculi.* LARYNGIS (ſic vocant caput aſperæ arteriæ) *muſculi* dicuntur, non quod moueant Laryngem totam, ſed quod cartilagines ipſius. Cùm autem ex cartilaginibus quatuor conſtet, tres tantum ſunt mobiles, Thyroides, ſeu ſcutiformis, & duæ Arytænoides, ſiue guttales. Cricoides, annularis dicta, immobilis eſt, quia illas ſuſtinet, cum omne mobile moueatur ſuper immobili, & quieſcente. Sunt ergo duplices Laryngis motus, quibus tum dilatatur conſtringiturque, tum clauditur & aperitur: vnde & *duas articulationes* nacta eſt, quarum ſingulæ diuerſis motibus inſeruiunt. *Prima* enim eſt thyroidis cum cricoide, per arthrodiam: *altera*, arytænoidis cum eadem cricoide, per gynglimum. Dilatatio & conſtrictio, pendet ab illa: clauſio & apertio, ab iſta. Itaque cum Thyroides dilatetur, & conſtringatur: Arytænoides vero, è contra aperiatur & claudatur, voluit Galenus, in thyroïdem dilatantes & conſtringentes muſculos: in arytænoidem vero, aperientes & claudentes inſeri, vt iam concluden- *Laryngis cartilagines mobilis.* *Motus laryngis.*

cludendum ſit, *laryngis muſculos, alios eſſe dilatantes, alios conſtringentes, alios aperientes,*
*alios claudentes.* *Conſtringitur* larynx cum thyroidis latera flectuntur, & intro mouen-
tur: *dilatatur*, cum eadem extenduntur, & foras pelluntur. Sic *clauditur*, cum ary-
tænoides flectitur, & in cauitatem truditur: *aperitur*, cum extenditur, ſeu extrorſum Flectens
y, 4.2.1. reuellitur. Vterque autem motus, vel rectus eſt, vel ad latera. [y] *Flectens Thyroidem* er- Thyroi-
M.M. & go, vnum par eſt, quod *Hyothyroides* dicitur, propterea quod ab oſſis hyoidis tota in- dem.
4.2.3.C. feriore parte, latum, carnoſumque exoriatur, ſicque deſcendens rectis fibris, totam-
z, d.d. que thyroidem cartilaginem exterius contegens, [z] in eius infimam partem implanta-
tur. Hoc dum contrahitur, ſuperiorem thyroidis partem flectit, introrſum pellit, & ſic
rimulam conſtringit. Trahit ſimul etiam laryngem ſurſum, vnde fit vt nos ipſi in no-
bis, dum acutam vocem formamus, laryngem ſurſum ferri, obſeruare ſoleamus.
*Extendentium thyroidem*, duo ſunt paria. [a] *Primum*, vulgo *Bronchium* dictum, at nobis Extendẽ-
a, 4.2.1. inuento nomine noſtro more, ab ortu & inſertione, *Sternothyroideum*. Hoc [b] à ſter- tes Thy-
N N.
b, c. ni ſuperiore, & interiore parte, vbi iugulum eſt, initio lato, & carnoſo exortum, roidem. *Primum*
eandem latitudinem & ſubſtantiam ſeruans, fibris rectis toto ductu lateribus arteriæ *par.*
c, f. aſperæ attenſum, aſcendit, [c] tandem in thyroidis infernum latus, eodem fine inſeri-
tur. Inferiorem thyroidis partem conſtringere, ſimulque totam deorſum trahere cre-
ditur, vnde ſuperior pars extenditur, vnaque rimula dilatatur. Hunc motum deor-
ſum verſus, ſimiliter notare licet, & tactu percipere, dum grauem vocem edimus.
Atque *hæc duo paria Communia* ab Anatomicis vulgo dicuntur, quod caput, ſiue ini-
tium in alia parte habeant, quam Larynge: ſequentia autem omnia, dicuntur pro-
d, 4.2.1. pria, quia tota ſunt in larynge, initium ab ipſo, & finem habentia. [d] *Alterum par ex-* *Secundũ.*
O.O. & *tendentium*, *Cricothyroideum anticum* dictum; in inferiore, & antica laryngis parte
4.2.H.H. poſitum, originem habet carnoſam, à cricoidis cartilaginis antica parte, & in lateris
†4.2 8. exterioris thyroidis inferiorem ſedem carneum implantatur. Hoc dum contrahi-
D.D. tur, extendit cartilaginem & ſic rimulam dilatat, pro graui ac magna voce. *Flectens* Flectens
*recta arytænoidem*, ſiue *Claudens rimulam primum par*, *Thyroarytænoideum*, carneum, ac latum, Arytæ-
in laryngis amplitudine tranſuerſim ſitum eſt, & à thyroidis parte interiore media, ſe- noidem. *Primum*
cundum totam eius longitudinem exoritur, ſurſumque progreſſum, in latera Arytæ- *par.*
noidis, quæ glottida conſtituunt, inſeritur. Hoc arytænoidem cartilaginem ad thyroi-
dem trahit, à poſterioribus antrorſum ducit, & ſic glottidem comprimit, & claudit.
Hoc par ſi in angina inflammetur, cum exacte claudat rimulam, lethalem morbum ad-
e, 4.2.6. ducit. [e] *Flectens ad latera*, ſiue *Claudens ſecundum*, *Arytænoideum*, admodum paruum eſt, & *Secundũ.*
F.F.† 4. exile, carnoſum, obliquis fibris ab arytænoide incipiens, vbi iungitur crycoidi, & in
2.8. F.F. arytænoide deſinit, vbi cũ coniuge colligatur. Hoc arytænoidẽ oblique, & ad latera,
f. 4.2.6. dextrorſum, aut ſiniſtrorſum mouet, ſicque baſin eius conſtringit, & glottidẽ claudit. [f] Extendẽs
D.D. † 4. *Extendens recta, ſiue aperiens rimulã par primũ, Cricoarytænoideum poſticũ*, à cricoidis poſtica & Arytæ-
2.8. G, G. inferiore ſede, carnoſum exortum, mox rectis fibris aſcendit, & cauitatem quæ in cri- noidem, *Primum*
coide eſt adimplens, in inferiorem arytænoidis ſedem, qua cum cricoide articulatur, *par.*
neruoſum deſinit. Hoc extendit arytænoidem, & retrorſum ad exteriora conuertit,
g, †4.2.8. ſicque glottidem aperit. [g] *Extendens ad latera*, ſiue *aperiens rimulam ſecundum*, *Cricoarytænoi-* *Secundũ.*
E.E. *deum laterale*, à cricoide, qua parte latior eſt, anguſto principio carneum prodiens, mox

 amplius

Capitis. primam colli vertebram *antrorſum, & retrorſum*, hoc eſt, *flexione & extenſion*
Primarij. recta, vel obliqua, prout totum par ſimul agat, aut alteruter tantum contr
culus. Deinde ſupra ſecundam, circa proceſſum eius dentiformem, *circum*
Secundarij. *dam, veluti ad axem. Secundario* motu, & per accidens, beneficio colli, quo
mouetur ſimiliter ante & retro, ſed & ad latera, dextrorſum & ſiniſtrorſu
primo de ijs muſculis, qui proprij ſunt capitis; & ſeptem paria numerari
Numerus muſculorum. in quouis pari vnus muſculorum dextram, alter ſiniſtram partem occup
num par flectit, *quatuor* extendunt, *duo* circumagunt.

Flectens. [h] FLECTENS *par*, à nonnullis *Maſtoideum* dicitur, quod ad proceſſu maſtoideos, ſiue mammillares inſeratur. Anteriore colli parte ſitum eſt, ſ buccas detrahente muſculo. [i] Oritur autem duplici principio, cauitate q ſe diſtincto, quorum alterum neruoſius eſt, & à ſummo ſterno incipit: alte ſius, & à clauiculæ parte elatiore, qua ſterno coniungitur, procedit. O de, totum carnoſum redditum, ad collum aſcendit, longum potius, qua latum verius, quam teres in initio, at vbi ad mammillarem proceſſun teres fit, & carnoſo craſſoq; fine ipſi inſeritur. [l] Hoc in homine etiã viuc præſertim in macilentis & ſenioribus, in quibus admodum conſpicuum totum par agat, caput recta flectitur: ſin alteruter tantum muſculus contr ad anteriora quidem ducitur, ſed ad latus.

Extendentes. Primum par. [m] EXTENDENTIVM *primum par*, *Triangulare*, alijs *Splenium* dictum eſt, latum, & vertebris inſtratum, duplicique principio exoritur. Alte picibus quintæ, quartæ, tertiæ, ſecundæ, & primæ thoracis vertebrarum ro à quinque inferiorum colli vertebrarum ſpinis, vbi rectis fibris ſibi m tur, & [n] cum ad tertiam colli vertebram peruenerint, ſeiunguntur, [o] fibri obliquis in occipitio medio, quod inter vtramque aurem eſt, inſeruntur lum hoc, quod interiacet inter vtrumque cum diducuntur, triangulum fere efformat, [q] quod exprimit etiam totus muſculus, ſed ſcalenum, à q impoſuimus, vt triangulare par vocaremus. [r] *Primum latus*, amplum e vſque ad tertiam vertebram, vbi dehiſcunt: [ſ] *alterum*, ab hoc loco ad occ *tium*, ab occipitio ad exortum. Eſt autem hoc par in thorace nerueum, i

circulariter moueatur. At quia exigui admodum ſunt, duo priora extendentium paria, vbi alteruter agat, horum motum ( non ſecus ac rectorum, vt antea diximus ) adiuuant.

*CERVICIS muſculi. Ceruicis motus. Numerus muſculorũ.*

Caput etiam *ſecundario mouetur ratione ceruicis.* Ceruice enim mota caput ipſi incumbens vna cietur. *Habet* autem C e r v i x *motum quadruplicem*, cum agatur ante, retro, dextrorſum, & ſiniſtrorſum. Abſoluuntur hi motus quatuor muſculorum paribus, non tamen ita, vt quilibet motus ſuos ſibi proprios vendicet, ſed cum duo paria priora flectentia ſint, & antrorſum mouentia, duo poſteriora extendentia retrorſum: ſi ſimul illa agant, aut hęc, caput recta: at, ſi alteruter, oblique ad latus, flectitur, aut extenditur. Quod ſi vero flexores & extenſores ſui lateris ſimul contrahantur, in illud latus, dextrorſum aut ſiniſtrorſum agitur, in quo ipſi ſuum ſitum obtinent. At ſi omnes ſimul agant, ceruix erecta & rigida ſeruatur, ac in tonico motu, vt in Tetano. Duo ergo prima paria flectentia erunt, quæ parte anteriore colli, vt primum, & laterali, vt ſecundum, locata ſunt : reliqua duo extendentia, in poſteriore colli parte, ſub capitis muſculis,

*Flectentium primũ par.*

F l e c t e n t i v m ergo [e] *primum par*, ſiue *Longum*, ſub œſophago jacens, longum eſt, principio acuto & carneo, à quintæ thoracis vertebræ corpore, parte anteriore, vbi coſtæ jungitur enatum. Hoc ſuperiora petens, omnibus vertebrarum corporibus à latere adnectitur, vſq; ad primam ceruicis, vbi vterq; muſculus ſe tangit, & acuto nervoſoq; tendine deſinit in proceſſum primæ vertebræ, qui eſt analogus corporis vertebrarum reliquarum, vt ceruix flectatur. [f] *Secundum par flectentium Triangulare*, ſiue vt alijs placet, (qui ſimul ſpeciem trianguli, quod refert ſua figura exprimunt) *ſcalenum*, carnoſam amplamq; originem, à prima ſuperioreq; thoracis coſta habet: poſtea verſus caput iter faciens, anguſtatur, & in omnium colli vertebrarum tranſuerſos proceſſus, ( prima & ſecunda nonnunquam excepta) qua interiora ſpectant, obliquis fibris terminatur. Hi muſculi ſi ſimul agant, recta anteriora verſus, ceruicem, & conſequenter caput, flectunt: at ſi alteruter ſolum agat, in latus contracti antrorſum ceruicem inclinant.

*Secundũ*

*Extendẽtium primum par.*

[g] E x t e n d e n t i v m *primum par*, à ſex ſuperiorum thoracis vertebrarum tranſuerſis proceſſibus (vnde *Tranſuerſales* quibuſdam dicuntur) exorti, paulatim craſſiores facti, in omnes ceruicis vertebrarum proceſſus tranſuerſos, externa ſede infiguntur. *Secundum par*, inter ſpinas ſitum, vnde & *Spinatum* aliquibus dicitur, totam ceruicem occupat. Hoc è radicibus ſpinarum ſeptem ſuperiorum thoracis vertebrarum principia plura ſumit, ſurſumque aſcendit, ac ſimiliter ex ſingulis tranſuerſorum proceſſuum ceruicis radicibus alia ſibi aſciſcit, tandem hiſce, in totam inferiorem ſpinæ ſecundæ vertebræ partem valide implantatur, vbi dexter cum ſiniſtro jungitur, etſi toto per ceruicem progreſſu mutuo ſibi ita accubuerint, vt, non niſi ſpinis à ſeſe diſparati fuerint. Hæc duo pariter ceruicem primo, deinde & caput extendunt, vel recta, ſi vterq; ſimul agat; vel oblique, ſi alteruter tantum.

*Secundũ.*

CA-

# CAPVT VIII.

## *De muſculis Thoracis.*

ABSOLVIMVS muſculos omnes,qui ad primum Ventrem, ſiue Caput pertinere videbantur:nunc eorum aggrediemur hiſtoriam, qui ad ſecundum mediumque referendi ſunt,quos THORACIS muſculos doctrinæ gratia vocabimus: etſi non ignorem vulgo ab Anatomicis ſic appellari illos tantum,qui reſpirationi dicati ſunt, & vel dilatant thoracem, aut conſtringunt, quibus opponuntur DORSI muſculi, qui thoracem extendunt. Verum cum ab horum ſententia ſim alieniſſimus, & eos muſculos pleroſque omnes,qui communiter ad reſpirationem facere dicuntur, alium vſum habere longè diuerſum ab eo,qui vulgo docetur, & ratione, & experientia anatomica inuenerim, à mè hoc loco *Thoracis muſculi* vocabuntur, omnes quicunque ad thoracis,hoc eſt,medij Ventris motum quemcunq; conferre ſtatuentur. Dico quemcunque,vt non ſolum intelligatur ille, quo dilatatur,& ſtringitur: ſed &, quo flectitur, aut extenditur. THORA cis muſculi.

THORAX ergo, vel primario mouetur, vel ſecundario. *Primario*, à muſculis ſibi proprijs; *ſecundario*,à muſculis lumborum. Motis enim lumbis, thorax ipſis incumbens,vna neceſſario mouetur, quemadmodum ceruice mota, Caput, vt dictum eſt. Cietur autem quintuplici motuum genere *primariò*, cum dilatetur,& conſtringatur, flectatur, extendatur, & ad latera circulariter moueatur: *ſecundario*, triplici. Ad latera enim mouetur,flectitur,& extenditur. Dilatatur autem Thorax, & conſtringitur, reſpirationis gratia. Reſpiratio autem duabus conſtat partibus; Inſpiratione,in qua recipitur aër, & attrahitur in aſperam pulmonum arteriam; & exſpiratione, in qua iterum à pulmonibus expellitur: in illa, cum ſine thoracis motu reſpiratio nunquam fiat,thorax dilatatur; in hac contrahitur, & in ſe ſtringitur. In Dilatatione autem,non totus thorax dilatatur, ſed tantum eius partes inferiores, ſuperioribus contra modice anguſtatis: in Contractione vero, inferiores conſtringuntur,ſuperiores partes è diuerſo nonnihil dilatantur. Quamobrem & Natura ſapientiſſima, cum vniuerſum thoracem intertextis vbique inter carnes oſſibus, flexibilem motuiq; accommodatiſſimum reddidit: tum verò infimas eius partes cartilaginibus ferè ſolis muniendo, imprimis ad hunc vſum adaptauit. Cæterum etſi hic motus naturalis alias ſit, non quidem,quod citra muſculi ſubſidium perficiatur,quo pacto alios motus naturales fieri cernimus (ſemper enim Diaphragma hic primas partes tenet, quod muſculus verè eſt, & rectè eſſe ſtatuitur)ſed quia nobis ad reſpirationem etiam non aduertentibus,Thorax nihilominus ſemper amplior fit aut anguſtior, ne vnquam reſpiratio deficiat, cum qua vita pari paſſu perpetuo ambulat: verè tamen & animalis motus eſt, quandoquidem reſpirationem intendere, aut ſiſtere ad tempus pro noſtro arbitrio, quam commodiſſime poſſumus. Quis enim in loco admodum calido conſtitutus, thoracem, vt aërem attrahat in copia,pro ſuo lubitu non extendit? contra in admodum frigido,non aliquantulum contrahit? Si ergo motus eſt voluntarius, vt inſtrumentis motui huic deſtinatis,hoc eſt,muſculis peragatur,neceſſe eſt. Thoracis motus. Primarij. Secūdarij.

R Ab

Muſculi Thoracis ex opinione aliorum quot ſint.

Ab Anatomicis ergo MVSCVLI THORACIS, (ſic vocant,) *id eſt, dilatationi, & constrictioni eiuſdem inſeruientes* ſexaginta quinque recenſentur, à nonnullis etiam, plures, illis ſcilicet, qui Intercoſtales, in Interoſſeos atq; Intercartilagineos, ſed male, vt poſtea probabimus diſtinguunt. Vtrique ergo lateri thoracis, triginta duo aſſignāt, nempe *intercoſtales viginti duos*, ex quibus vndecim externi, totidem interni ſunt: *vnum* vtrique lateri communem, puta *Diaphragma*: *quatuor* deinde muſculos, *Abdominis* vocatos, de quibus ſequenti capite, & tandem *ſex Thoracis proprios* appellatos. Iam ipſam *Reſpirationem* duplicem quoque faciunt; vnam liberam, alteram coactam. *Liberam* vocant illam; in qua aëris quantum ſufficit, placide tum accipitur, tum expellitur: *Coactam* vero, in qua magna vi, & magna copia attrahitur, ſimiliterque truditur. Illa, contingit cum naturaliter ſe calor noſter habet; hic, cum præter naturam. Illa, citra noſtram voluntatem fit, vnde & *Naturalis* iure dicetur; hæc, noſtro arbitrio concurrente accidit, ex quo *Voluntaria* à nobis non inepte vocabitur. Illa, à ſolo diaphragmate contracto, aut laxato fit: hæc cooperantibus diaphragmati cæteris muſculis ſexaginta quatuor, vt ipſi dicunt.

*Reſpiratio duplex.*

*Sententia Authoris.*

At enim, vt lubentiſſime amplector hęc omnia, ſimulq; coactus experientia concedo, in libera reſpiratione diaphragma ſolum moveri: ita è contrario noui, in coacta, ſolos intercoſtales muſculos, & Diaphragma operari. Reiiciuntur ergo à me, tum abdominis quatuor paria, tum ſex thoracis coniugia propria. At ne citra rationem reiici videantur, noſtræ opinionis fundamēta breuiter hic proponemus, refutatis argumētis, quæ Aduerſarios in hanc ſententiam protraxere. *Ac quod muſculos Abdominis attinet*, vt ab iis exordium noſtrum petamus, duo primario videntur eſſe, quæ doctiſſimos Viros adduxerint, vt reſpirationi eos inſeruire crederent. *Primum* eſt, quod non viſu ſolū, ſed & tactu deprehenderint, in thoracis validioribus motibus, muſculos hos proportione quadam obſeruata cum Thoracis motu, moueri. Inſpirare enim ſi qua vi cupias, abdomen protinus exigi dilatarique videbis; exſpirare ſi è contra cupias fortiter, inigi aduertes, & intro contrahi: vt propterea Galenus, lib. de diſſect. muſc. cap. 26. ad exſufflationes, & ad vocatas ſpiritus cohibitiones, ſiue τὰς πνεύματος καταλήψεις, vt Praxagoras olim vocabat, tū ad acutas quoq; magnaſq; voces edendas, Naturam hiſce muſculis vti, non veritus ſit ſcribere. *Alterum* argumentum eſt, eam partem moueri ſemper, in quam fines muſculorum deſinunt. Quod ſi jam anatomica inſpectio demōſtret, abdominis muſculos in thoracem inſeri, quemadmodum Andr. Laurentius probauit, oblique deſcendentes illic deſinere, finemque ſuum figere; profecto ſequi hinc merito iureque videtur, Abdominis muſculos thoracis motibus plurimū auxilij præſtare. At enim nihil hic quidem promptius erit nobis, quam his rationibus ſatisfacere. Nam quod primam ſpectat haud vlla ratione diuerſus ab iis ſum, qui in vtraque reſpirationis parte abdominis muſculos vna cū thorace vniformiter moueri credunt, quin lubentiſſimo illud animo amplector, vt cui teſtimonium perhibet ipſa experientia, nō tamē propterea quod ipſi hinc inferunt vnquam elargiar, inſtrumenta videlicet eo nomine fieri reſpirationis, numerumq; illum muſculorum, qui reſpirationi ſeruiunt, augere. Nec enim thorax, coſtæue, quod hi muſculi moueantur, ſiue diſtenditur, ſeu ſtringitur: ſed ſi quis motus thoracis eſt, ille totus quantus quantus Diaphragmati ac Inter-

*Ex opinione Authoris.*

Muſculos abdominis ad reſpirationē nihil facere.

*Argum. aduerſariorum Primum. Secundū.*

Reſponſio ad argumēta. *Ad primum.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Viri, dum à Galeno in hoc negotio diſcedunt, & imprudenter mihi facere, & eius opinionem non recte aſſecuti videntur. *Largiamur enim ipſis*, ilium & pubis oſſa immobilia eſſe: indene recte inferent, propterea muſculorum finem illic non eſſe? Nam ex Galeni quidem ſententia ſi loquamur, nihilominus hi muſculi officio ſuo fungentur, cum munus eorum præcipuum ipſo docente ſit, abdomen ſua cōtractione comprimere: quam certe compreſſionem citra pubis oſſium motum quam optime perfici poſſe, quis eſt qui non obſeruet? Cùm enim abdomen conuexum ſit & prominens, maxime vbi cibo potuve Ventriculus turget, horum muſculorum contractione ab vtroq; latere in planum componitur. Quamobrem non bene illi videntur concludere, qui, quod ilium oſſa moueri non credant, propterea muſculorum oblique deſcendentium fines illic inſeri haudquaquam poſſe exiſtimant. Sed & ego in ſequentibus demonſtraturus ſum, reuera & pubis & ilium oſſa moueri, tametſi vnanimem omnium Anatomicorū, qui hactenus quidquam in lucem prodiderunt, in contrariam ſententiam conſenſum eſſe videam. *Nunc ad ſecundum argumentum me confero*, in quo vt haud ægre concedo, Neruos circa lineam candidam iliumque oſſa conſpici: nego tamen ex iis eſſe, qui ſenſum motumve his muſculis offerant, de quibus ſcilicet Galenus loquitur, cum Neruos inquit in muſculorum capita deſinere, vel paulo poſt, vel circa medium, nunquam vltra medium. [i] Nervi enim illi perforant, & pertranſeunt hoſce muſculos, non ſane vt iis inſeratur, (quod dictis Authoribus viſum eſt,) ſed vt hinc ex abdomine mox ad membranam carnoſam cutimque digerantur, ſicque his partibus ſenſum præbeant.

*Oſſa pubis & iliū moueri.*

*Ad ſecūdum.*

*i, 8. 1. N. N. N.*

Conclu-ſio.

Sed de hac re plura dicendi locus infra dabitur: nūc ſufficiat demōſtraſſe, Abdominis vocatos muſculos, ad dilatationis conſtrictionisve in Thorace motū nihil omnino facere, cum non his motis Thorax: ſed potius Thorace moto ipſi moueantur. Falſum autem & hoc eſt, finem oblique deſcendentium circa thoracem inſeri; quod ſi vero Aſcendentes, & Recti inſerantur, iam longe alio fine, quam thoracis gratia inſeri, inferius oſtendemus, vbi horum muſculorum actio aperietur. Quin imo de cęteris etiam, quos proprios Thoracis appellant, quid ſtatuendum ſit, membratim dicemus poſtea, cum ſingulorum hiſtoriam perſequemur. Nam quod [l] *Subclauium* attinet, cùm Clauiculæ inſeri ſtatuimus, vt ipſam deorſum trahat. Oſtendemus enim finem non habere circa primam coſtæ partem, vt communis eſt opinio: ſed potius in clauicula. [m] *Serratum* vero *maiorem* ſcapulæ aſſignabimus, ſimiliter demonſtrantes Anatomicos circa principium ipſius hallucinatos fuiſſe. [n] *Duos poſticos ſerratos*, ſuperiorem, ac inferiorem, Dorſi Capitiſque muſculos continere, ne in validis motibus exorbitent, & propterea ligamentorum annularium, in manu, ac digitis poſitorum munere fungi dicemus. [o] *Sacrolumbum* autem, Dorſum oblique extendere ſimiliter probaturi ſumus. *Quare iam concludentes dicimus*, muſculos thoracem dilatantes conſtringenteſque non alios eſſe, præter Diaphragma, & Intercoſtales: & Diaphragma quidem ſemper mouere & ſolum in libera ac naturali reſpiratione; in coacta autem, Intercoſtalium operam ſibi adiungere. Dilatat autem & conſtringit Thoracem, vnus idemque muſculus *Diaphragma*. Quæ res ſi prima fronte mira alicui videatur, cum vix mente multis compræhendi poſſe credatur, quomodo contrarij motus ab eodem muſculo proueniant: mirari is mox deſinet, ſi aduertat tale quid in ſphinctere quoque muſculo, tam veſicæ, quam ani com-

*l, 4.18.F.*

*m, D. D.*

*n, 4.3.C. & E.*

*o, K.K.*

Muſculi Thoracē dilatantes ex ſententia Authoris.

ani comparere. Idem enim Sphincter, & conſtringere poteſt veſicam, contrahendo ſe, vt contineat vrinam: & dilatare eandem, laxando ſe, vt vrinam reddat. Sic diaphragma, contrahendo ſe ad principium, Thoracem dilatat: at laxando, conſtringit, vt in
p, 4.18. vſu eius iam demonſtraturi ſumus. [p] *Intercoſtales* vero muſculi, vt duplices ſunt, externi,
K.K. & interni, ita etiam duplici funguntur munere. Illi enim, dilatationem in coacta reſpiratione adiuuant: hi, conſtrictionem.

q, 4.13. ¶ Muſculus ergo, qui Διάφραγμα Platoni dicitur, Hippocrati φρένες, & διάφραξις vocatur, ἀπὸ τοῦ διαφράττειν, quod ſecernere, & ſeparare ſignificat, quia ſcilicet infimum ventrem à medio ſeparat. Ariſtoteles communiter διάζωμα appellat, *Succinctum*: interdum & περίζωμα, & ὑπόζωμα. Galenus modo διάφραγμα, modo φρένες vocat: at Latini Celſum ſequentes, communiter *Septum transſuerſum*, ab officio, & ſitu. Plinius, ob viciniam cordis cui prætenditur, *Præcordia*, quaſi περικάρδιον: at Macrobius, *Diſſeptum* vocat. Nonnullis qui Græcam vocem περίζωμα exprimere ſtuduerunt, *præcinctum* appellatur. Eſt autem *Diaphragma*, muſculus, vnus omnium fama celeberrimus, id quod hæc vocum, quibus apud diuerſos authores venit, multitudo, ſatis ſuperque teſtatur. *Situm* habet in corpore tranſuerſum, Thoracem ab infimo ventre ſeparans. Situs autem eſt obliquus, ob thoracis, quem ſuccingit, obliquum ambitum, quem ſterni infima pars, & cartilagines ſpuriarum coſtarum conficiunt: quare & *magnitudo* ipſius tanta neceſſario eſt, quanta ambitus vniuerſus medii ventris, quem ſuccingit. *Figuram* obtinet nulli
r, B. B. alteri muſculo communem, cum muſculus ſit latus, tenuis, atque orbicularis, & [r] in
ſ, a. a. medio ſui principium nactus, [ſ] à quo, tanquam à centro ad circumferentiam fibræ
t, B.B. craſſæ excurrunt. [t] In medio enim habet circulum quendam nerveum, qui eius origo
u, C.C. eſt, quem circum [u] alius quidã, totus carneus conſiſtit, per quem, [x] fibræ ab illo egreſ-
x, a. a. ſæ, ad peripheriam ſparguntur. Quemadmodum autem circulus interior, quo vicinior centro, tanto neruoſior eſt: ita quo coſtis & thoraci propius accedit exterior, tanto carnoſior craſſiorque ſemper efficitur. Annectitur enim, & inſeritur toti thoraci
y, A. intrinſecus: [y] *anteriore* quidem *parte*, ſterni infimæ ſedi, prope mucronatam cartilagi-
z, α. κ. nem, quæ eius eſt propugnaculum, tum vltimæ veræ coſtæ: [z] *à lateribus*, coſtarum ſpu-
a, β. riarum extremis, & toti duodecimæ coſtæ: [a] *poſterius* vero, cum vndecimæ dorſi verte-
b, H. bræ inſeri debuerit, quam ſpectat: at vero ibi [b] arteria magna deſcẽdat, & [c] lumbalis
c, M.M. adnectatur muſculus, ψόας dictus, in [d] duos veluti proceſſus (quos *productiones Diaphra-*
d, G. *gmatis* vocant) deſinit, hinc inde ad vertebras inſertos, neruoſos, & carne commixtos; qui acutiores redditi deſcendunt, donec ad excarnes lumborum vertebras vſque de-
e, I. uenerint, [e] vbi valida inſertione implantantur. Muſculus hic etſi vnicus ſit, in ſtructura tamen ſua duplex eſſe omnibus modis videtur. Conſtat enim, vt dictum eſt, primum
f, B. & C. [f] duobus *circulis*, quorum ſubſtantia, partim nervea, partim carnea eſt: deinde [g] *Venas*
g, K.K. habet duas, à trunco cavæ aſcendentis Phrenicas dictas: duas item *arterias* venarum
h, I. comites, & homonymas: totidemque [h] *neruos*, à ſpinali medulla, Ceruicis vertebris incluſa, inter quartam, & quintam vertebram prodeuntes: duas etiam *membranas*, quibus integitur, ſuperiorem, quæ thoracis cauitatem reſpicit, à pleura; inferiorem, quæ ventriculum & iecur ſpectat, à peritonæo originem ducentem. Duo quoque
i, E. ſunt *foramina*, quæ habet: [i] alterum, à dextris, in circuli neruei medio, pro Venæ ca-

Diaphragma.

*Diaphragma in omnibus duplex.*

uæ ex conuexa hepatis parte ad cor, aſcenſu: [l] alterum, à ſiniſtris, poſterius nonnihil, *l*, F.
vt œſophago, & duobus neruis ad ventriculum deſcendentibus, tranſitum præbeat. [m] Inter vtramque productionem, diuiſio quoq; eſt ſemicirculo ſimilis, per quam Arteriæ magnæ truncus, & Vena ſine pari, ſiue ἄζυγος, tum nerui ſexti paris deſcendunt. *m*, G.
Hoc dum contrahitur verſus principium, fibræ omnes colliguntur in ſe, & Thoracis inferiores partes, quibus inſeruntur, ſic propellunt, ac cauitatem ipſius ampliorem reddunt: at dum laxatur, ſurſum abit, (quo pacto in mortuis cadaueribus ſemper reperitur, quod exſpirando moriamur,) & ita vna trahit intro inferiores thoracis partes, cauitasque minor fit, ac conſtringitur.

INTERCOSTALES muſculi. [n] INTERCOSTALES *Muſculi*, quatuor numerantur, in quouis latere viginti duo, ex quibus vndecim externi, totidemque interni ſunt. Nam cum [o] duodecim coſtarum interſtitia vndecim ſint, in ſingulis muſculi locantur. *n*, 4. 18. K.K. *o*, 2. 7. 16. Sunt autem omnes hi muſculi lati admodum, ſed pro coſtarum à ſe diſtantia minime longi, toti carnei, obliquis fibris donati, vnde cum contrarias habeant fibras, fit, vt ſe decuſſatim interſecet.

*Externi.* *Externi* ergo, à ſuperiorum coſtarum inferna regione orti, in inferiorum proxime coſtarum elatiorem ſedem inſeruntur. Initium autem habent primum à tranſuerſis vertebrarum proceſſibus, quibus coſtas ſuo capitulo adnecti diximus: mox carnoſi obliquas fibras validas deorſum & antrorſum ſpargunt, ſicque progrediuntur per totum coſtarum ductum, donec perueniant ad cartilagines, vbi coſtæ oſſeæ eſſe deſinunt, ibi enim & ipſæ terminantur.

*Interni.* *Interni muſculi* contra, ab inferiorum coſtarum ſuperna regione orti, in ſuperiorum proximè coſtarum inferiorem ſedē implantantur. Hi non à proceſſibus vertebrarum, vt externi: ſed potius ab ea parte, qua coſtæ paululum inflectuntur, originem trahunt, mox carnoſi obliquas fibras ſurſum & antrorſum porrigunt, ac totum coſtarum interuallum implent, non tantum qua parte oſſeæ ſunt, vt dicti: ſed etiam, qua cartilagineæ, eodem ſemper ſeruato fibrarum ductu, donec tandem in ipſum os pectoris, ſiue ſternum deſinant. *Cæterum*, cum externi muſculi circa cartilaginum initia deſinebant, ita vt ſpatia intercartilaginea vacua relinquātur, hinc factum eſt, vt Natura, quæ à vacuo vbiuis abhorret, illa inania interualla internis muſculis explerit, propter eaque ad exteriorem illius ſpatij ſuperficiem eleuarit.

*Cur nonnulli tot Intercoſtales poſuerint.* At enim euenit poſtea, vt, quia fibræ, partis quæ inter cartilagines eſt, diuerſæ, imò contrariæ videantur illis, quæ inter oſſa collocatæ ſunt: nonnulli, etiam ex ijs, qui familiam ducunt inter Anatomicos, Intercoſtales muſculos ſexaginta octo enumerarint, alios dicentes muſculos eſſe Intercoſtales, alios Interoſſeos, & vtroſque iterum, vel externos, vel internos. Cum ergo vndecim coſtarum interualla ſint, verarum quidem ſex, & quinq; ſpuriarum: in verarum ſingulis quatuor collocant, duos interoſſeos, & duos intercartilagineos: in quolibet autem ſpuriarum ſpatio, duos tantum. Externi ergo muſculi contracti ad ſuum principium, ſurſum, & extrorſum coſtas ducunt, vnde thorax dilatatur, & ſic cauitas maior fit: Interni vero, ſurſum, & introrſum, vnde conſtringitur, & cauitas fit minor.

Extendētes Thoracem. Numerus EXTENDITVR deinde Thorax, cui motui quatuor muſculorum paria Anatomici deſtinant: quorum *primum*, Dorſi longiſſimum: *alterum*, Semiſpinatum: *tertium*, Quadratum: *quartum* denique, Sacrum appellitant: ex his priora tantum duo

ample-

dere licet ex principio continuo, quid vero dico continuo? imo vero vno eodemque, dorſi ſcilicet longiſſimi & ſacrolumbi: tum quia difficillime admodum ipſa ſectione ſeparari poſſunt. Quod ſi verum eſt illud quoque Anatomicorum axioma, quod ſupra fundamenti loco propoſuimus, ſingulos muſculos proprias habere membranas, quibus toti inuoluuntur: hi autem muſculi ſingulis tecti vndique non ſint, vt cuiuis videre licebit in ſectione, merito vnus certe conſtituendus videtur. Crediderim autem Anatomicos ideò ſeparaſſe, quod viderint anſulas diuerſis partibus inſeri.

*Cur eiuſmodi anſulæ factæ.* Nam *Longiſſimus* tranſuerſis proceſſibus: *Spinatus*, ſpinis: *Sacrolumbus* verò, flexuræ coſtarum duos largitur. Sed enim Natura, vt vbiuis ſolertiſſima eſt, ſic hoc ſumma fabrefecit prouidentia, & hoc pacto commodo motui commodiſſime proſpexit. Vt enim extenderetur thorax muſculum alicubi inſeri neceſſe erat: at inſeri vno fine continuo non poterat, quia carneus imbecillior, tendineus autem neutiquam bene coſtis inter ſe diſparatis implantatus fuiſſet: plures ergo fecit tendines, vt ſingulis coſtis ſinguli eſſent; & quia illi tendines non poterant commode totam partem occupare, plures fecit, quorum alios circa ſpinas, alios tranſuerſos proceſſus, alios coſtarum flexuras inſeruit, iis ſcilicet locis, vbi vel articuli ſunt, vel robur ad motum habent. Sic videmus & [e] Sacrum lumborum muſculum, triplici anſularum genere donatum eſſe, per omnia ſimilem his tribus, nec tamen triplicem ab vllo muſculum, ſed vnicum duntaxat poni. *e* 4.6.K. L. M.

*Vſus.* Cæterum quidquid de hac re ſtatuatur, tendines duorum, ſpinati inquam dorſique longiſſimi, recta dum contrahuntur extendunt: at ſacrolumbi, ſi alteruter agat, oblique: ſin totum par, priorum duorum actionem adiuuat.

*Serrati poſtici.* His muſculis adnumeramus duos illos, quos *ſerratos poſticos* appellant, non quidem, quod in dictorum actione obeunda concurrant: ſed quia actionem eorũ conſeruent, & expeditiorem reddant. Nec enim extendunt thoracem, vt illi, ſed prohibent tantũ, ne in violenta validaque dorſi, atque capitis muſculorum, quos ſimiliter continent, contractione exſiliant. *Vſus ex opinione Authoris.* Ex quo patet, eos munere fungi prorſus eodem, quo ligamenta annularia, quæ circa carpum ac digitos cernuntur. Prohibent enim tendines muſculorum digitos flectentium, ne dum contrahuntur, ex ſuis ſedibus labantur. Sic primus humerum circumagentium muſculus, vt in hiſtoria ipſius dicetur, & potiſſimum ſupra capite ſexto libri tertij jam dictum eſt, ligamento ſecundo humeri in ſuo loco retinetur. *Refutatur vſus, quem aſcribunt Anatomici.* Nam quod aliqui hos thoracem dilatare credant, nullo vnquam tempore, quo pacto fieri id queat, animo colligere potui. Sunt enim ita imbecilles, cum nihil ferè carnei obtineant, ſed toti quanti ex membrana conſtent, vt nulla ratione tam validæ actioni, qualis hæc profecto eſt, præeſſe poſſint. Taceo, quod ipſis coſtis nõ inſerantur, ſed tantum muſculis, at certe vt ineptum fuiſſet, tam valido motui tam
1. imbecilles muſculos, vt pote membranoſos deſtinare: ita ineptius profecto etiam, in
2. carnes & muſculos inſerere, vt Thorax moueretur. Et quomodo, ſodes, dilatabitur ca-
3. uitas thoracis, trahentibus his muſculis coſtas ad ſpinas, & quidẽ ſuperiores, cum potius in dilatatione Thoracis, inferiores ipſius partes extendantur, ſuperiores conſtringantur; vt demonſtratum eſt, ſed nec dubitari à quoquam poteſt? *Superior.* Cæterum duo ſunt, quorum alter Serratus poſticus ſuperior, alter inferior dicitur. *Serrati* quidem vocantur, ob ſerratum finem, hoc eſt, ſerræ in modum denticulatum: at *Poſtici* ad differentiam

tiam aliorum,qui in anteriore corporis ſede locati ſunt, vt duo illi vltimi ſcapulã mouentes,quartus inquam & quintus. Vocantur deinde *ſuperiores*, aut *inferiores*, ratione
f, 4.3.C. † D. loci quem inter ſe in dorſo occupant. [f] *Superior* ergo ſupra [g] muſculorum capitis pri-
g, A. mum par, ſiue Triangulare ſitum eſt, minor [h] inferiore. Oritur [i] à ſpinis vertebra-
h, E. rum trium inferiorum colli,& primæ thoracis,membranoſus ac tenuis, obliquo de-
i, d.d. inde progreſſu deſcendens,carneas fibras aſſumit, ac [l] quatuor ſuperiorum coſtarum
l, e.e.e. tribus interuallis tripartito fine ac ſerrato,inſeritur. [m] *Inferior*, ſimiliter membranoſus, *Inferior.*
m, E.†F. [n] ex ſpinis vertebrarum duarum, quandoq; trium inferiorum dorſi enatus,tranſuer-
n, f.f. ſim [o] ſupra dorſum extendentes defertur,& fibris carneis adauctus, [p] ad coſtarum in-
o,K.K.H. H. feriorum quatuor interualla inſeritur.

p, g.g.g. FLECTITVR *Thorax*, cum verſus terram antrorſum incuruamur. Huic motui *Flectentes Thoracem.*
q, 4.10. D. D. nullum aſſignarunt Anatomici muſculum: Ego vero [q] *Rectos* ipſi *abdominis*, ſi quidem
r,4.9.E.E & 4.10. L. L. flexio recta fiat: ſin ad latera, [r] *Aſcendentes obliquos*,tribuo. De his capite proprio dicetur, cum de Abdominis muſculis ſermonem auſpicabimur, quos malè ſic Veteres vocabant, cum abdominis tantum vſui deſtinatos crederent, nec ſcirent quo pacto Thoracis motibus inſeruirent. Quamuis autem huc proprie illi referendi ſint, quod hæc actio illa longè ſit nobilior, quia tamen (dummodo error agnoſcatur) haud multum intereſt, quemcunque in locum reijciantur, & ea quæ à maioribus noſtris ſunt tradita, aut longo vſu communia facta,ſi quo modo tolerari poſſint, non temere deſerenda ſint,ſub nomine muſculorum abdominis, quod à ſecundario vſu acceperunt, de ijs poſtea agemus.

Supereſt tandem *circularis motus*, *quo ad latera Thorax ducitur.* Hunc in nobiſmet ipſis *Circumagentes thoracẽ.*
ſedentibus, aut ſtantibus,dum inferiores partes quieſcunt, nos autem ad latera ſuperiores,puta thoracem,& ipſi incumbens caput, trahimus, leui negotio licebit aduer-
ſ,4.1.1.Q. Q.&4.11 F. F. tere. Abſoluitur autem à [ſ] *Tranſuerſis abdominis muſculis*,de quibus & mox acturi ſumus, cum in ipſorum actione multa egregia Naturæ ſecreta, nec ab alijs vſque adeò bene aduerſa, abſtruſa lateant.

# CAPVT IX.

## *De muſculo Subclauio.*

t, 4.18.F. SVbclauius [t] *muſculus* vocatur ille, qui ſub Clauicula ſitus eſt, & ſpatium illud, quod *Subclauius muſculus.*
u, c. inter ipſam, & primam thoracis coſtam interiacet, totum occupat. Habet hic [u] principium carnoſum à primæ coſtæ elatiore parte, ea ſede, vbi ſterno jungitur, dein-
x, F. de [x] obliquiſſimo, ac quaſi tranſuerſo ductu aſcendens, [y] in clauiculæ partem humi-
y, d. liorem, qua coſtam reſpicit, prope acromium, carneo fine, eoque lato implantatur.
Huic *munus aſſignant Anatomici*, in coacta reſpiratione primam coſtam ſurſum, & ex- *Vſus ex aliorum opinione refutatur.*
trorſum trahere,vt thoracis cauitas nonnihil amplior fiat,quo nomine & principium eius in clauicula,finem vero in prima coſta reponunt. At vero cum Galeni authorita-
te,in dilatatione inferiores potius partes,quam ſuperiores extendantur, imo ſuperio- 1.
res conſtringantur, non video quamobrem ſic dilatari debeant ſuperiora. Accedit, 2.

oni- & ma-

detrahendi Clauiculam, cum ſurſum vna cum ſcapula mota eſt. Reuocandũ enim in memoriam erit, quod ſupra ſecundo libro propoſitum eſt, Clauiculas ſcapulæ gratia, quas ſuſtineant, conditas eſſe. Cùm ergo ſcapulæ ſurſum eleuantur (vt qui vel in ſeipſo explorare poteſt) ſimul clauicula tollitur, quæ vt poſtea in locum re- muſculo detrahente ſubclauio indiguit. Nec enim benigniſſima Parens, vtcunc pondere in locum redire poſſe videri poterat, quod omne graue deorſum ſua n feratur, muſculo deſtitutam eſſe voluit, cum nonnunquam, vt decumbentes, eo b ficio careremus. Quare motus voluntarij inſtrumentum ipſi impertiit, non ſec humero quoque detrahentem muſculum conceſſit, quem Rotundum appellabi Accedit, hoc ipſo non tam clauiculæ, quam ſcapulæ ipſi proſpectum fuiſſe, cum lioquin, niſi clauiculæ beneficio propter hunc muſculum vna detraheretur, detra te muſculo (at quanto malo) & loci ſituſque ſui iniuria caruiſſet. Cæterum hun rum eſſe vſum haud multa induſtria edoceri poſſumus, ſolis clauicularũ fractur leuiter conſideratis. Eccur enim ſi frangantur hæ juxta ſternum, humerus ſubito ſcapula decidit: & illa pars, quæ ſterno proxima eſt, aſcendit, ſurſumque erigitu teſtatur Chirurgorum maximus Hippocrates, lib. de fracturis: ſin contra juxta a mium rumpantur, neutram partem aſcendere conſpicies? Huius ſane rei cauſam ſtigans doctiſſimus Hippocrates dicto loco, ingenioſam quidem rationem adc non tamen, ſi recte rem expendas, cum difficultates patiatur plurimas, veram autem hæc eſt, quam ex Anatomicis fontibus deducimus. Cum muſculus inſerat li parti, quæ juxta acromium eſt, dum bifariam frangitur Clauicula, ſtatim co hitur muſculus Subclauius, (vt ſolent muſculi fractura facta ſubito in ſe coire) ſi humerum, ac humero appenſam ſcapulam vna ſecum detrahit; altera autem pa quæ vi muſculi detinebatur in loco, ab ipſo ſic libera facta recta aſcendit: quod ſi patur juxta acromium, non aſcendit, quia muſculus detinet adhuc Clauiculam. ſane res manifeſte etiam nobis, vt cætera taceam, oſtendit, principium in coſta, i autem in clauicula ponendum eſſe, contra ac cæteri Anatomici hactenus omnes num fecerunt.

## CAPVT X.

### *De infimi Ventris, & primum, de muſculis Abdominis appellatis.*

ſFIMI NTRIS uſculi. otus ſimi ntris.

VIDIMVS ſupremi mediique Ventris muſculos: reſtat nunc vt INFIMI qu inſpiciamus. Hi vel totum infimum Ventrem mouent, vel aliquas tantum partes. *Totum mouent*, qui Lumbos flectunt, aut extendunt: at *partes*, qui vel ext mouent, & quidem anteriorem duntaxat, quam proprie Abdomen vocant: vel i nas, vt teſtes, veſicam, anum, & penem. De his ordine nunc agemus, initium ca tes ab iis muſculis, qui abdominis motui dicati ſunt, quod in ſectione prius occu

M

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

brana tendinea, ex concurſu finium tendinum ipſorum enata, (vnde & candicat,) quæ ſupra vmbilicum latior, infra anguſtior eſt. Tendo tandem hic, vbi ad muſculos rectos peruenit, validiſſime cum ſubiecti oblique aſcendentis tendine, vſque ad lineam candidam jungitur ac ſic miſcetur, vt ſeparari à ſe inuicem citra dilacerationem haud poſſint.

Oblique aſcendẽtes.

[n] OBLIQVI ASCENDENTES ſub prioribus immediate ſiti ſunt, propterea- n, 4.9.E.
que *obliqui interni* ab Anatomicis recentioribus vocantur. Hi [o] carnoſum initium ab [p] E.& 4.10.
oſſis ilij appendice, & membranoſum à membrana lumborum prædicta, tum oſſis ſa- L.L.† 4.
cri ſpinis deſumunt, mox carnoſa origine aſcendentes, [q] fibris ſuis contraria ſerie atq; 1.1. A.A. o, 4.9.F.F
deſcendentis muſculi, quas crucis in modum diſſecant, poſitis, [r] inferioribus duabus p, G.G.
coſtis vndecimæ inquam, & duodecimæ annectuntur, paulatimque [ſ] in latum tendi- q, a.a.
nem, eumque nerveum ac membranoſum, vt Deſcendentes circa lineam ſemiluna- r, 11.&12.
rem tranſmutati, decimæ, nonæ, atque octauæ coſtis, qua parte cartilagineæ fiunt, im- ſ, 4.11.B. B.
plantantur. Cum primum autem ſemilunarem lineam ſuperarunt, & jam rectos atti-
gere muſculos, [t] bifariam (viſu pulchrum & admirabile) tendo ipſe ſcinditur, ſicque t, C.C D. D.
in duos quaſi abit, ex quibus [u] ſuperior, cum portione obliqui deſcendentis validiſſi- u, C.C.
me, vt diximus, coniungitur, quouſque in lineam candidam vterque terminetur. [x] in- x, D.
ferior autem, ſub muſculis rectis progreditur, quos vbi ſuperauit, ſuperiori adnecti-
tur, ſicque ſimul in lineam dictam deſinunt, & veluti vagina quadam rectos muſculos
includunt. Cæterum ſuperior ille tendo impenſe robuſtis nexibus, tribus illis recto-
rum muſculorum interſectionibus, de quibus poſtea loquemur, ſic valide alligatur, vt
non niſi magna quadam difficultate diuelli ab iiſdem poſſit.

Recti.

[y] RECTI MVSCVLI, carnoſi ſunt, & robuſti: figuram faſciarum latam & ob- y, 4.10.
longam exprimentes. Longitudine enim totum abdomẽ adæquant, at latitudine qua- D.D.†.4.
tuor tranſuerſos digitos, craſſitie minimum. Hi ſub [z] obliquorum tendinibus in me- 11.&ſuperior
dio laterum abdominis locati, *duo habent extrema*, ex quibus [a] alterum, & *infernum ner-* quidem
*voſum eſt*, ab anteriore elatioreque oſſis pubis parte exortum, quod ſub pyramidalibus pars. K.
dimidia ſui parte latitat: [b] alterum & *ſuperius carneum*, ad oſſis pectoris latera, ab vlti- K.K.K. inferior
marum coſtarum verarum cartilaginibus enatum. [c] Reliqua pars, quæ inter hæc me- I.I.I.I.
dia eſt, tota carnea eſt, præterquam quod interſectionibus quibuſdam neruoſis diſtin- z, 4.9.I.I.
cta. Vocantur autem [d] *Interſectiones* ab Anatomicis, nerueæ quædam fibræ horum I.I.
muſculorum, oppido quam denſæ, & carnibus mutuo intertextæ, internodia quædam a, 4.10.
referentes. Græci περιγραφὰς, & *circumſcriptiones* vocant, quia muſculum diſtinguere vi- a.a. b, b.b.
dentur, & partes ipſius circumſcribere. Harum vtplurimum ſemper tres obſeruantur, c, D.E.D.
ex quibus *vna* ſub vmbilico eſt, *duæ* vero ſupra: nonnunquam etiam tres ſupra conſi- d, E.E.
ſtunt, & tum tertia directe vmbilico opponitur. Interdum etiam quatuor, ſi abdomen
ſit longiuſculum; ſed rarum id eſt, multoque adhuc rarius, omnes deeſſe. Illud autem
ſilentio neutiquam prætereundum eſt, muſculos rectos circa pubis oſſa coniunctos,
paulatim verſus vmbilicum, & ſuperiores vmbilico partes disiungi, vſque eo, vt circa
ſternum digiti fere latitudine, & quod excurrit paulo, ſeparati videantur. Multo au-
tem memorabilior, magiſque digna ſpectatu eſt illa in [e] facie interiore vaſorum inſer- e, 4.11.I. I.I.
tio, ex quibus alia deſcendunt, alia aſcendunt. [f] *Deſcendunt* à ſuperiore parte, Venæ & f, G.H.
Arte-

*Duo extrema rectorum.*

*Interſectiones.*

*Numerus interſectionum.*

*Vaſa.*

g, L.M. Arteriæ Mammariæ; [g] *aſcendunt* contra ab inferioribus ſurſum Epigaſtricæ, tandemq; *Anaſtomoſis vaſorum.*
h, N. per [h] anaſtomoſes circa regionem vmbilico adjacentem inuicem junguntur. Hæc Vaſa conſenſum illum inſignem inter vterum ac mammas inferre, tradunt Anatomici; ſed cum in maribus ſimiliter cernantur, pro nutritione quoque & vita condita eſſe, credibile eſt. Anaſtomoſis etiam illa in maribus raro, aut nunquã obſeruatur, quod neceſſaria non fuerit: at in grauidis atque puerperis, in quibus hæc vaſa, vt vteri quoque, impendio tument, maxime ſenſui obiicitur. *Neruos* etiam habent, qui tum in vtrumq; extremum, tum in ſingulas interſectiones tam frequentes inſeruntur, vt nonnulli ex ipſis nervis interſectiones contextas eſſe ſibi perſuaſerint. *Inſuperius extremum inſeruntur*, orti ab extremis thoracis vertebris ab intercoſtalib. prodeuntes, qui peritonæũ perforant: *in inferius* (alij id non obſeruarunt) à primo lumborũ pari exporriguntur. *Nerui.* *Obſeruatio.*

i, 4.12.F. F F.† I.I. I I. Rectis [i] Transversi ſubſternuntur, qui infimi ſunt inter muſculos abdominis. Hi initium primo ſumunt [l] *nerveum membranoſumq;*, à ligamento prædicto ex tranſuerſis vertebrarum lumborũ proceſſibus enato, deinde aliud [m] *carnoſum*, ab interioribus *Transuerſi.*
l, e.e. coſtarum notharum finibus, quibus ſat longo ductu, in interna thoracis parte junguntur,
m, f f. mox carnoſi redditi, [n] latum tendinem circa ſemilunarem lineam, vt obliqui, eiuſ-
n, g.g. dem etiam cum illis ſubſtantiæ efformant, & ſic verſus [o] lineam candidam properant,
o, M.M. cui tandem, vt priores inſeruntur. Tendo hic cum tendine obliqui aſcendentis ſuperius valide jungitur; ſed multo adhuc validius inferne cum peritonæo, cui incumbit, cum ita contumaciter ſibi id nectat, vt in homine integre ac citra dilacerationem à ſe mutuo ſeparari vix poſſint. Hic tamen tendo juxta pubem peritonæum deſerit, vt ſic nudum ſeſe offerat viſui. *Cæterum in his muſculis*, quemadmodum & in obliquis, diligenter obſeruandum eſt, tendines binis in locis perforatos eſſe, [p] *vno* ſcilicet iuxta vmbili- *Foramina tendinum.*
p, 4 8.O.
q, S. cũ, *altero* vero, *in* [q] *deſcendentibus* quidem, juxta oſſis ilium ſpinam inferiorẽ; *at in reliquis*, prope os pubis. Et circa vmbilicum quidem, vno foramine, vt vaſa vmbilicalia prodeant; at circa ilium & pubis oſſa duobus, vtrinque vno, per quod *in maribus*, ad teſtes & ſcrotum, vaſa ſeminaria præparantia ex abdomine egrediuntur, rurſumque à teſtibus ex ſcroto deferentia per eadem abdomen ingrediuntur, vt poſtea in paraſtatas deſinant: at *in fæminis*, ligamenta rotunda ab vtero ad ſummam pudendi partem tranſeũt. Quod ſi foramina hæc laxentur, quæcunque cauſa ſit, ſiue extrinſecus aduenieñs, ſiue interne nata, herniæ oriuntur, quæ vel vmbilici eſſe dicuntur, vel inferiorum foraminum. Et tunc vel omentum, vel inteſtina excidunt, & vel in inguina tantum, aut etiam in ſcrotum, vnde variæ ſpecies herniarum oriuntur. Fœminis tamen hernia non niſi ad inguina fieri poteſt, cum ſcroto careant. *Hernia.*

r, 4.10. I.I. Cęterum, his quatuor paribus Galeno cognitis, vt diximus, Gabriel Falloppius pręclare de anatomico ſtudio meritus, [r] quintum par adiunxit, quod ipſe Pyramidale vocauit, & *ſuccenturiatum*. *Pyramidale* quidem à figura: *ſuccenturiatum* autem ab vſu, quia cæteris abdominis muſculis in compreſſione veſicæ, dum vrinam reddimus, ſubſidio venire, creditur. Hoc nonnulli inter muſculos referendum pernegant, ſed portionem tantum eſſe carneam, & rectis muſculis adnatam contendunt. Sed reuera muſculi ſunt diſtincti, tum quia à muſculorum rectorum extremo inferiori, propria membrana ſeparantur: tum quia proprias habent fibras, à fibris rectorum diſtinctas. Modice enim *Pyramidalis.* *An diſtinctum par muſculorum.*

 hæ obli-

oppium hoc quoq; obſeruaſſe, nemini defuiſſe, niſi illis, in quibus muſ-
]; aſcendentium principium non incepit primum à ſpina, ſiue appendi-
ſed inferius à ligamento illo valido, quod ab eadem ſpina, vſq; ad pubis
im .n. aſcendentium principium horū munere fungitur, ſicq; ipſi meri-
int. *Oriuntur* autem principio carnoſo, nec admodum lato, ab [ſ] externo *ſ,* c.
inferius [t] rectorum extrema conſcendunt, hinc obliquis fibris carnoſi *t,* a.
nem abeunt nerueum, ac teretem, quo in lineam albam deſinunt. Inter-
tendo, & qui [u] ad dimidium tantum longitudinis ſpatij, quod infra *u,* H.
t, alligatur: quandoq; longior, & qui vſque ad [x] vmbilicum pertingit. *x,* G.
*im* quoq; horum muſculorum intueamur, ſciendum, ſiue agant ipſi, ſiue
m eos præſtare multiplicem. *Dum* enim *quieſcunt, primo* quidem propu-
lam munere funguntur, ſicque viſcera & partes in infimo ventre con-
rnis iniurijs defendunt: *deinde* & tegumenti locum ſubeunt, quod calo-
foueant, ſicq; concoctioni ipſius alimenti plurimum vtilitatis afferunt.
*vna omnes* in idem officium conſpirant, *vel ſinguli* peculiarem vſum præ-
plex actio prodeat, communis inquam, & propria: ac communis iterū,
vel ſecundaria. *Primariam* vocamus æquabilem illam abdominis com-
n qua muſculi omnes eodem tempore ad ſua principia ſingulari quadā
runtur: *ſecundariam* contra, quæ hanc immediate ſequitur, qualis in fæ-
ı ſexu fœtus eſt excluſio, in vtroq; autem fæcum, & vrinæ. De hac Gale-
ripſit lib. de muſcul. diſſect. cum portionem horum muſculorum infer-
e illorum, qui veſicæ ipſi incumbunt, mictioni apprime conducere ait:
tio demonſtrare licuerit, cum abdomine omni ex parte æqualiter com-
id in inteſtinis continetur, aut ſurſum, aut deorſum neceſſario tendere
oerius cum egredi nequeat, preſſis ſimiliter à Diaphragmate (dum ſpiri-
ı inteſtinis: nec in lateribus conſiſtere poſſit, ijſdem ſimiliter ab obliquis
nuſculis cohibitis, neceſſario profecto per inferiora & anum egredi co-
nodo in partu vterus à muſculis vndiq; vrgetur, vnde onus ſuum quā
iere omnibus modis conatur. Cæterum hæc compreſſio, & alium vſum
on minus ſcitu digniſſimus eſt. Cum enim erigentibus nobis ſubito cor-
er currentibus, inteſtina viſceraq;, niſi impedirentur, ad infima imi vē-
corruerent, quod alligata ita non ſint, quin delabi (niſi ſuſtentaculo im-
:ant: Abdominis muſculi, vt pote ad contractionem promptiſſimi, q-
ım à lateribus, tum etiam anteriore ſede protinus ſubueniunt, & in lo-
ıanimi ac æquabili compreſſione detinent. Ex quo humanæ vitæ duo
ria emergunt commoda: tum ne viſcera locum mutent, & confundan-
itonæum tam valido lapſu rumpatur, & herniæ obtingant.
*am* cuiuſq; horum muſculorum actionem, & vſum maximas difficulta-
tes in-

nibus,impendio maiore robore, quam æqualiter ſibi incumbentibus,quamcunque rem à nobis metipſis premi. Præter hos vſus,& alius eſt,ille videlicet, quo Rectis muſculis auxilio veniunt, quæ res tum in extenſione Thoracis,tum flexione eiuſdem maxime erat vtilis, & neceſſaria. *In extenſione* quidem verſus poſteriora, cum prohibeant, ne Recti muſculi nimium extenſi, ruptionis periculum incurrant: in *flexione* vero ad anteriora, (qui motus longè validiſſimus eſt, & inſigne robur ac conatum requirit,) vt minore labore difficultateve,contrahant. Quo nomine ſi quis ſit,qui obliquos hos muſculos, ob maxime neceſſarias,& robuſtiſſimas Rectorum muſculorum actiones, conditos à Natura profeſſus fuerit,non vtique à veritate, meo quidem judicio, longè aberrauerit: Sed & quam bene id ſtatuere liceat, fuſius à nobis poſtmodum demonſtrabitur,vbi prius vſum Rectorum plenius explicuerimus. Interim,vt,quidquid hoc muneris fuit,commodius exſequerentur,ſapientiſſimus rerum Opifex, gemino tendine vtrumque ſic inuoluit,vt quaſi in vagina quadam coërcitus & concluſus videatur. De quo ſane ſi breuiter hoc loco quid dicere & perſpicue voluerimus,non rectius licebit,quam ſi ligamentis annularibus, quæ circa carpum in manu, tarſumve in extremo pede occurrunt,tendinem hunc contenderimus. Vt enim illa tendines muſculorum qui flexioni extenſionive digitorum dicati ſunt,in ſua ſede validè inter contrahendum detinent: eadem ratione hi quoque tendines,ne forte Recti,in corporis,ſiue Thoracis flexione exorbitent, quam optime præpediunt. Atque hæc quidem de vſu Obliquorum nunc breuiter dixiſſe ſufficiat.

Rectorũ muſculorũ actio, & vſus proprius.

In RECTORVM *muſculorum* vſu proprio indicando, tanto diligentius laborandum nobis eſt,quãto verius eſt illud,quod modo diximus, obliquos abdominis muſculos propter hos ipſos(etſi non primario,)conditos eſſe. Quoad Galenum tamen videtur is horum muſculorum vſum ſtatuiſſe, compreſſionem tantum anterioris partis abdominis. Libro enim 5. de vſu part. cap. 14. rectos muſculos, ἀπὸ τῶν στέρνων ἄχρι τῶν τῆς ἥβης ὀστῶν ἐκτεταμένους, hoc eſt, *à pectore vſque ad pubis oſſa extenſos ait*: & paulò poſt: *Secundum*, inquit, *abdominis longitudinem extenſi, propè vtramque è cartilaginis enſiformis partem*, τὴν ἄνωθεν ἔκφυσιν ἔχουσι, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς ἥβης ὀστᾶ καταφέρονται, hoc eſt, *ſuperiorem enaſcentiam habent, & ad pubis oſſa feruntur*. Ex quibus verbis concluditur, horum muſculorum principium ex Galeni mente, à cartilagine enſiformi prodire; finem autem in oſſibus pubis conſtitui. Quin & quod hic obſcurius dictum eſt,expreſſius alibi ſcripſit. Et *de principio quidem*, 5. de Vſu part. cap. 15. teſtatus eſt, quo loci à mucronata cartilagine capita rectorum pendere tradit: & lib. 5. de Anat. adminiſt. c. 7. partem muſculi recti, quæ ad cartilaginis enſiformis latera adnectitur, τὴν ἄνωθεν ἀρχὴν, hoc eſt, *ſuperius principium* appellat: paulo autem poſt, κεφαλὴν & *caput* vocat. De *fine* autem eorundem, ibidem capite 6. loquens, in oſſa pubis, carnis interuentu, implantari ait. Quod ſi ergo ſecundum Galenum, in pubis oſſibus finis, at in pectore principium eſt, dum ſeſe contrahent verſus principium, anteriora abdominis compriment, immotis etiam oſſibus pubis. Quæ contractio eoſdẽ ſane vſus circa anteriorem imi ventris regionẽ obtinet, quos antea obliquos, circa laterales eiuſdem ſedes, præſtare diximus. Dum enim Venter turget cibo, aut in validis reſpirationibus viſcera deſcendunt, vel fæces excernendæ ſunt; *retinet* ibi, ne viſcera rumpant ventrẽ, aut *excipit* hic, ne inter ſe confundantur,

vel

vel *comprimit*, vt fæces facile expellantur. Cæterum contra Galeni ſententiam *Recentiores* quaſi ad vnum omnes inſurgũt, inter quos & doctiſſimus eſt Andreas Veſalius, & Gabriel Falloppius, qui Rectos muſculos à pubis oſſe enaſci, & ad ſternum deinde ferri, ad cuius latera coſtis inſerantur, contendunt. In quam opinionem delapſi ſunt, quod pubis & ilium oſſa immobilia eſſe crediderunt. Cum ergo muſculi, non niſi in mobilẽ partem inſerantur, quod voluntarij motus ſint organum, non niſi in thoracem inſeri, & à pubis oſſe enaſci poſſunt. Poſito autem fine circa thoracem, in alium lapſi ſunt errorem, credentes horum muſculorum id eſſe muneris, vt reſpirationi inſeruirent, thorace deorſum tracto, quo ſuperius dilatetur. Ego vero, vt ab his maxime diſſentio, ita Galeni ſententiam tanquam veram lubenter amplector: aliam tamen adhuc actionem, & multo quam illa quæ à Galeno inuenta eſt, nobiliorem addo. Vt enim de obliquis dixi, eos non tantum propugnaculi eſſe loco, nec ſolum tegumenti, *dum quieſcunt*: ita non tantum, *dum agunt*, abdomen comprimere; ſed & thoracem oblique flectere: ſic idem de Rectis quoque nunc inquam, eos præter cætera hæc enumerata officia, pectus etiam ad pubis oſſa, & pubis oſſa econtra ad pectus trahere, ſicque Thoracem flectere. Mirabile ſane auditu eſt, ex contractione eorundem muſculorum, duos diuerſos motus cieri; at ſi quis tantum velit animum aduertere, reipſa ſe, vt dico, hæc habere, facillimo negotio cognouerit. In lecto enim decumbens, manum abdomini admoueat, quà parte recti ſunt muſculi, percipiet manifeſtè, dum inter ſurgendum thoracem erigit, contractionem horum muſculorum fieri, & ab his pectus ad oſſa pubis flecti. Contra, ſi ſupinus in lecto decumbens, & capite decliui, pedibus vero extra lectum terræ inſiſtens, inferiores partes ad ſupernas velit contrahere, ſicque in lectum ſe voluere, eoſdem rectos muſculos contrahi animaduertet, pubiſque oſſa cum vtroque innominato, verſus pectus flecti. Et quamuis hoc ipſum ſatis eſſe poſſit, vt dubitandi de motu illorum oſſium, nullus amplius relinquatur locus: ne quis tamen anceps hęrere vlla ratione valeat, duobus adhuc alijs motibus probare idem conabor. *Primo* enim ſi quis vtroque crure terræ, pedibus coniunctis, inſiſtat, alterum deinde totum crus perpendiculariter eleuet, obſeruabit à terra tranſuerſæ manus interuallo crus tolli, id quod neutiquam poſſet contingere, niſi innominatis oſſibus motis, aut femoris oſſe, ex acetabulo ſuo exſiliente. At enim, vt hic ratione & animo hunc motum aſſequimur, ita tactu quoque facile percipiemus, ſi manum lateri ipſorum oſſium imponamus. *Quin imo* adhuc manifeſtus patebit idem, ſi quis leuiter ad latus ſcabelli alterutro clune inſidens, alterius cruris valide digitis innitatur terræ, & clunem, quo non inſidet, eleuet, tunc enim hæc innominata oſſa moueri ſurſum patebit, quam patet vere digitos motu præditos eſſe, dum manũ in pugnũ contrahimus, cum innominata oſſa, ad ipſas vſque coſtas ſpurias attolli comperiet. *Concludamus ergo*, oſſa ilium & pubis moueri; *ſed oſſa ilium per ſe*, propter articulationem cum oſſe ſacro; *oſſa autem pubis per accidens*, quatenus ilium oſſibus per συνχόνδρωσιν junguntur, vnde illis motis & ipſa cientur. *Motus* autem vtriuſque *vel obliquus* eſt, *vel rectus*: & *obliquus* quidem ab Obliquis deſcendentibus oritur: *rectus* autem, à Rectis. Atque hæc quidem noſtra eſt de rectis muſculis opinio; in quam ſane non temere, neque fortuito incidimus, ſed primum his experientijs, & deinde ratione ducti,

*Recti thoracem flectunt.*

*Oſſa innominata moueri probatur.*

*Concluſio*

*Quales ſint motus oſſium innominatorum.*

T quam

quam maxime quidem neceſſariam eſſe nobis perſuaſeramus. Cùm enim omnes corporis muſculos intuiti, dorſum & thoracem extendi videremus, neceſſario alios quoque qui eundẽ flecterent, dari collegimus. Vt enim præclare Galenus, de mot. muſcul. docet, nulla omnino eſt particula, quæ vno duntaxat muſculo moueatur: ſed ſi quidem deſuper aliquis enaſcatur, omnino alius inferna parte contra adnaſcetur; & ſi ex dextris aliquis, omnino alius ex ſiniſtris. Vnaquæque enim particularum, quæ à muſculis mouentur, veluti à quibuſdam habenis in contrarium diſtracta, viciſſim habet alterũ ipſum intenſum, alterum laxatum. Cùm ergo Thorax antrorſum flectatur, muſculo à quo flectatur indigebit, nec vero præter rectos alius vllus erit, qui id officij præſtet. Quin imo id clariſſime vel inde licet colligere, quod muſculis his per tranſuerſum ſectis, flexio thoracis protinus tollatur. At enim cum ex hac opinione, maximum incõmodum ſequi videatur, & quod in Anatomicis merito inter abſurdiſſima reponi poſſit, antequam hinc diſcedamus, ipſi ſatisfaciendum eſt. Si enim pectus ad oſſa pubis, & hęc ad pectus moueantur, idq; beneficio rectorum muſculorum, ſequetur inde, rectos muſculos duo habere principia, duoſq; fines, principium, inquam, vnum, & vnum finẽ in pectore, alterum vero in oſſibus pubis. Dum ergo trahentur pubis oſſa thoracẽ verſus, principiũ horum muſculorũ in thorace erit, finis ad pubis oſſa: cõtra, dum Thorax verſus pubem, principium ad pubem, finis iuxta pectus. At omnium Anatomicorum conſenſu principium cum fine in vno muſculo, eodem loco eſſe nequit. Sed enim ego principium vnum, & vnum finem pono. Dum enim contrahuntur, vnum os quieſcit, alterum mouetur; ſic pectore quieſcente, mouentur pubis oſſa; his quieſcentibus, cietur pectus. Itaq; ratione vnius temporis, quo agunt, vnum principiũ eſt, vnuſq; finis; at reſpectu diuerſi, quo vel partes ſuperiores deorſum, vel inferiores ſurſum trahũtur, duo principia, & duo fines erunt. Quod ſi quis neutiquam ſibi ſatisfactum eſſe hac reſponſione putauerit, ſed inſtet adhuc, nihilominus duo principia, duoſq; fines futuros eſſe, ego id neutiquã abſurdum eſſe dixero, ſed potius anatomicis demonſtrationibus facili negotio confirmari poſſe. Si enim verum eſt, quod apud Galenũ paſſim legimus, neruum in muſculis inſeri, vel in principio, vel circa principium vſq; ad medium, nullibi vltra medium: profecto concludendum erit vel ex hoc ipſo, duo eſſe horũ muſculorum principia, vnum ſuperius, alterum inferius, cum vtriq; extremo nerui, vt in hiſtoria oſtendimus, inſerantur, nec vero nerui ſolum ſic, ſed & Venæ, & Arteriæ implãtantur. Et cum vaſa hæc non minus tantum in principium, & circa medium muſculorum inſerãtur, nunquam in finem, vtraq; hic per vtrumq; extremũ diſpergi, videmus, & per ſuperius quidem, vaſa mãmaria deſcendentia; per inferius epigaſtrica aſcendẽtia. Sed videamus nunc quanto artificio Natura hos muſculos ad edẽdos modo dictos motus conformarit. Primũ *binos* fecit, vt cæteros abdominis muſculos, quod, vti optime Galenus prodidit, corpus noſtrũ ſit geminũ, dextrum & ſiniſtrũ: deinde vt fortior ſit motus. Fibræ autem recta per corporis longitudinem excurrunt, ſi quidem rectæ corporis flexioni ſint deſtinatæ. Sunt etiam *toti quaſi carnei*, nullo manifeſto tendine, niſi paruo admodum & exiguo ad pubis oſſa apparente, vt magis contrahi in ſe poſſint, & incuruari, cum carnea portio in muſculo, non tendo vnitus contrahatur, propterea vt facilius, & citra dilacerationem, in validis dorſi extenſionibus cederent.

*Reſpondetur abſurdis quæ ex Authoris ſententia ſequi videntur.*

*Artificiũ Naturæ in fabrica muſculorum rectorum.*

Tendines

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

mus:recta quidem,ſi paribus concurrant in opere viribus, at antrorſum magis,vel retrorſum,prout flectens,aut extendens magis contrahitur.

*Flectens lumbos.* [a] FLECTENS ergo *par*,ſiue Lumborum quadratum,(à figura ſic dictum)in abdominis interna regione ſitum eſt, & [b] ab oſſis ilium [bb] poſteriore ſuperioreque cauitate:tum oſſis ſacri ſuperiore, latum, craſſum,ac carnoſum enaſcitur, ſupra lumborum vertebras aſcendit, proceſſibus earum tranſuerſis adhærens, ſicque ſenſim anguſtius redditum,tandem [c] duodecimæ coſtæ inferna parte carnoſum [d] implantatur.

*Extendẽtes lũbos.* [e] EXTENDENS par, ſiue *Sacrum*, ſic ab exortu vocatum, quod ab [f] oſſis ſacri externa parte,vbi ipſi ſpina cum ilium oſſe connectitur,[g] enaſcatur, mox aſcendens carnoſius redditum, [h] triplici tendinum genere, veluti anſulis donatur: quorum *primum elatius*, in ſingulos tranſuerſorum vertebrarum lumborum proceſſus inſeritur: *alterum inferius*, in eorundem proceſſuum radices:*tertium*, in ſpinas ſingularum vertebrarum. Hinc ſenſim latius redditur, poſteaque anguſtius, & in [i] duodecimæ thoracis vertebræ ſpinam, acuto fine terminatur. Huius fibræ oblique verſus interiora aſcendunt. [l] totus autem muſculus ſub principio longiſſimi dorſi, quem ſupra deſcripſimus, occultatur.

## CAPVT XII.

### *De muſculis Teſtium, Veſicæ, Ani, & Penis.*

Teſtium muſculi. TESTES cum natura penduli eſſent, vaſa ſpermatica, quibus alligantur, pondere ſuo nonnunquam nimium diſtraxiſſent, niſi prouida in omnibus Natura muſculos largita foret,qui à Græcis κρεμαστῆρες,hoc eſt,*Suſpenſorij* vocati, quod eorum beneficio ſuſpendantur. *Numerus.* Sunt ergo [m] duo muſculi,vt duo teſtes,vtrinque vnus, oblongi,graciles,ex fibris rubicundis,carnoſis,ac rectis conflati,qui à ligamento illo valido, quod à ſpina oſſis ilium,ad oſſa vſque pubis excurrit, originem ſuam ea in parte ducunt, vbi tranſuerſi abdominis muſculi deſinere conſueuerunt: hinc per [n] foramina tendinum (quæ à nobis in hiſtoria illorum muſculorum expoſita ſunt) vna cum vaſis ſpermaticis,quibus valide adnectuntur,tranſeunt,donec tandem [o] in teſtem deſinant.

VESICÆ muſculus. [p] VESICA duos habet muſculos, *vnum*, qui vrinam retinet: *alterum*, qui pellit. Quam fœda enim foret humana vita,ſi vrinæ ſtillicidio continuo corpus contaminaretur? at quam infelix contra, niſi in noſtra foret poteſtate, & cum volumus, vrinam reddere, aut eandem retinere? Quare Natura muſculum quidem dedit *alium*,cuius beneficio clauſum teneri veſicæ os poſſet, & cum opus, aperiri:*alium*, quo mediante pro noſtro arbitrio, vrina detrudi. Vocatur *ille* ab officio σφιγκτήρ, *Veſicæ conſtrictor*: hic, nomine caret,cum nec ab alijs in muſculorum ordinem relatus ſit, ſed pro prima veſicæ propria membrana habitus. Primus autem Excellentiſſimus Hieronymus ab Aquapendente Præceptor noſter hunc vſum tribuit, cuius authoritatem nos ſequentes, *Vrinæ detruſorem* appellabimus. *Veſicæ cõſtrictor.* [q] *Conſtrictor* ergo in [r] collo veſicæ ſitus eſt, à cuius ſubſtantia diſtingui, vt ani ſphincter, haud poteſt, cum, ſi rem recte æſtimare volueris, ipſius ceruicis ſubſtantia ſit carnoſior, tranſuerſis orbicularibus fibris intertexta. Hic dum in media figura ſitus eſt, vſque adeo exacte Veſicam occludit,

vt ne

*a*, 4.13. N. N. *parte anteriorẽ monſtrat, at* 4. 5. R.R. & 4.6. P.P. *poſteriorem.* *b*, 4. 6. N.N. *bb*, c. c. *c*, 12. 12. *d*, d.d. *e*, 4.5. L. M. N. *integre cõſpicuus*, & 4.6. K. L. M. *nõ nihil euolutus* † 4. 7. G. G. *f*, Q. *g*, 4. 6. K.L. *h*, æ.æ. *i*, M. *l*, 4. 5. L.M.N. *ſub muſculo* b.b. *extra ſitũ leuato, collocatus.* *m*, 8. 2. Q.Q. *ex quibus dexter in ſuo fere ſitu eſt, ſiniſter extra ſitum cernitur.* *n*, 8.11. c.c. *o*, Z. Z. *p*, 8.13.1. M.M.M. *q*. O. O. *r*, N.

vt ne guttula quidem vrinæ inde effluere valeat, contra vbi laxatur, vrinam emittit. Hunc vſum facile addiſcimus, dum eos intuemur, quibus paralyſi laborat: aut ab imperitis Lithotomis in calculi extractione, tranſuerſis fibris inciſis, læſus eſt. His e-
s, M.M.M. nim præter voluntatem perpetuo ſtillicidio vrina effluit. [s] *Detruſor vrinæ* alter eſt, inter communem, & ſecundam propriam veſicæ membranam ſitus, cum reuera prima pro- *Detruſor vrinæ.*
t, a. a. pria ipſius membrana ſit, ſed nonnihil [t] fibris carnoſis conſperſa, quæ ſeſe egregie, facta aliqua ſanguinis affluxione, in conſpectum proferunt. Hic dum contrahitur, cum fibræ per veſicæ corpus recta excurrant, veſicam veluti manus comprimit, vnde quidquid in ipſa eſt, expellitur. Hinc videmus non tantum vrinam effluere cum volumus, ſed & concitato quodam impetu detrudi, & in altum fundi. Quo in munere tamen & *Pyramidales* abdominis muſculi, & in quibus hi deſunt, *Tranſuerſi* ſuccurrunt, quod quiuis vel in ſeipſo experiri poteſt. Et hinc eſt, quod ſenes vrinæ aliqua difficultate laborent, quia animalē facultatē debilitatam habēt vitæ diuturnitate: itemque ij, qui herniam habent, quod laxato peritonæo, & tenſione illa maxime neceſſaria dempta, vtcunque pyramidalium muſculorū vis robuſta ſit, veſica haud ita bene comprimatur.

u, 8.14.P. [u] ANVS, ſiue *podex*, qui [x] recti inteſtini finis eſt, tres ſortitus eſt muſculos, quorum *Ani muſculi.*
x, O.O. *primus* ipſum conſtringit, (vnde σφιγκτὴρ dictus) ne præter voluntatem nobis alvi feces erumpant, vbi vel abdomen validius comprimitur, aut ſpiritus diutius retinetur: *duo poſteriores* eundem poſt excretionem ſurſum in ſuum locum retrahunt, præſertim poſt inſignes conatus, in quibus è ſuo loco prodire vt plurimum conſueuit. Vtriuſque vſum & nobilitatem optime agnoſcimus, cum paralyſin forte patiuntur: tunc enim *læſo illo*, excrementa præter voluntatem erumpunt: *his vero* affectis, dependet turpiter podex, & digitorum fæda opera, vt in locum reſtituatur, eget. Illum ergo ab uſu, Ani conſtrictorem: hos, Leuatores impoſterum vocabimus.
y, Q.& 8. 15.I. [y] *Conſtrictor* autem muſculus, orbicularis eſt, & latus, ab inferioris oſſis ſacri vertebris enatus, inteſtino recto, magno ſpatio, tranſuerſis fibris circumannectitur. hic, cum ſuperiore ſui ſede, qua in abdomine eſt, multo quam inferiore, vbi cuti proxima, craſſior ſit, imo cuti ita adnaſcatur, vt (quemadmodum illi in palpebris labiiſque) ſeparari ab ipſa vix queat, Galenus commotus fuit, vt duos conſtitueret conſtrictores muſculos, & partem quidem inferiorem cuti connexam, *Cuticuloſum*: alteram vero ſuperiorem, *Tranſuerſum* vocaret, quem *Conſtrictor.*
z, R.R. & 8.15. K.K. noſtro tempore nonnulli & ex Recentioribus ſecuti ſunt. [z] *Leuatores* duo exigui ſunt, lati, membranoſi, ac tenues, ſub veſica ſiti. Hi à ligamentis oſſium pubis, coxendicis, & ſacri, à parte interna enati, ad podicis vtrumque latus deſcendunt, ac elatiori conſtrictoris regioni inſeruntur. *Leuatores.*

PENIS quatuor habet muſculos, intra femora, non procul à ſcroto ſitos, ex quibus duo *Collaterales* ſunt; qui breuiores ac craſſiores: duo vero *inferiores*, qui longiores, tenuioreſque. *Penis muſculi.*
a, 8.15. G.G. † 8. 14. T. T. [a] *Collaterales*, ſiue *penem erigentes*, vt ab vſu nomen indamus, à coxendicis appendice, infra principium corporum penis, neruoſi prodeunt, mox carnoſi redditi, oblique aſcendunt, & in [b] penis corpora prope exortum [c] implantantur. Hi penē *Collaterales.*
b, D.D. c, e. in congreſſu venereo retinent, ne verſus Auſtrum, vel Aquilonem (vt ioco dicitur) ſe
d, 8.15.F. F.† 8.14. vertat: ſed recta ſemper in ipſa pugna perſiſtat. [d] *Inferiores*, ſiue *Vrethram trahentes*, ab [e] ani conſtrictore carnoſi [f] exorti, & [g] internis ſuis lateribus vniti, recta ſub [h] pene *Inferiores.*

 ad

ad anteriora properantes, tandem ad [i] medij canalis latera inſeruntur. Inferiorem S.S.
[l] canalis, ſiue vrethræ partem trahunt, vt aperiatur, cum alias tumentibus penis ner- *e,* I.
uoſis corporibus à ſpirituum affluxu, conſtringerentur. *f,* a.

*g,* b.b.
*h,* D D.
*i,* c.
*l,* E.

# CAPVT XIII.

## *De muſculis Scapulæ.*

SCAPVLÆ muſculi.

EXPEDIVIMVS adhuc vſque omnes, qui ad tres Ventres pertinebant muſculos: nunc breuiter eos quoq; aggrediemur deſcribendos, qui ad ARTVS, & primum quidem ad MANVM ſpectare videntur. Hi à me in muſculos ſcapulæ, oſſis humeri, cubiti, radij, carpi, & digitorum diuidentur. Agemus autem in præſentia de ſcapularum muſculis, quæ quadruplici cientur motu, *antrorſum, retrorſum, ſurſum, & deorſum.*

Scapulæ motus.

Non tamen ſingulis motibus ſinguli deſtinantur muſculi, quemadmodum in enarratis quamplurimis, vt nec ideo noſtro more appellationes ab vſu deductæ imponendæ ſint, ſed à figura potius appellationes commodæ donandæ.

*Primum par.*

[m] *Primus* ergo *Cucullaris* dicitur, quod cum coniuge ſuo cucullos monachorum non inepte exprimat. Hic primo [n] tranſuerſim ab inferiore parte oſſis occipitij verſus aurem, vbi [o] ſinum eius gratia exſculptum diximus, principio carnoſo oritur, deinde [p] recta ſecundum corporis longitudinem ex proceſſibus poſterioribus vertebrarum colli, & octo ſuperiorum thoracis, principio membranoſo & lato, junctus ſuo coniugi alterius lateris. [q] Hinc verſus ſcapulam ad externum corporis latus procedens, ſemper anguſtior redditur, donec tandem in totam ſcapulæ [r] ſpinam, & [ſ] ſummum humerum, [t] baſinque fere mediam, & clauiculæ partem, quæ lata eſt, neruoſo ſimul & carnoſo [u] fine inſeratur. A Galeno *Trapezius* dicitur, quo nomine Geometræ figuram quadrilateram inæqualibus lineis circumſcriptam appellant. Habet enim *quatuor latera*, quorum [x] *primum* in oſſe occipitij tranſuerſum eſt, carnoſum, & primum principium à nobis conſtitutum eſt. [y] *Alterum*, per ſpinam vertebrarum ceruicis, & octo ſuperiorum thoracis deſcendit, membranoſum, quod ſecundum initium poſuimus, & quo cum ſuo compari jungitur. *Tertium*, ab externa primi lateris ſede incipit, & ad ſummum humerum oblique deſcendit. [a] *Quartum*, à ceruice ſcapulæ, quæ ad clauiculam eſt, ad octauam vſque thoracis vertebram procedit, circa quam ſecundum latus deſinebat. Cæterum cum latiſſimum habeat principium, & anguſtum ſatis tendinem ac finem, ipſius fibræ vario quoq; ductu feruntur, ex quibus quædam rectæ ſunt, quædam obliquæ. [b] *Rectæ*, quæ medium quaſi ipſius occupant: [c] *obliquæ* autem, tum quæ verſus humerum ab occipite ad ſcapulam *deſcendunt*, tum quæ à vertebris inferioribus thoracis *aſcendunt.* Cum ergo verſus dorſum ſcapulam retrorſum moueat, patet omnibus ſe contrahentibus, recta quidem moueri: at oblique ſurſum, aut deorſum, ſi vel illæ, vel hæ cieantur magis.

*m,* 4.14. A A.A. & 4. 16. A.A. A.B † 4. 14, B.B.
*n,* a.b.
*o,* 2. 6. 5. D.D.
*p,* 4.14 b.d
*q,* a.c. & d.c.
*r,* L.
*ſ,* M.
*t,* N.
*u,* c.
*x,* a.b.
*y,* b.d.
*z,* a.c.
*a,* c.d.
*b,* æ.
*c,* œ.œ.

*Secundũ.*

[d] *Secundus, ſcapulam attollens*, & *leuator* dictus, à me vero per jocum *patientiæ muſculus*, quod ægrè ferentes, quæ nobis forte aduerſa accidere, ſcapulam huius ope, cum humero, patientiæ amarum ingeminantes nomen, eleuemus. Hic à vertebrarum ceruicis, primæ, tertiæ, quartæ, & quintæ tranſuerſis proceſſibus, [e] quatuor quaſi ſeparatis in-

*d,* 4.14. C. † 4. 17. A.
*e,* 4.17 nu. 1.2.3.4.

# CAPVT XIV.

## *De muſculis oßis humeri.*

HVMERI oſſis muſculi. Numerus muſculorum.

HVMERI OS quinq; cietur motibus. Ducitur *antrorſum*, mouetur *retrorſum*, eleuatur *ſurſum*, trahitur *deorſum*, deniq; *in gyrum circumuertitur*. Muſculi, qui hos motus abſoluunt, ſeptem ſunt numero, quibus ab vſu nomen largiemur.

*Primus.* b *Adducens humerum* primus eſt, *Pectoralis* vulgo à ſitu vocatus, cum thoracis anteriorem partem occupet. Hic principium habet latiſſimum à diuerſis partibus enatum, etſi vnicum ſit & continuum. Nam *in ſuperiore* ſui *parte* à c clauicula media, qua parte teres eſt, & pectori proxima, oritur: *in media*, d à tota longitudine ſterni, & ipſi annexis cartilaginibus: *in infima*, à ſextæ, ſeptimæ, & octauæ coſtæ cartilaginibus. *Prima pars* carnoſa; *ſecunda & tertia* membranoſa, & neruoſa eſt: vnde & Galenus in tres diuidi poſſe non male ſtatuit. Carnoſus autem ſtatim, & craſſus redditur, ſenſimque anguſtior verſus humerum, & externam corporis partem properans, donec tandem ad latus thoracis in e tendinem breuem, ſed latum, nerueum, ac robuſtum deſinat, qui oſſi humeri ſecundum longitudinem, non multo ſub ipſius capite inter f deltoidem attollentem, & g cubiti primum flectentem, ſiue Bicipitem, inſeritur. Principium autem, vt triplex quaſi eſt, ita fibræ quoque triplices ſunt. Quæ enim h *à primo* principio oriuntur, deſcendunt: quæ i *à ſecundo*, recta feruntur, at quæ l *à tertio*, aſcendunt. Vt ergo cum omnes contrahuntur, recta humerum adducunt pectori: ita, cum primi principij ſolius, paulo verſus ſuperiora: cum tertij, ad inferiora pectoris admouent.

b, 4.15.† E.E. — c, C. — d, D.D. — e, d. — f, I. — g, L. M. — h, b. — i, c. — l, a.

*Secũdus.* m *Eleuator*, vel *Attollens humerum*, ſecundus eſt, δελτοειδής, *Deltiformis*, à figura, quæ Δ Græcorum maiuſculum refert dictus, cum ſit triangularis, & ferè æquilaterus. Nonnullis à ſitu etiam ἐπωμίς, quod capiti humeri, ad ſcapulæ articulum, quem ὦμον vocat, inſternatur. Hic ſimiliter vt pectoralis, cuius modo hiſtoriam retulimus, principium habet latiſſimum, quod triplex eſſe videtur, pro triplici parte ex qua enaſcitur, etſi cõtinuum reuera ſit, & vnicum duntaxat. *Anterius* enim ex media clauicula, qua parte lata eſt, & humero vicina naſcitur: *in medio*, à ſummo humero, qua clauiculæ iungitur: *poſterius* vero, ex tota ſcapulæ ſpina, non quidem ſic, vt tota oſſium amplitudo ipſius principijs tribuatur, ſed prominentior tantum ſedes, & ita veluti ex craſſiore linea educantur. Sunt autem hæc principia omnia neruea, ita tamen, vt ſtatim carnea craſſaque reddantur, totuſque muſculus carnoſus deſcendens, paulatim anguſtetur, donec in validum tendinem, carnoſum foris, intus nerueum deſinat, qui tranſuerſim in humeri medio ſub ipſius ceruice implantatur. Cum ergo triangularis ſit, *primum* eius latus erit, quod à media clauicula: per ſummum humerum, ad ſcapulæ ſpinam, ac baſin producitur: *ſecundum* quod à clauicula, ab interna parte, qua cum externo pectoralis dicti latere jungitur, ad humeri eam ſedem, cui implantatur, deorſum trahitur: *tertium*, quod à baſi ſcapulæ, vbi ſpina incipit, ad eam vſque partem humeri, cui inſeritur, perducitur. Ex his lateribus primum maximum eſt, duo reliqua minora, &

m, 4.15.F. F.F.†H. H.I.

ra,& inter ſe æqualia. Vt autem principia diuerſum ſitum habent, ita quoque fibræ diuerſæ ſunt. *Primi* principii, oblique ad poſteriora: *ſecundi*, recta deorſum: *tertii*, oblique ad anteriora, feruntur. His omnibus ſimul agentibus, recta humerus attollitur: at *primo* principio ſolo contracto, verſus priorem corporis partem & faciem; *tertio* autem, verſus poſteriora.

n,4.14.G G.G.G. & 4.16. C.C.D. †4.17.N. N. [n] *Abducens*, tertius eſt, qui & *Latiſſimus*, à magnitudine, cum totum fere dorſum cum ſuo coniuge tegat, à fœdo vſu, quem interdum præſtat, ſcalpendo vel tergendo nates, *aniſcalptor*, vel *aniterſor* dicitur: abſq; eo enim foret, id officii haud exhiberetur. Oritur hic principio [o] membranoſo, latiſſimo, à poſterioribus proceſſibus vertebrarum thoracis, qui à ſexta eiuſdem vertebra ad oſſis ſacri medium pertinent: tum vero & à ſuperiore o,4.14.G G.& †4.17.O.O. oſſis ilium parte: mox ſuperiora petens, vbi ad eam ſedem dorſi peruenit, qua coſtæ incuruantur, membraneus eſſe deſinit, carnoſuſque redditur, ac [p] ſcapulæ angulum inferiorem ſuperuehitur, vbi anguſtatus, valido breuique [q] tendine, at lato, infra humeri p, P. caput ſuperius, inter pectoralem dictum, & rotundum detrahentem, inſeritur. Huq,4.16.D ius tendo, cum tendine pectoralis, cauitatem quæ in ala eſt, conſtituit: cum ille internum, hic externum ipſius latus conficiat. Cæterum, quia latiſſimum habet principium, alias quidem fibras ſublimiores, alias humiliores nactus eſt, ex quo fit, vt omnibus licet retro trahatur humerus, illis tamen ſolis agentibus, magis verſus ſuperiora, his contra ad inferiora deprimatur. *Tertius.*

r,4.17.E. [r] *Deprimens humerum*, quartus eſt, qui *Rotundus* quoque dicitur, & à parte poſteriore ſitum habet, oblique ſub ala. Carnoſus eſt, craſſuſque, ac ſi cum aliis humeri muſculis conferatur teres: vnde *teres* potius, quam rotundus ab iis vocaretur, qui latinæ linguæ proprietatem ſanctius obſeruandam cenſent. Rotundum enim dicitur, quod ſphæri- ſ, x. cum eſt; at teres quod longum, nec anguloſum, vt hic muſculus. Quicquid ſit, [ſ] oritur t, e. hic muſculus carnoſo initio, ex [t] inferiore angulo ſcapulæ, ſicque carnoſus inferiori ipſius coſtæ adhærens, progreditur, ad cuius medium vbi peruenit, eam deſerit, & modice ſurſum delatus, tendine nerueo breui, ſed lato validoque, humero, eadem ipſa regione, qua primus humeri muſculus adducens pectoralis inſerebatur, infigitur, cum ipſi contrarium motum perficiat. Vtcunque autem brachium ſuo pondere deorſum moueatur, indiguit tamen hoc muſculo, tum vt noſtro pro arbitrio motum hunc obiremus, tum vt verſus inferiora duceretur tunc etiam, quoties à ſuo pondere auxilium non habet, vt quando in lecto, aut ſtragulis recumbimus. Eſt autem multo minor deltoide, ſuo contrario; quod maior vis requiratur ad eleuandum aliquod pondus, quàm ad deprimendum. Hinc videre licebit, omnes depreſſores, attollentibus ſibi contrariis minores eſſe. Sic validiſſimus eſt maxillam inferiorem attollens, Temporalis: longe infirmior deprimens, Biuenter. *Quartus.*

t,4.17.F. †.L. *Circumagentium humerum* tres ſunt, ex quibus [t] *primus*, *ſi perſcapularis ſuperior*, carnoſus & oblongus, interſcapulium ſuperius totum occupat. Oritur enim à ſcapulæ baſi, quæ ſupra ſpinam eſt, & antrorſum recta procedit. at vbi ad ſuperiorem ceruicis ſcapulæ paru,li.3.c.6. tem peruenit, ſub ſecundo humeri (ab aliis vocato) ligamento, huius gratia (vt [u] ſupra demonſtrauimus) exſtructo delatus, tendine lato, & valido articulum ſuperuectus, ad x,4.17.G M. articuli ligamentum, oblique ceruici inſeritur. [x] *Circumagentium ſecundus*, & *ſuperſcapula-* *Quintus.* *Sextus.*

V *ris*

*ris inferior*, infernum interſcapulium integit. Hic à ſcapulæ baſi, quæ infra ſpinam eſt, carnoſo principio enatus, antrorſum fertur, & anguſtior factus, tendine lato breuique, humeri ligamento quarto, quod ſui cauſa conditum, inſeritur. y *Circumagentium tertius*, *ſubſcapularis*, in cauitate ſcapulæ ſitus eſt, quam totam occupat. Oritur ex baſi tota interiore parte carnoſus, talisque permanens, anteriora petit: ſed in progreſſu ſenſim ad ceruicem ſcapulæ anguſtatus, tendinem tandem acquirit latiuſculum, quo in humeri ligamentum alterum implantatur. *Muſculi hi poſtremi* humerum, & per conſequens, totum brachium circumagunt, vnde & nomen habent: ſed ſubſcapularis ad interiora; ſuperſcapularis inferior, ad exteriora, quemadmodum & ſuperior, ſed hic ſimul modice eleuat. Horum vſus commodiſſime demonſtrari poteſt, ſi brachium totum in media figura ponatur, & poſtea, neque humero à pectore abducto, neque mutata figura media humeri cum cubito, cubitus ad exteriora ducatur, rurſusq; ad interiora.

*Septimus* — y, 4.18. C C.

# CAPVT XV.

## *De muſculis oſsis Cubiti.*

*Oſsis Cubiti muſculi. Motus cubiti. Flectentes. Primus.*

OS CVBITI duobus agitur motibus. Flectitur enim, & extenditur recta. Vterque motus duos habet muſculos, vt in vniuerſum quatuor ſint, qui ad cubitum pertinent: *illi*, in anteriore; *hi*, poſteriore humeri ſede ſiti ſunt.

z FLECTENTIVM ergo *primus*, nobilis apud Italos, quibus *Piſcetto* dicitur, ſiue *Piſciculus*: vel, quia piſcis figuram refert: vel, quia piſcis inſtar ſub cute velociter agitur. Authoribus communiter *Biceps* vocatur, quod capite, ſiue principio gemino, eoque diſtincto à ſcapula prodeat. a *Alterum* enim, quod exterius eſt, tendineum, ac teres, à ſuperiore ſupercilio acetabuli ſcapulæ pronaſcitur, & ſub ligamentis articuli, ſupra caput humeri, per b fiſſuram in hoc oſſe, eius gratia conſtructum, defertur, vbi c ligamento ex illo canali pronato, inuoluitur: d *alterum*, priore latius, partim ex tendine, partim ex carne conſtans, à e proceſſu ſcapulæ ancoriformi enatum, internum humeri caput ſuperuectum, deſcendit, tandemq; infra ipſius caput cum priori f coiens, g validum ac carneum muſculum conſtituit. Inſeritur autem hoc loco h carnoſa quædam portio, in humeri medium, vbi priuatam aſperitatem habet, pro eius eleuatione, quam i nonnulli peculiarem muſculum facientes, ad humerum referre conati ſunt, credentes cum pectorali conſpirare, & humerum pectori adducere. Verum Biceps ipſe muſculus, mox ab humero abſcedens, l ſubiectum ſibi alterum flectentem conſcendit, & partim teres, partim carnoſus factus, paulatim anguſtatur, donec in robuſtum m tendinem, craſſum, teretem, ac neruoſum finiat, qui in n tuberculum oblongum, ſub capite ſuperiore radii, huius gratia exſculptum, inſeritur. Atque hic eſt ille tendo, qui in Venæ ſectione ab imperitis Chirurgis ſæpenumero lædi, magno cum ægrotorum periculo ſolet. Quin imo vulnera ipſi etiam muſculo inflicta, grauiſſima ſunt, tum quia tendines habet in duobus initiis, tum quia Nerui ſub ipſo, Venæ, ac Arteriæ inſignes incedunt. Occupat autem in ſitu ſuo internum potius oſſis humeri, quàm externum latus. o *Flectentiū ſecundus*, *Brachiæus* vocatus, primo ſubiacet, quo etiam breuior eſt, penitus carnoſus. Hic externum anterioris oſſis humeri latus, & mediam inferiorem ipſius longitudinis ſedem, cui etiam proxime,

z, 4.19. G † P. & 4. 20. G H I — a, H. — b, 2.9. 8 & 9. e. — c, 4.19. b. b. — d, I. — e, F. — f, K. — g, G. — h, N. — i, vide explicationem tabularum, litera N. — l, L. — m, C. — n, 2.9.14. & 15. o. — o, 4.19. R. & 4.20. I. M. N. O.

*Secundus.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

## CAPVT XVII.

### *De muſculis Carpi, vel potius toti manui dicatis.*

CARPO, ſiue *Brachiali*, tres motus competunt. *Flectitur* enim, *extenditur*, & *in latera mouetur*. Ex his motibus flexio & extenſio, proprios habet muſculos: at motus, qui in latera fit, à flectente & extendente illius lateris, ad quod mouetur, ſi ſimul agant, perficitur. Vtrique autem motui, *duo dicati ſunt muſculi*, ex quibus alter internum, alter externum cubiti latus occupat, vnde vel externos, vel internos vocabimus. *Qui flectunt*, anteriorẽ ſedem tenent, & ab interno humeri tuberculo oriuntur; *qui extendunt*, poſteriorem, & ab externo tuberculo enaſcuntur. Cæterùm cùm Manus, beneficio Carpi, Radio iungatur, fit, vt flexo, vel extenſo brachiali, Manus ſimul flectatur, extendatur, & in latera trahatur.

p FLECTENTIVM ergo *interior*, carneo nerueoque principio, acuto, q ab oſſis humeri tuberculo interiore exoritur, r carnoſus deinde per totam cubiti longitudinem, cui immediatè adnatus eſt, progreditur, & ad carpum in tendinem, partim ſ nerueum, partim t carneum degenerat, qui in carpi os quartum primi ordinis inſeritur. Hic ſub ligamento tranſuerſo non tranſit: ſed tantum communi omnium muſculorum membrana inuoluitur. u *Flectentium exterior*, x ab eodem tuberculo, nec longe à prædicto enaſcitur: hinc tranſuerſim nonnihil iuxta latus externum primi digitos flectentium, qui ipſi magna ex parte ſubiicitur, radio adhærens, incedit. Antequam autem carpum attingat, circa ipſius radicem in z tendinem teretem degenerat, qui illic tamen non deſinit, ſed tranſuerſo ligamento adnatus, vltra ipſum per internam partem progreditur, & latior redditus, in radicem oſſis metacarpi, indici præpoſito, inſeritur. *His duobus* ſimul agentibus, Carpus, & cum ipſo Manus rectà flectitur: at alterutro agente, obliquè nonnihil in latus illius, qui contrahitur, mouetur.

EXTEN-

a, 4.27.2 C.C. b, E.E. c, A. d, K. e, f.f. f, g. g, h. h, N. i, a.B.B. l, 2. m, B.B. n, F.F. o, b. p, *circa ſuperius* c.&d. q, *circa inferius* c.&d.

*Extendẽtium Interior.* *Exterior.*

EXTENDENTIVM [a] *interior,* [b] cubito incumbens, à radice [c] externi humeri tuberculi, & à ſummo cubito initium ſumens, per illius longitudinem fertur, qui cum ad [d] carpum acceſſerit, in [e] tendinem teretem, ac validum abit, quo ſupra [f] cubiti inferiorem appẽdicem, in ſinum, iuxta [g] ſtyloidem proceſſum, & in [h] oſſis metacarpii, quod minimo digito ſubtenditur, partem ſuperiorem, non procul à carpo implantatur. [i] *Extendentium exterior*, ab acie illa oſſea, quæ in humero eſt, ſupra tuberculum exterius, [l] latiuſculo principio exoritur, [m] inde carnoſior factus, per [n] radium progreditur vſque ad dimidium longitudinis, quo cum peruenit, in validum [o] tendinem degenerat, qui ſtatim in [p] duos fere rotundos diuiditur, latiores tamen, quàm craſſiores, ſicq; ambo per radium deſcendunt, nonnihil à ſe inuicem [q] diſcedentes, ſub ligamentum tranſeunt, magis inter ſe diducti, & vbi ſupra [r] carpum progreſſi ſunt, [ſ] alter in metacarpii [t] os primum, indicem ſuſtinens: alter, in [u] ſecundum, medio ſubſtratum, inſeritur.

r, K. ſ, d. t, L. u, M.

## CAPVT XVIII.

### *De muſculo cuius latus tendo mediæ volæ ſubnaſcitur, quem Palmarem vocant.*

x, 4.21.1. & 2.b. y, fi. 1.D. z. fig. 2. a, V.&R. b, 4.21.1. C.† 4.22 1.C.C.C c, a. d, D. e, E. f, b. g, N.&O. O.O. h, G.G.G G.

*Palmarus muſculi deſcriptio.*

SVB cute in manu [x] latus quidã tendo viſitur, qui ortum habet, interdum [y] à muſculo, vt cæteri tendines: interdum [z] muſculo caret, & ſolus ſic expanditur. Vtriuſque hiſtoriam nunc trademus, exordientes ab illo, qui à muſculoſa carneaque ſubſtantia oritur, quod plerumque huiuſmodi inueniatur. Vocatur autem hic muſculus *palmaris*, à tendine, qui palmæ manus ſubtenditur, totamque fere inueſtit. Hic in cubiti anteriore, vel (ſi mauis dicere) interna regione, inter [a] duos carpum flectentes quibus vtrinque adnaſcitur, ſitus eſt, cæteris ſibi ſitis muſculis omnibus ſuperſtratus. Oritur autem ab [b] interno tuberculo oſſis humeri, rotundo nerueoq; [c] principio, mox carnoſus redditus, [d] vẽtre tamen anguſto, antequam ad dimidium longitudinis cubiti peruenit, nonnihil oblique defertur, & attenuatus, in [e] tendinem teretem & longum degenerat, quo vlterius progreſſus, carpi ligamentum internum tranſcendit, & vbi volam attigit, in [f] membranam latiſſimam expanditur, quæ cuti valide adnaſcitur, per totam volam fertur, demptis [g] duabus partibus, quarum illa minimo, hæc maximo digito ſubiacet, donec ad digitorum radices, & prima internodia peruenerit, vbi in [h] internum cuiuſque eorum latus terminatur.

*Obſeruatio.*

Muſculum hunc interdum geminum in vtroq; brachio, & ab eodem loco exortum fuiſſe, doctiſſimus Fallopius obſeruauit. Vnus tamen duntaxat in tendinem latum deſinebat, qualis deſcriptus à nobis eſt; alter, in ligamentum illud tranſuerſum carpi inſerebatur.

i, 4.21. 2.b. l, F.

Palmaris tendo.

Quod ſi tendo hic [i] ſine muſculo reperiatur, quemadmodum non ſemel inueniri ſolet; tum ipſe *vel* à tendinibus duorum muſculorum carpum flectentium, qui iuncti inter ſe, antequam ad carpum perueniant, lateſcunt; *vel* ab [l] interno carpi ligamento, exoritur. Huius *vſus* eſt, non, vt ſine pilis palma ſeruaretur, aut ſenſus eſſet acrioris, cum è regione pollicis & minimi digiti, quibus partibus non ſubtenditur, non minus & pili ab-

ſint,& adſit ſenſus:ſed potius, vt cutim volæ in appræhenſione validius attrahat & corruget,ne cutis mobilitas,firmam rerum comprehenſionem impediat.

Caro quędam quadrata. Solet autem ad externum huius tendinis latus, [m] *caro quadam quadrata* reperiri, quam nonnulli pro peculiari muſculo habet,quamuis effigiem muſculorum tenuium ac breuium modo duorum,modo etiam trium, referat. Oritur autem à membrana carnoſa, tegente illam regionem,vbi ſitum eſt octauum carpi os,& ſupra [n] abducentem minimum digitum incedens,in [o] latus externum huius tendinis inſeritur, vt ipſum,cum manum aperimus,extendat. *m*, P. *n*, N. *o*, c.

## CAPVT XIX.

### *De muſculis manus digitos flectentibus.*

DIGITORVM muſculi. Motus digitorũ. DIGITI *manus flectuntur,extenduntur,aut in latera mouentur.* Quare tria erunt muſculorum genera, qui *digitis* operam locant, Flectentes, Extendentes, & Oblique mouentes. At cum *Pollex* à cæteris plurimum variet,in ſingulis generibus,alii erunt qui digitos,alii qui pollicem flectent,extendent,vel ad latera ducent. Agemus primum de flectentibus digitos, propterea quod ipſi in cubito poſiti ſint,à quo diſcedere nobis religio ſit,non diligenter prius omnibus in ipſo perſpectis.

Digitorũ flexores. Muſculi igitur *digitos flectentes* à nobis vocantur, qui quatuor digitorum phalanges, excepto pollice,incuruant. Horum ſex ſunt, ex quibus *primus*, ſecundum digitorum os flectit,vnde ab vſu, (noſtro more) Flexorem ſecundi digitorum internodii vocabimus: *alter*,tertium os flectit,vnde Flexor tertii internodii dicetur: *reliqui quatuor*, primum articulum curuant. Quamuis autem non ignorem,tertium os citra ſecundum flecti haudquaquam poſſe,quia tamen ille ſecundo,hic tertio inſeritur, ab vſu primario nomen hoc ipſis remanebit. *p*, 4.21.1. & 2. *in ſuo ſitu, at nõ totus* 4.

*Flexor ſecundi internodii.* DIGITORVM ergo [p] *ſecundi internodii flexor* ille eſt, qui ab [q] humeri tuberculo interno,principio tereti,aliquantulum neruoſo,ſub [r] principiis muſculi palmaris, & [ſ] duorum carpum flectentium enaſcitur:hinc [t] carnoſus latiorq; redditus, verſus medium radii,& cubiti,vtriq; nonnihil inhærens,deſcendit: inde vlterius progrediens, ex toto carnoſus ac rotundus prope carpum redditur, ad quem antequam perueniat, in [u] quatuor carnoſas partes diuiditur, quarum quælibet in [x] tendinem exquiſite rotundum,nerueum,ac pellucidum abit, qui omnes ſimul membrana quadam communi,tenui ac mucoſa inuoluuntur,quo tutius iter faciant , ſicque ſub interno carpi ligamento tranſeunt, & ad digitos per volam properantes, [y] in quatuor digitorum ſecundum os, latiores & tenuiores facti,minores tendines, in minora oſſa, & maiores, in maiora implantantur,cum tendinum magnitudo oſſium magnitudini reſpondeat. 22.1.D.D *fere totus* 4.22. 2. *totus ſed extra ſitũ nonnihil.* B. B.† 4. 23.1.C.C C. *q*, 4.22.1. B. *r*, æ.

Ligamẽtum tráſuerſum. Cæterùm dum digitorum prima oſſa perreptant , *ligamento tranſuerſo*, quod ab vno oſſis latere ad alterum pertinet,& per quod etiam ſubſequentis muſculi tendines tranſeunt, tanquam fornici ſubiiciuntur. Prohibet autem hoc ligamentum, quo minus ſua ex ſede , & à digito declinent tendines,vel contracti eleuentur nimis,præſertim vbi ſecundum,aut tertium digitorum articulum flectimus, ex quo tum cutis attolleretur , tum vola nimium impleretur. Prius autem, quam ſecundum digitorum os attingant, [z] ſinguli longa ſectione *ſ*, K. &L. *t*, D.D. I. *u*, 4.22.2. a.a.a.a. *x*, b.b.b.b *y*, C.C. C C. *z*, c.c.c.c.

# CAPVT XX.

## *De muſculis manus digitos extendentibus.*

QVemadmodum alii erant muſculi, qui digitos flectebant, alii qui pollicem: ita qui extendunt eoſdem, diuerſi ſunt ab iis, qui pollicis extenſioni deſtinantur. Extenduntur autem in digitis, tertium, & ſecundum os, ab iiſdem & ſimul, (cum alterum abſq; altero extendi nequeat) primum vero peculiares muſculos habet.

[r] DIGITORVM ergò *extenſor primus* [ſ] trium interiorum digitorum [t] *tertium & ſecundum os extendit*, & ab [u] humeri tuberculo exteriore oritur, initio partim carneo, partim nerueo, ſtatimque carnoſior factus, inter [x] duos carpum extendentes deſcendit, ac iuxta carpum anguſtior redditus, in [y] tres carnoſas partes finditur, quemadmodum flectentes longi, qui mox degenerant in [z] tendines nerueos pellucidos, exacte teretes, & ligamento membraneo, à radii appendice pronato, colligati, ſicque vna per ſinum in externa radii parte exſculptum, ad carpum deferuntur, vbi tranſeuntes [yy] ligamentum annulare, mox à ſe diducuntur, latioreſque fiunt, ac primus indicem, alter medium, tertius annularem digitum petit, ac in [zz] ſecundum & tertium internodium inſeruntur. Tendines autem hi vſque ad extremum tertii oſſis apicem pertingunt, ac ſub ipſis vnguibus recumbunt. Ex quo cauſa petenda eſt, tam ſæui doloris, quem experimur, ſi quãdo dolorifici quid circa illas partes fuerit. [a] *Extendentium ſecundus*, ab [aa] eodem tuberculo, acuto principio, & nerueo naſcitur, à quo prior, cui ad [b] medium ventrem etiam ſic commiſcetur, vt ad exortum prorſus vnus eſſe videatur. Hic iuxta cubitum progrediens, vbi [c] ligamentum tranſuerſum ſuperauerit, in [d] tendinem nerueum, ac teretem

*r*, 4.24.2. D.D. *t*.4. 27.1.c.c. *ſ nu*. 1.2. 3. *t*, III. &II *u*, B. *x*, L.&M. *y*, b.b.b. *z*, F.F.F. *yy*, E. *zz*, II. & III.

*a*, 4.24.2. N.N. *aa*, B. *b*, c.&d. *c*, E. *d*, e.

retem abit,qui ad minimum digitum,latior factus progreditur,ac ſecundo,& tertio eius internodio implantatur.

*Primum* vero *internodium extendunt*, octo illi muſculi, quos *Interoſſeos* vocabimus, tum ſcilicet,cum duo ſimul agunt,vt capite ſequenti dicemus, cum ad eum potius, quam ad hunc locum referendi videantur. *Primi internodii extenſores*

e,4.17. fig.1.G. fig 2.†H. [e] POLLICIS *tertium os extendens*, à cubiti exteriore ſede, ad eius lineam aſperam, carnoſus exoritur,vbi ligamentum eſt membraneum,quod cubitum radio iungit,ad radium oblique defertur,cuius appendicem priuſquam attingit, in tendinem teretem degenerat,ac ſub ligamento tranſuerſo ad manum abit,ac totius pollicis longitudini, qua indicem ſpectat, ad eius tertium os vſque inſeritur. *POLLICIS tertium os obliquè extendēs.*

f,H.†fig.2.I. [f] *Secundus*, *ſecundi & tertii pollicis internodii* extenſor, ab eadem cubiti linea iuxta ipſius longitudinem carneus enatus, oblique ſupra radium conſcendit,& in duas impares partes ſibi mutuo hęrentes diuiditur, ſinuque proprio in radii appendice inciſo, inſidet,ac ligamento peculiari obducitur. *Superior* portio aliquandiu carnea remanet, at poſtea in tendinem teretem degenerat, qui in os carpi, pollici ſubiectum, inſeritur: at *inferior*, ſtatim ac paululum proceſſit, in portiones duas carneas ſubdiuiditur, quæ ſingulæ in tendinem finiunt, quorum alter radici primi pollicis internodii, alter membranoſo nexu, ſecundo & tertio pollicis oſſi validiſſime adnaſcitur. *Secundus tertii & ſecundi pollicis internodii tenſor*

# CAPVT XXI.

## *De muſculis manus digitos oblique ad latera trahentibus.*

DIGITI præter flexionem, & extenſionem etiam ad latera mouentur, ſicque adducuntur,vel abducuntur. Dico *adduci*, cum verſus pollicem trahuntur: *abduci*, cum contra ab ipſo retrahuntur. Eodem autem pacto, & *pollex* ipſe *adduci* dicetur, *aut abduci*, cum vel digitis admouetur, aut ab ipſis remouetur. Muſculi qui hos motus perficiunt, plures ſunt,ex quibus quidam,vt octo priores,*communes* quaſi ſunt, & in genere quatuor digitis deſtinantur,(excepto pollice,) duo alii *proprii* ſunt,alter indicis, alter minimi. Pollex deinde ſuos quoq; habet peculiares.

g, 4.26.1. F.G.H.† 4.26.3.E. E.F. *Communes* ergo octo ſunt, qui vulgo [g] *Interoſſei* à ſitu vocantur, quod inter oſſa metacarpii poſiti ſint. *Sunt* autem *octo*, carnei, ac teretes, ab iiſdem quibus connaſcuntur oſſibus exorti,ſecundum quorum longitudinem totam, recta feruntur. *Digitos abducentes. Interoſſei.*

h, a.a.a. Hi vbi ad digitorum radices perueniunt,in [h] tendines abeunt, qui lateribus digitorum, quibus connati erant,attenſi,vſque ad ſecundum internodium tendine ſuo feruntur.

i, G.H.G H.G.H. *Sunt autem* [i] *ſex in tribus internodiis oßium metacarpii locati,* adeo vt bini in ſingulis, ex quibus vnus ad interiorem,alter ad exteriorem digitum defertur.

l, F. [l] *Alius deinde primo oßi metacarpii eiuſdem, quod Indicem ſuſtinet*, incumbit ea parte,qua pollicem reſpicit:

ll, 4.23.2 H. [ll] *Alius vltimo oßi metacarpii* parte manus externa, ſiue in dorſo, adhæret. Muſculi hi *quatenus* reliqua quoque præter primum internodium ſuis tendinibus attingunt, ſecundum etiam, ac tertium os extendunt, quod primum à Galeno obſeruatum eſt, 1. Vſu part.18. Et hæc cauſa eſt, cur digitorum extenſore abſciſſo, digitorum extenſio tamen non aboleatur, quia ſcilicet interoſſei ſimul agentes, extenſionem perficiant. *Quatenus* autem primo oſſi implantan-

tur, ſi contrahatur vterque vnius digiti, primum internodium extendunt: at ſi alteruter, tum abducit, aut adducit.

*Indicem abducẽs.* [m] INDICEM *abducens*, duobus extendentibus digitorum inferiores duos articulos, ſecundum ſcilicet & tertium, ſubiicitur. Oritur hic à cubito medio, qua parte oblongam & aſperam lineam pro eius exortu os habet, principio exacte carnoſo; hinc oblique ad radium deſcendit, & carpi appendicem conſcendens, in tendines duos diſpeſcitur, qui poſtea per ſinum proprium, in radii appendice exſculptum, ſub ligamento annulari verſus manum deferuntur. Horum ſuperior ad indicis, inferior ad medii digiti radicem oblique implantatur, vt inuicem à pollice abducat. m, 4.27.D F.

*Minimũ abducẽs.* [n] *Minimum digitum abducens*, in vola manus poſitus eſt ſub minimo digito, breuis, at validus, ab oſſe quarto carpi, carnoſus enatus, poſtea per metacarpium delatus, oſſi primo minimi digiti, latere externo, gracilis, & nerueus inſeritur. Hic minimum digitum à cæteris abducit; & præcipuum vſum habet, dum ſphæricas figuras apprehendimus, cũ eo tempore maxime à cæteris digitis minimus ſit abducendus. n, 4.26.2 D.&4.24 1.O. † 4. 26.1.E.

*Pollicis abductor.* POLLEX *ad latera dum mouetur*, vel abducitur à cæteris digitis, vel adducitur. [o] *Abducens*, à carpi oſſis pollicem ſuſtinentis interiore parte, neruoſo principio, iuxta primum flexorem primi pollicis internodii, enaſcitur: mox carnoſus factus, deorſum fertur, & in primum pollicis internodium, tendine membraneo inſeritur. hic ab indice abducit. [p] o, 4.23.1. Q.&4.25 1.AE. † ib. fi.2.A.

*Pollicis adductor.* *Adducens*, ſpatium quod inter pollicem & indicem viſitur, in externa manus ſede, occupat. Hic ab oſſis metacarpii, quod indicem ſuſtinet, partis poſterioris latere externo carneus oritur, & in pollicis internodii primi totum latus internum carnoſus inſeritur. Adducit pollicem ad indicem. p, 4.27.2 O.

## CAPVT XXII.

### *De muſculis Femoris.*

CRVRIS muſculi. EX artubus Manum vidimus: ſequitur nunc, vt Cruris quoque muſculos videamus, qui pro partibus cruris varii ſunt, adeoque alii femoris, tibiæ, pedis, alii digitorum.

Femoris motus. FEMVR, triplicem motum habet: extenditur enim, flectitur, & in gyrum mouetur. *Extenditur*, cum femur verſus exteriora ducimus, quemadmodum cum diuaricatis admodum cruribus ſtamus. Extendimus autem vel *recta*, cum recta ab altero abducimus: vel *oblique*, verſus anteriora corporis, aut poſteriora, cum ad eaſdem partes trahimus. *Flectitur* autem, cum attollimus, quemadmodum ſedentes flexo femore ſedemus. Flectitur autẽ ſimiliter *recta*, vel *oblique. recta*, cum verſus corpus tollitur, vt ad neutrum latus inclinet, & quando cum ſpina rectum angulum facimus; at *oblique*, cum verſus latus parum mouemus, vbi vere flectitur, ſimiliter & cum femur femori imponimus. *Circumagitur* autem, cum femur circumuertitur, quod ſolet euenire, dum ſtantes pede recto, & terræ affixo, oblique crus mouemus. Hic motus duplex eſt, & vel ad interiora, vel exteriora corporis. *Ad interiora* quidem, cum genu ad poplitem ducitur, & calcaneus foras fertur. *Ad exteriora*, quando genu foras, & calcaneus intro mouetur.

Numerus muſculorum Situs. Extenſio *trium*: Flexio *quatuor*, Circumuolutio *totidem* muſculorum beneficio peragitur. Extendentes partem poſteriorem occupant, & oſſis innominati, ſiue coxæ dorſo incumbunt. Flectentium duo priores, in

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tur,ac tendini prædicti muſculi connatus,in [a] minorem rotatorem quoque inſeritur, ſed a, 2.10.2.
Tertius. ſede paulum, quam prior, humiliore. [b] *Tertius*, cognomine *Triceps*, omnium femoris,imò E.
vniuerſi corporis maximus. Videtur enim hic muſculus [c] tria habere capita,quæ in muſ- b, 4. 37. X X.X&
culi vnius finem congrediuntur.Horum *primum*,à coxendicis appendice neruеum,dein- 4.35.QQ
de carneum principium ſumit,quod poſtea in ventricoſam carnem degenerat, quæ per Q.*it.* 4.
femoris poſteriora delata, graciles cit, & in teretem tendinem, cuius terminus eſt in in- 34. V. V.
terno femoris capite prope poplitem abit. *Secundum* caput,anterius ab ea coxendicis ſe- V. & 4.
de,quæ cum oſſe pubis committitur, carneum enaſcitur, & obliquis, ac fere tranſuerſis 36.P.P.
fibris,ad radicem minoris rotatoris, & ſuperiorem partem lineæ aſperæ femoris termi- & 4.32.
natur.*Tertium*,carneum,ab inferiore coxendice incipit, & partim obliquis,partim rectis A.A.A. †
fere fibris inferiori parti lineæ aſperæ implantatur. Hunc communiter pro quarto ex- D.D.D.
tendentium habent; ſed reuera quicunque recte ipſum conſiderauerit, nobis cum in c, C.
Quartus. claſſem eorum,qui flexioni præſunt,aſcribet. [d] *Quartus*, liuidus eſt, & cum priore mi- d, 4.33.A.
nime confundendus,etſi eius portio quoquo pacto eſſe videatur. Oritur ab [e] oſſis pu- A.A.A &
bis parte anteriore,prope cartilaginem,qua duo oſſa ſibi inuicem committuntur, prin- 4.31.O.
cipio lato,ac carneo,quo poſtea oblique deſcendit, donec in tendinem amplum, ſed e, B.
breuem degeneret,qui femoris lateri interno,è regione minoris rotatoris, vſq; ad dimi-
dium longitudinis femoris implantatur.

Circumagentes femur Primus. [f] CIRCVMAGENTIVM *primus*,qui *Iliacus externus* dicitur, & *Pyriformis*, [g] à tribus hu- f, 4.30.
milioribus oſſis ſacri vertebris,tereti & craſſo principio exoritur, ſic, vt non modo à la- H. † K.
teribus externis ipſius enaſcatur,ſed etiam in interiore eiuſdem oſſis parte, vbi à ſui cō- g, I & 4.
iugis principio haut multum diſtat. Hinc tranſuerſim excurrens,in teretem [h] tendinem 31. c.
mutatur,& [i] maioris rotatoris quartæ impreſſioni, quæ in apice huius proceſſus eſt, im- h, b.
plantatur. Muſculum hunc Anatomici inter extendentes referunt, & quartum nume- i, 2. 10.*fi.*
ro faciunt:ſed quàm bene diligentior conſideratio,quæ me docuit,& ipſos facile, ſi ad- 3. *nu.*4.
Secundus uertant,edocebit. [l] *Secundus*,qui cum ſequente *Obturator* dicitur,propterea quod [m] fo- l, 4. 33.C.
ramen oſſium pubis,principiis ſuis obturent.Et quia hic ab externa foraminis parte ori- C.& 4.32.
tur,*externus obturator* dici conſueuit, quemadmodum tertius,internus dicitur, quod ab H.†I.K.
interna regione,qua hypogaſtrium reſpicit,pronaſcatur. Oritur ergo à membrana fora- & 4.37.V
men ſuccingente,& ab oſſium pubis ac coxendicis oris, carneus & amplus; deinde tranſ- m, 2.9.6.
uerſim ad poſteriora femoris procedens, anguſtior fit, validum producens tendinem, N.
Tertius. qui in ſinum magni rotatoris inſeritur. [n] *Tertius*, ſiue *obturator internus*, ab interno am- n, 4.33.D.
bitu foraminis eiuſdem pariter carnoſus enatus,& amplus, ac validior prædicto, totam D E. † G.
internam oſſium coxendicis & pubis ſedem occupat,ſenſim anguſtior euadit, & [o] tres, G.
quatuorve tendines porrigit,qui ad externam coxendicis partem, trochleæ modo, ſu- o, E.
pra [p] ſinum coxendici in hunc finem exſculptum, ac craſſo validoque ligamento ob- p, 2.9.7.K
ductum,reflexe feruntur, [q] carneoq; marſupio, (quod viſu certe eſt pulcherrimum) vt q, 4.33.F.
robuſtior fiat,& minus in ſuis motibus ab oſſe offenderetur, inueſtiti, tendinem vnum † H.
Quartus. conſtituunt,qui in ſinum magni rotatoris,in quem & prior inſeritur. [r] *Quartus*, partim r, 4.33.I.
ab externo tuberculo oſſis ilium,partim ab appendice coxendicis exoritur, ſub ſinu tro-
chleæ, circa quem prior circumuoluebatur, & cui propterea etiā ſubiicitur. Breuis poſt-
ea ac carnoſus, ad poſteriorem partem maioris rotatoris procedit,ibiq; in illud ſpatium,

quod inter vtrumq; rotatorem eſt, inſeritur. Quare hic muſculus cum Veſalio fortaſſe non incommode in duos diuidetur.

# CAPVT XXIII.

## *De muſculis Tibiæ.*

TIBIA tribus motibus cietur. Flectitur enim, extenditur, & nonnihil oblique verſus exteriora ducitur. *Flectunt* quinque, *extendunt* quatuor, vnus *oblique mouet.* Primus, & ſecundus flectentium in anteriore femoris parte iacent, ille externa: hic, interna; at reliqui in poſteriore. Extendentes omnes in anteriore ſede femoris: Oblique autem mouens in poſteriore, ac ſuperna tibiæ. Flectentes omnes ſimul contracti recta tibiam flectunt: at primis quatuor ſolum agentibus, nonnihil ad interiora; quinto autem, modice ad exteriora circumagitur. Per hunc enim motum, pedis extremitas in qua digiti ſunt, nonnihil extrorſum ducitur. Extendentes ſimul agentes, ſimiliter recta extendunt, quemadmodum & primo, & ſecundo, ſeorſim moto: at tertio ſolum, ad exteriora; quarto, verſus interiora mouetur.
TIBIÆ muſculi. Numerus. Situs. Motus.

*ſ*, 4.34. A. A & 4.31 T. T. — Flectentes. *Primus.*

[f] FLECTENTIVM *primus*, quem ego *Sartorium muſculum* vocare ſoleo, quod ſartores eo maxime vtantur, dum crus cruri inter conſuendum imponunt. Alii *faſcialem* appellant, nonnulli etiam *faſciam*, quod hanc referat, cum longus admodum ſit, & æquali fere latitudine decurrat, ſi caput & caudam demeris. Omnium muſculorum noſtri corporis pæne longiſſimus eſt. Ducit enim principium acutum, carnoſum, & nerueum, ab [t] anteriore parte appendicis, ſiue ſpinæ oſſis ilium, deinde ſtatim totus carneus factus, & latiuſculus, oblique per femoris interiora deſcendit, vt decuſſatim reliquos muſculos ſuperuehatur. Tandem ad caput internum imæ femoris appendicis delatus, in tendinem neruoſum, latum, vel (vt Veſalio placet) teretem mutatur, qui ſtatim infra genu, in [u] oſſis tibiæ lineam acutam, parte anteriore & interna implantatur. [x] *Secundus*, quem *Gracilem* vocant, nerueo amploq; principio, ab [y] oſſe pubis, iuxta longitudinem cartilaginis, qua ſibi inuicem committuntur, oritur. Carnoſus poſtea redditus, per femoris interiora carneus deſcendit, donec ad femoris internum caput peruenerit, vbi exacte teretem tendinem aſſumit, qui [z] in primam tibiæ lineam, iuxta primum, paulò tamen inferius, illigatur, ad quam nonnihil latiuſculus euadit. [a] *Tertius, ſemineruoſus* nuncupatur, quod eius ſubſtantia, partim neruea, partim carnea ſit. Oritur enim neruoſus, ac gracilis, ab elatiore, & maxime poſteriore ſede [b] appendicis oſſis coxendicis, neruoſusque diu permanens, tandem in medio [c] carnoſus factus, multiplicibus fibris per poſteriora femoris, ad [cc] poplitem fertur, prope quem in tendinem teretem degenerat, qui ad anteriora tibiæ reflexus, (vbi & prædicti duo) ſub genu in eam terminatur. Habet tamen hoc peculiare huius tendo præ reliquis, quod ad tibiæ vſq; medium longitudinis peruenit, reliquorum tendinibus tibiæ implantatis, haut æquè deſcendentibus. [d] *Quartus, ſemimembraneus* dictus, ex [e] eodem loco, quo commemoratus prodit, gracili, & nerueo principio, rectiſque fibris per poſteriora femoris deorſum excurrens, toto ductu, vſque ad medium femoris nerueus remanet, vbi primum carnoſior redditur, & craſſior, ſicque ad [f] poplitem in tendinem teretem deſinit, quo in tibiæ latus internum inſeritur. Primi enim

Margin: *t*, B. — *u*, C. — *x*, 4.34. F.F. — *Secundus.* — *y*, G. — *z*, H. — *a*, 4.33 K † O. — *Tertius.* — *b*, N & 2. 9.6. L. — *c*, K. — *cc*, e. — *d*, L. †, R. — *Quartus.* — *e*, N. — *f*, e.

enim quatuor flectentes,in latus internum tibiæ illigantur;at quintus,in fibulam. [f] Illi,
*Quintus.* internam illam duritiem in poplite efficiunt;iſte,externam. [g] *Quintus,biceps* vocatus,ex [h] *g*,M.† V.
eadem oſſis coxendicis appendice ac tertius & quartus, initium ducit nerueum, & acu- & o.o.P.
tum,ſed gracilius nonnihil;mox carnoſus redditus,per femoris poſteriora ſenſim deor- *h*, N.
ſum verſus exteriora decurrit. At vbi medium iter abſoluit, & iam dimidium quoque longitudinis ipſius femoris ſuperarit, attenuatur, & externa ſui ſede nerueus admodum videtur,quaſi iamiam in tendinem abiturus: at interna ſede ex femore [i] alia *i*, Z.
quædam pars accedit, atque ita adnaſcitur, ac ſi duplici principio muſculus conſtaret. Sic ergo ex duobus *initiis* in vnum muſculum degenerantibus, craſſeſcit, ac deſcendens,foris admodum neruoſus, in tendinem robuſtum abit. Tandem per ſinum externum externi capitis femoris(in hunc finem exſculptum) repens,externo lateri ſupe- *l*,4.34.M
rioris appendicis fibulæ pertinaciter inſeritur. M.O.O.

*Extendẽtes.* [l] EXTENDENTIVM *primus, Membranoſus* dicitur ab Anatomicis, & *muſculus la-* †Q.R.S.
*Primus.* *ti tendinis.* Huius enim [m] principium acutum, intus carneum, exterius nerueum, ori- *m*,M.M.
ginem ducit ab eo [n] latere oſſis ilium, & ipſius ſpina quod anterius proximum eſt ini- *n*, N.
tio muſculi primi tibiam flectentium, ſiue ſartorii: poſtea forma lacertæ deſcendit, & *o*,O.O.O
maiori rotatori adnectitur,vbi mox carneam ſubſtantiam deponit, & in [o] tendinem *p*,*circa* P.
degenerat latum,membranoſum, ac nerueum, quo latiorem in vniuerſo corpore repe- *q*, T.
rire non eſt,cum omnes muſculos totius femoris inueſtiat. Duplici hic fibrarum gene- *r*,4.35. A.
re donatus eſt,rectis nempe in externa femoris ſede,at tranſuerſis in interna. Si tamen, A.†D.& 4.37.a.a.
quid ſentiam,dicendum eſt,exiſtimem eam huius tendinis portionem, quæ rectis fibris E.F. *ſ*, B.
prædita eſt,tendinem reuera huius muſculi eſſe; at quæ tranſuerſis, ligamentum potius *t*, G.G.&
peculiare,muſculis internis in contractione cohibendis,deſtinatum. [p] Tandem patel- L.
lam in genu amplexus,tibiæ fibulæque, cruris puta anteriori, exteriorique ſedi, ſtatim *u*, a.
*Secundus* ſub genu [q] implantatur. [r] *Secundus, Rectus* cognominatus à recto progreſſu, figuram *x*, C. *y*, b.b.
veri muſculi habet,flectentium tibiam primo extrorſum adiacens. Oritur enim princi- *z*,2.10.5.
pio acuto ac nerueo, ab [ſ] oſſis ilium tuberculo interno:inde in ventrem carnoſum,ac F.
tererem faceſſens,recta per femoris longitudinem & anteriora,inter [t] duos Vaſtos, ſi- *a*,4.35.G
ue tertium & quartum tibiam extendentium, medius deſcendit: at vbi [u] patellam at- G.&† 4.
tigit,in latum validumq; [x] tendinem deſinit, quo patellæ, tanquam in eam terminatu- 36.II.&4 37.b.b.
rus,valide adnaſcitur: vlterius autem progrediens ad [y] anticnemium, ſiue anteriorem *b*, H.
tibiæ ſedem, in eius medium, ſtatim ac patellam ſuperauit,eo loco inſeritur,vbi [z] tu- *c*, P.
*Tertius.* berculum in hunc vſum peculiariter creatum, euidenter admodum prominet. [a] *Ter-* *d*, a.
*tius*,quem à mole inſigni *Vaſtum externum* appellant, [b] principio lato,ac nerueo, à ra- *e*, I.
dice [c] maioris rotatoris femoris,quam vndiq; amplectitur,enatus,femoris parti ſuperio- *f*, F.
ri exteriorique; valide adhærens,ſenſim craſſeſcit,ac carne liuida fibris rectis prædita, vſq; *g*,4.35.L.
ad [d] patellam deſcendens,in latum ac membranoſum [e] tendinem abit,qui cum exte- L.&4.36.
riore parte [f] tendinis prædicti muſculi ſecundi commixtus, patella ſuperata, in idem N.N.†R R.&4.37 c.c.
*Quartus.* cum ipſo tuberculum,inſeritur. [g] *Quartus, Vaſtus internus* appellatus, [h] principio ner- *h*, M.M.
ueo,partim à [i] ceruice femoris,partim [l] à magno rotatore prodit, ſtatimq; carnoſus red- *i, dextrũ* M.
ditus,femoris anteriori & internæ ſedi perpetuo adhærens, & diuerſis fibrarum generi- *l,ſiniſtrũ* M.
bus auctus,deſcendit,qui vbi iam ad genu fere appulit,in tendinem membranoſum ter-

mina-

lorum figuram illam obſeruans, qua lacertam exprimunt, anterius à [f] tibiæ [g] fibulæque *f,* F.
ſuperioribus appendicibus, quo loco ſibi inuicem coarticulantur, quemadmodum & à *g,* D.
communi ligamento, quod vtrumque hoc os connectit, acuto carneoque principio
exoritur. Cæterùm illico dilatatur, ſed vbi ad medium fere longitudinis tibiæ perue-
nit, iterum coarctatur, & ſenſim in [h] tendinem nerueum, robuſtum, ac teretem finit, qui *h,* b. b.
(in viuis quoque ſub cute admodum, ſi pedem flectas quantum poteſt ad acutum angu-
lum, conſpicuus fit,) nonnihil oblique inferius anticnemium ſuperuectus, prope pedis
articulum, in internum latus oſſis tarſi, quod pollicis oſſi præponitur, implantatur. Ten-
do autem hic prope articulum antequam vlterius vehatur, ſub ligamento tranſuerſo, ſi-
ue annulari, quod ab inferiore tibiæ fibulæque appendice naſcitur, tranſit. [i] *Secundus*, al- *i,* 4.39.1.
*Secundus* teri oblique pedem mouentium ſubſtratus, *peroneus ſecundus* quibuſdam, mihi *ſemifibulæus* H.H.+*fi.*
dictus, [l] originem ducit oblongam, carnoſam, [m] fibulæ adhærentem: at cum medium *2,* G G.
longitudinis fibulæ ſuperauit, in [n] tendinem degenerat teretem, qui ad fibulæ poſteriora, & 3. F.F.
ſub [o] externo malleolo, reflectitur, & in os tarſi paruum digitum ſuſtinens duplici [p] in- *l,* c.
ſertione implantatur, vnde à me *bicornis* dici conſueuit. *m,* D.E.
*n,* h. h.

Oblique mouẽtes *Primus.* [q] OBLIQVE MOVENTIVM *primus*, ſiue *adducens pedem*, quod ad interiora pedem tra- *o,* E.
hat, hic à me *nauticus* vocari ſolet, quod eo nautæ potiſſimum vtantur, dum malum ſcan- *p,* i.
dunt: ab aliis *tibiæus poſticus* dicitur: [r] Originem habet carnoſam, à tibia, fibulaque, & liga- *q,* 4.39.2. E.E. & 4.
mento, [s] quod vtrumque hoc os nectit, cui attenſus, inter poſteriores muſculos iacens, 40.1. D.D
[f] tendinem teretem prope internum malleolum profert, quem vbi ſuperauit, ligamento *tt.* 4.41.2
valido inueſtitus, ad plantam pedis tranſit, & in tarſi oſſis, quod cubiformi vicinum eſt, L.L.
*Secundus* ſedem inferiorem implantatur. [t] *Secundus*, ſiue *abducens*, quod ad exteriora trahat, *Peroneus* *r,* e.
*primus* aliorum, ſiue *fibulæus* Oritur valido neruoſoque [u] principio à [x] ſuperiori fibulæ ap- *ſ,* F.
pendice, externoque fibulæ toti lateri adhærens, deſcendit teres, carnoſus, externa parte *t,* 4 40.2. B.C.D.
liuidus, interna qua muſculos ſpectat, rubicundus. Hic vbi vltra medium longitudinis *u,* B.
fibulæ progreſſus eſt, carneam ſubſtantiam deponit, ſicq; in [y] tendinem degenerat, qui *x,* V.
oblique retro ſub [z] malleolo externo tranſit ſinum, [a] ligamento inuolutum trãſuerſo, qui *y,* D.D.
à fibula ad calcaneum & latum ſub planta pedis admodum reflexus, in radicem oſſis pe- *z,* R.
dii, quod pollici proſtat, inſeritur. *a,* P.

# CAPVT XXV.

## *De muſculo, cuius latus tendo, mediæ plantæ ſubnaſcitur, & Plantaris propterea vocatur.*

INTER eos muſculos, qui in Tibia ſitum habent, occurrit nonnullus, qui in omnibus
propemodum conuenit cum alio quodam, cuius hiſtoriam [b] ſuperius complexi ſu- *b,* cap.18.
mus. Vt enim ille longiſſimo primo ac impenſe tereti tendine, per vniuerſum cubitum
interiorem excurrebat, inde ad carpi ligamentum annulare appellens, in latiſſimam ex-
pandebatur membranam, totam manus volam ſuccingentem, vnde & Palmaris dictus:
ſic iſte per totam poſteriorem tibiæ ſedem tendine tereti deſcendens, poſtea in plantam
expanditur, ideoque *Plantaris* vocatur. [c] Situs enim eſt ſub externo Gaſterocnemio, & *c,* 4.38.2.1 K.K.

ab ex-

d, I. ab exteriore femoris capite ſub poplite,[d] principio tere
poſteà nonnihil dilatatus, oblique à parte externa inte
e, K,K. tim in gracilem & longiſſimum [e] tendinem, quo maio
pore non datur, degenerans, ad latus interius cruris, int
rum tendines repit. Tandem prope calcaneum à lat
f, 4.42.1 adnexus, ad [f] internum calcanei latus, & ab hoc vlte
D.D.D.D vbi in eadem latitudine diu incedens, ſenſim poſtea tri
† 2. B. B. gitorum primos articulos totam plantam obtegens, [g] a
B.B. ritur. Non ergo ſecius in totam plantæ ſedem, ac palm
g, a.a.a. Quod ſi deſit hic muſculus, tum huius tendo latus, vt &
altero ſurrogatur. Videtur autem cum figura eadem,
planta, quem habet palmaris in vola manus: nequaq
pedis, vel tarſi extenſioni ancillari.

## CAPVT XX

*De muſculis pedis digitos flecti*

DIGITI PEDIS flectuntur, extenduntur, aut in l
erunt muſculorum genera, qui digitis dicati ſunt
h, 4.41.2. & oblique mouentes. Ex his quatuor in tibia ſiti ſunt
D.E E.E. internodij, flexor pollicis, extenſor tertij digitorum a
i, B.B. in pede.
l, A. [h] DIGITORVM *tertij internodij flexor*, ſiue *perfora*
m, D. jacet, & à [i] tibiæ poſteriore ſede, ſub [l] poplite, [m] initi
n, E.

lo,eodem,quo [f] flexor tertij internodij, munitus ligamento, ad [g] tertium pollicis internodium accedit. Hic tendo ſæpe cum tendine flectentis tertium articulum ad indicem excurrentis connaſcitur, & antequam attingat ſecundum pollicis internodij os ſeſamoides grandius,quam in cæteris digitorum internodijs eſt, acquirit.

## CAPVT XXVII.

### *De muſculis pedis digitos extendentibus.*

Digitorum Tenſores.

*Tenſores tertij internodij.*

DIGITORVM [h] *tertium internodium extendens*,nerueo & acuto principio à ſuperiori & anteriore tibiæ appendice oritur,ſtatimq; factus carneus,& adnatus [i] ligamento,quod tibiæ os fibulæ annectit, recta deſcendit ad pedem,vbi in [l] quatuor tendines diuiditur,qui ſub [m] tranſuerſo ligamento, & annulari, quod à tibiæ fibulæq; appendice exit,vniti perreptantes,ſeſe expandunt in quatuor digitorum, tertium & ſecundum internodium , vt ipſa extendant. Cæterum ipſi tendines [n] ligamento quodam membraneo inter ſe alligati ſunt,vbi per pedis dorſum excurrunt.

*Tenſor ſecundi internodij.*

[o] *Extendens digitorum ſecundum articulum* , in [p] pedis dorſo ſitus eſt, & originem ſuam accipit à tranſuerſo ligamento,carneam,& latam,ex qua quatuor veluti ſeparati muſculi prodeunt in progreſſu,quem ad digitos moliuntur,& ex his quatuor, aliquando etiam quinq; [q] tendines,qui ſingulorum digitorum tria internodia , ſed præcipuè ſecundum,adeunt,vt hæc etiam extendant,ligamento, ex digitorum articulorum lateribus prodeunte,adnexi.

*Tenſores primi internodij.*

*Primum* autem *internodium, extendunt* [r] *interoſſei*, de quibus in ſequenti, & vltimo huius libri capite dicemus.

*POLLICIS tenſor.*

[ſ] POLLICIS *tenſor*, [t] principium carnoſum à medio fibulæ , vel ( vti Veſalio placet)à tibiæ externo latere, quo à fibula dehiſcit,deſumens, quemadmodum & à [u] ligamento,quod tibiam fibulæ coniungit, cui pertinaciter adnaſcitur, dein [x] tendinem generans, ſuper anticnemium inferius fertur, & ſub [y] tranſuerſo ligamento, ad tria pollicis internodia,quibus inſeritur,vadit, vt ea recta extendant. *Aliquandò* hic tendo bifariam in duos dirimitur, quorum alter in pollicis internodium vltimum, alter in os pedij inſeritur.

## CAPVT XXVIII.

### *De muſculis pedis digitos ad latera oblique mouentibus.*

Digitorum obliq; motores.

DIGITORVM *obliqui motores*, [z] *Interoſſei* dicuntur,quod inter oſſa habitent. Horum in manu octo duntaxat habentur,at in pede decem, quod metacarpium, à metatarſo oſſe vno ſuperetur, vnde quatuor emergunt oſſium intercapedines, in quibus octo exiſtunt muſculi,quibus ſi duo alij adnumerentur, [a] *vnus* nempè ad pollicis, [b] *alter* ad parui digiti externum latus, numerus denarius complebitur. Singuli autem à

ſui

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

- *Oculum hunc movet*
  - recta
    - Deorſum, — *Deprimens.*
    - Ad interiora, — *Adducens.*
    - Ad exteriora, — *Abducens.*
  - oblique
    - deorſum ad exteriora, — *Circumagens exterior.*
    - ſurſum ad interiora, — *Circumagens interior.*
- *Naſi alas*
  - abducunt
    - *Primus nares aperiens.*
    - *Secundus nares aperiens.*
  - adducunt
    - *Primus nares conſtringens.*
    - *Secundus nares conſtringens.*
- *Genas*
  - Deorſum trahit, — *Detrahens quadratus*, Galeno πλάτυσμα μυῶδες
  - Intro movet, — *Contrahens genas*, male vulgo *Buccinator* dictu[m]
- *Labia*
  - Attollit, — Primum par — *attollens labium ſuperius.*
  - Ad latera movet, — Secundum par, — *labia abducens.*
  - Deorſum trahit, — Tertium par, — *deprimens inferius labium.*
  - Conſtringit, — Quartum par, — *labia conſtringens.*
- *Maxillam inferiorem* hac trahit
  - Surſum, — Primum par, — *Attollens, Temporale.*
  - Deorſum, — Secundum par, — *Deprimens biventre.*
  - Dextrorſum, / Siniſtrorſum, — Tertium par, — *ad latera trahens.*
  - Antrorſum, — Quartum par, — *abducens, Pterygoideum.*
  - Retrorſum, — Quintum par, — *adducens maxillam.*
- *Aurem*
  - externam, movet
    - Surſum, — Primum par, — *Attollens.*
    - Deorſum, — Secundum par, — *Deprimens.*
    - Antrorſum, — Tertium par, — *Adducens.*
    - Retrorſum, — Quartum par, — *Abducens.*
  - internam
    - *Externus.*
    - *Internus.*
- *Linguam movet*
  - Stringendo, / Dilatando, — Primum par, — *Linguale* dictum.
  - Antrorſum, — Secundum par, — *Exerens, Geneogloſſum.*
  - Retrorſum, — Tertium par, — *Retrahens, Hypſilogloſſum.*
  - Surſum, — Quartum par, — *Attollens, Mylogloſſum.*
  - Deorſum, — Quintum par, — *Deprimens, Ceratogloſſum*
  - Dextrorſum, / Siniſtrorſum, — Sextum par, — *Oblique trahens, Stylogloſſum*

- *Os hyoides, movent,*
  - Recta
    - Surſum, Primum, *Attollens Geniohyoideum.*
    - Deorſum, Secundum par, *Deprimens Sternohyoideum.*
  - Oblique
    - Surſum, Tertium par, *Oblique attollens, Styloceratohyoideum.*
    - Deorſum, Quartum par, *Oblique detrahens, Coracohyoideum.*
- *Fauces*
  - Dilatant
    - *Primum par, Sphænopharyngæum.*
    - *Secundum par dilatans.*
  - Conſtringunt
    - Primum par, *Oeſophagiæum.*
    - Secundum par, *Cephalopharyngæum.*
    - Tertium par, *Stylopharyngæum.*
- *Laryngem, qui*
  - Dilatatur / Conſtringitur — dum eius cartilaginē thyroidem
    - extendit
      - Primum par thyroidis, *Sternothyroideum,*
      - Secundum par, *Cricothyroideum anticum.*
    - flectit, *Hyothyroides.*
  - Clauditur / Aperitur — dum arytęnoidem
    - flectit
      - recta, Primum par flectens arytænoidem, *Thyroarytænoideum.*
      - oblique ad latera, ſecundū par, *Arytænoideū.*
    - extendit
      - recta, primum par extendens, *Crycoarytænoideum poſticum.*
      - oblique ad latera, ſecundū par, *Cricoarytænoideum laterale.*
- *Caput*
  - Flectit, Flectens par *maſtoideum.* hoc flectit
    - recta, ſi totum agat.
    - ad latus, ſi alteruter contrahatur.
  - Extendit, extendentium par
    - Primum, *Triangulare,* vel *Splenium* dictum.
    - Secundum, *Trigeminum,* vel *Complexum.*
    - Tertium, *Recti maiores.*
    - Quartum, *Recti minores.*
  - Circumagit
    - Primum par circumagentium. *Obliqui ſuperiores.*
    - Secundum par circumagentium. *Obliqui inferiores.*
- *Cervicem*
  - flectit
    - Primum par flectentium, ſive *Longum.*
    - Secundum par flectentium, ſive *Triangulare.*
  - extendit
    - Primum par extendentium, *Tranſverſi.*
    - Secundum par, *Spinatum.*

- Thorax movetur
  - Primario, à muſculis propriis, qui vel
    - Dilatant in reſpiratione
      - libera, *Diaphragma ſolum ſe contrahens.*
      - coacta, *Diaphragma, & Intercoſtales externi.*
    - Cõſtringunt in reſpiratione
      - libera, *Diaphragma ſolum relaxatum.*
      - coacta, *Diaphragma, & Intercoſtales interni.*
    - Extendunt
      - Primum par thoracem extendentium, *Dorſi longiſſimus.*
      - Secundum par, *Semiſpinatum.*
      - Tertium par, *Sacrolumbum.*
    - Flectunt
      - recta, *Recti abdominis muſculi.*
      - oblique ad latera, *Obliquè aſcendentes abdominis.*
    - Circumducunt, *Duo tranſverſi abdominis muſculi.*
  - Secundario, lumbis motis, ſicque
    - flectitur, à flectente lumbos, *Quadrato.*
    - extenditur, ab extenſore lumborum, *Sacro.*

- INFIMI VENTRIS muſculorum, alij pertinent ad
  - *Abdomen*, quod comprimunt parte
    - Laterali,
      - *Obliqui deſcendentes.*
      - *Obliqui aſcendentes.*
      - *Tranſverſi.*
    - Anteriore, *Recti.*
    - Inferiore, *Pyramidales.*
  - *Lumbos*
    - flectit, *Lumborum flexor Quadratus.*
    - extendit, *Lumborum tenſor Sacer.*
  - *Teſtes*, elevant, *Cremaſteres.*
  - *Veſicam*, conſtringit, *Sphincter.*
  - *Anum*,
    - conſtringit, *Sphincter.*
    - elevant, *Ani levatores.*
  - *Penem*,
    - erigunt, *Collaterales, penem erigentes.*
    - vrethram trahunt, *Interiores penis muſculi.*

**Capitis muſculi pertinent vel ad**

- **Femur**
  - extendit
    - oblique
      - retrorſum, Primus femur extendentium, *Glutæus maior.*
      - antrorſum, Secundus femur extendentium, *Glutæus medius.*
    - recta, Tertius femur extendentium, *Glutæus minor.*
  - Flectit
    - recta,
      - Primus femur flectentium, *ψόας.*
      - Secundus femur flectentium, *Iliacus internus.*
    - oblique
      - Tertius femur flectentium, *Triceps.*
      - Quartus femur flectentium, *Liuidus.*
  - Circumagit
    - verſus ſuperiora, Primus femur circumagentium, *Pyriformis.*
    - introrſum, Secundus femur circumagentium, *Obturator externus.*
    - extrorſum, Tertius femur circumagentium, *Obturator internus.*
    - ad poſteriora, Quartus femur circumagentium, *Quadrigeminus.*
- **Tibiam**
  - Flectunt
    - Primus, *Sartorius*, vel *faſcialis.*
    - Secundus, *Gracilis.*
    - Tertius, *Semineruoſus.*
    - Quartus, *Semimembranoſus.*
    - Quintus, *Biceps.*
  - extendunt
    - Primus, *Membranoſus.*
    - Secundus, *Rectus.*
    - Tertius, *Vaſtus externus.*
    - Quartus, *Vaſtus internus.*
  - oblique mouet, *Suppopliteus.*
- **Tarſum**
  - extendunt
    - Primus tarſi extenſor, *Gaſterocnemius externus.*
    - Secundus tarſi tenſor, *Gaſterocnemius internus.*
  - flectunt
    - Primus flectentium tarſum, *Tibiæus anticus.*
    - Secundus flectentium tarſum, *Peronæus ſecundus.*
  - oblique mouent ad latus
    - internum, Primus, ſiue *Adducens, Tibiæus poſticus dictus.*
    - externum, Secundus, ſiue *Abducens, Peroneus primus* vocatus.
- *Cutim plantæ*, *Plantaris muſculus.*
- **Digitos**
  - flectunt internodium
    - Tertium, *Perforans.*
    - Secundum, *Perforatus.*
    - Primum, *Quatuor lumbricales.*
  - extendunt internodiũ
    - Tertium, *Tertij internodij tenſor.*
    - Secundum, *Secundi internodij tenſor.*
    - Primum, *Interoſſei.*
  - oblique ad latera.
    - *Interoſſei.*
    - *Minimum digitum abducens.*
- **Pollicem**
  - flectit, *Pollicis flexor.*
  - extendit, *Pollicis tenſor.*
  - oblique mouet, *Pollicem abducens.*

*Finis Libri Quarti.*

# ADRIANI SPIGEL

## BRVXELLENSIS,

# DE HVMANI CORP RIS FABRICA,

## Liber Quintus.

### Quo Venarum natura, earumque per vniuerſum corpus ſeries deſcribitur.

## CAPVT PRIMVM.

*Venarum naturam, actionem, & vſus explicat.*

OSSIVM, cartilaginum, & muſculorum hiſtoriam ha perſequuti ſumus. Sed quemadmodũ ad hanc methodu primo omnium de his egimus, ipſa quaſi Natura nos in quæ velut fundamenta quædam noſtri corporis hęc eſſ uit: ita, vt nunc, omiſſis Viſceribus, hiſtoriaq; trium Vent quæ neceſſario ſequi videbantur, Vaſorum, ſiue Venaru teriarum, & Neruorum tractationem aggrediamur, nos cogit. Horum enim fundamentum ipſi muſculi ſunt dum quorum ductus, ipſorum ſeries diſtribuitur. Et quanquam nec viſcera ab munia, liberaq; ſint, quia tamen muſculorum tanta moles & copia eſt, vt vniu pæne corpus conficiant, merito videmur poſt horum explicationem vaſorum nam aggredi. Cæterum ex vaſis omnibus de Venis primo agendum videtur, q pſæ, & notiores cæteris ſint, & ſimpliciores. Vnicam enim tantum habent tu cum Arteria duas, Nerui multiplicem. Vehunt præterea ipſæ ſanguinem, arteria rem, nerui ſpiritum, ex quibus ſanguis omnium eſt notiſſimus.

Eſt autem *Venæ vox*, quæ Græcis φλέψ, dicitur, ambigua admodum, cum *lata ſi tione*, pro quocunq; vaſe ſanguinem in ſe continente, ſiue arteria foret, ſiue ven

pocrates,ſiue quicunq; author ſit libri de morbo ſacro, *αἱματίτιδ*
t ab arteriis diſtingueret, quę calorē, & ſpiritus vitales per corp
*tenda* autem merito eſt *Vena ab Arteria*, cum inter vtramq; differ
imen reperiatur. *Subſtantia* enim primo diuerſa eſt, cum Ven
riis neruoſa, vnde Ariſt. 3. hiſt. animalium, cap. 5. *ἀορτή*, inquit, *νε*
ta appellata, neruoſa eſt. *Craßitie* quoque differunt, cum Vena
n tenui & molli conſtet: Arteria vero ex tunica quintuplo craſſ
vtramque ad viſum confeſtim diſtinguit, cum illa cærulea fer
a, & candida. Iam *ſanguis* quem vehit illa, quam differens eſt, v
m Venæ extimas quoque partes ſubeant, arterię intus hærent,
is ad ſuperficiem corporis accedunt, puta circa tempora, carpu
nunc vſum, & alia complura, in quibus notabile diſcrimen ad
em VENA, ſi definitionem ipſius requiras, *vas membranoſum, ſin*
*re intertextum, ſanguinem fibroſum, & craßiorē, pro nutritione totius cor*
*ficiens, & deferens*. Dico eſſe *Vas*, ſiue *ἀγγεῖον*, vt formam genuſq; ip
a vaſorū ſunt genera in noſtro corpore, Venæ ſcilicet, Arteriæ,
orum naturā norit, naturam quoq; Venarum vniuerſalem per
nim omnia, ſimilares partes ſunt, nō in illa tantū ſignificatione,
rganicarum dicuntur, ad quarum compoſitionē veniunt, que
terdū ſimilares partes vocantur: ſed etiam, quatenus opponu
ſimplicem naturam habent, ita vt quælibet pars venæ, vena & 
uoq; omnia oblōga ſunt, & teretia corpora, quæq; vniuerſo co
ac deportant, quæ ſane conditio Venis non minus ac arteriis, &
mē à cæteris vaſis diſtinguamus, in definitione, *Venas ſanguinē d*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

& vel ob raritatē ſubſtantiæ, vel calorem abundantiorē, vel motu
pulmones, & muſculi magnas habent venas: oſſa contra minores
frigidiora, & motus expertia. *Numerus* venarū tantus eſt, vt nume
Infiniti enim ſunt ramuli, qui cum ſeparati non ſint, ſed ab aliis at
qui tandem in magnos truncos deſinunt, aut potius à truncis ori
merum vtplurimum definire ſolemus, dum truncorum, ex quibu
rum exprimimus. Quamobrem ſi vulgatam intueamur opinion
næ, ex quibus reliquæ omnes naſcuntur. *Prima* vena, Vmbilicalis
ſa: *Tertia*, Vena portæ: *Quarta*, Caua. Cæterum cum vmbilicalis p
peculiaris truncus non ſit: ſed [a] ramus tantum Venæ portæ, vt cui
perſequi cum induſtria venam hanc in hepatis parenchymate co
in lucem prodeunte fœtu venæ officio amplius nō fungatur, ſed li
inſeruiat: tres duntaxat videntur eſſe venæ, à quibus cæteræ omn
nim cum Vena arterioſa ad pulmones ſolos abeat, nec prçter hos
trimentum deferat, duas tantū ponemus primarias Venas, Portæ
Eſt autem maxime neceſſaria futuro medico perfecta diſtributio
cognitio, non ſolum vt in morbis ex fluxione humorū dependent
tiſſimi eſſe cōſueuerūt, vtrumq; fluxionis terminū, mediaſq; vias
& pro reuellendis, aut diuertendis iiſdem, locū venæ ſectionib. a
cernere. Quamobrem autem duæ venç ſint, nec vt arteria, vna co
cū, res ſcitu maxime digna ſit, quanta fieri poterit, ſumma diligen
*tus* venarum connexionē, & ſedem earundē indicat. *Sedes* quæ ſit
ſtoria patebit, in qua omniū ductus deſcribemus: ad *connexionem* a
De hac cum controuerſiæ ſint inter Philoſophos & Medicos, qu
hi Iecur principium venarum conſtituant, totum tertium huius l
tio aſſignabimus. Digniſſimç autem ſunt, quarum mentio hic fiat
dam exiguæ quæ in nonnullis maioribus venarum ramis reperiu
illis, qui in artus, brachia, inquā, & pedes diſſeminantur. OSTIO
VVLAS appellant, quod ſanguini impetuoſe in motibus harum
valuularum in morem intercipiant. Hæ [c] exterius ſi quando vali
ſtringatur, manifeſte nodis per venas apparentibus, aduertuntur
tor noſtra ætate fuit, *Hier. Fabrit. ab Aquapendente*, Vir de Anatomic
oppido quam bene meritus. Is in Theatro, princeps magnum ho
humanis oculis, ſed poſtea elegantiore tractatu animis quoque
Valvulç ex membrana quadam tenuiore, quam eſt ipſa vena, val
ſus ſimiles, quæ in corde reperiuntur. Cauitate ſua Venæ cauæ

ſi-
iſto-
ena-
ſi-

vv-

ntor
ū-
m.

vel , quia partibus adiacent ; quæ motibus aut validis, aut continuis agitantur.

ACTIO Venis nulla vulgo communis tribuitur: oſtendam tamen capite tertio, re-uera venis ἁιμάτωσιν, quam Ariſtoteles Cordi, Galenus Hepati tribuit, competere: he-par autem, & cor, longe aliam actionem obire. Interim concludamus, *Venarum actio-nem* ſanguinis confectionem eſſe: *Vſum* autem, eiuſdem confecti per corpus diſtribu-tionem. Hanc vt perficiant, quatuor facultates habent miniſtrantes. *Attrahunt* enim chylum ex inteſtinis, per fibras rectas; attractum *retinent*, per obliquas; *concoquunt*, per calorem partim proprium, partim influentem à Corde, quam ab arteriis per anaſto-moſes hauriunt: *expellunt* tandem, quæ generata ſunt excrementa. *Cæterum* cum Venæ per vniuerſum corpus ſanguinem deferant, dubitatum eſt ab Antiquis, an eædem ſan-guinem quoque pro nutritione ad ſingulas partes expellant. Fuit enim *Eraſiſtratus*, qui ex venis ſanguinem effundi ſtatuit, & ſic non deferri tantum per venas, ſed etiam tru-di credidit. At *ego* contra exiſtimem, poſtquam chylus in ſanguinem verſus ſit, à carni-bus potius, cæteriſq; partibus trahi. Fauentem habemus in hac opinione ipſum Hip-pocratem, quem vnum omnium Anatomicorum doctiſſimum exiſtimo, qui 6. Epid. ſect. 6. eleganti ſententia, *σάρκας* inquit ὁλκοὺς καὶ ἐκ κοιλίης, καὶ ἔξωθεν εἶναι. δῆλον δὲ ἡ αἴσθησις ὡς

» ἔκπνοον καὶ εἴσπνοον ὅλον τὸ σῶμα. Carnes attractrices & ex vẽtre & extrinſecus ſunt. Indicio
» eſt ſenſus ipſe, quod exſpirabile, & inſpirabile eſt totum corpus. Carnes ergo ſunt quæ
» attrahunt: non tamen carnes tantum, quæ proprie ſic dicuntur, cuiuſmodi eſt muſcu-
lorum ſubſtantia, ſed quæuis pars noſtri corporis, quæ ſanguine nutritur. Actio. Quæſtio.

## CAPVT II.

### *Differentias Venarum breuiter enumerat.*

DIfferentiæ Venarum diligenter tradendæ ſunt; tum quia ad hiſtoriam particula- Differẽtiæ venarum.
rem plurimum momenti conferunt, tum quia nonnullæ earum ſunt, quæ Medi-
*e*, 5.3.A. D. cinæ Candidatis ſæpe in arte occurrunt. Ratione ergo *ſubſtantiæ* Venæ inter ſe diffe- *A ſubſtãtia.*
*f*, T. V. runt, quia craſſiores ſunt, vel tenuiores; ſimplicẽ tunicã habent, aut duplicem, eamq;
*g*, X. X. ſenſu carentem, aut ſenſu præditã, vt diximus. Ratione *Magnitudinis* diſcrimẽ eſt notatu *A magnitudine.*
*h*, E.E. digniſſimũ, propter febriũ doctrinã, in qua frequens eius occurrit mentio. Sunt enim
*i*, m. & q. Venæ quædam magnæ, aliæ mediæ, nonnullæ paruæ, aliquæ etiam minimæ. *Magnæ*
*l*, φ. ſunt, vt Truncus, Venæ cauæ [e] aſcendens, & [f] deſcendens, rami [g] iliaci, [h] ſubclauii, [i] ju-
*m*, Y. & Z. *n*, G. & l. gulares, & [l] emulgentes. *Mediæ*, illæ in quas rami [m] iliaci, & [n] ſubclauii diuiduntur, Ve-
*o*, q. na iugularis externa, [p] rami maiores Venæ cavæ, per jecoris ſubſtantiam tranſeuntes.
*p*, 8.8.2.F. F. F. *Parvæ* vero, quæ in habitu corporis conſiſtunt, & per muſculos diſperſæ ſunt, aut per
viſcera, vt per Iecur, Lienem, Renes, Inteſtina, Meſenterium, Vterum, Pudẽda. *Minimæ*
*q* 8.8.2. H.H. tandem vocantur illæ, quas τριχισμοὺς Græci, quaſi Capillares, appellant, quia pilorum
*r*, 8 9.4. craſſitiem non multum ſuperant. Hæ perquam bene in [q] hepate, aut [r] liene à ſua car-
F.F. ne liberato, ſed & in alba oculi tunica in homine viuo conſpicuæ ſunt, cum ophthal-
*ſ*, 8.14.A. A. mia laboramus, alias viſum ob tenuitatem effugiunt. Quoad *figuram*, quædam rectæ *A figura.*
ſunt, vt venæ cauæ [ſ] truncus, & [t] emulgentes, quædam curvæ, vt [u] capreolares, præ-
*t*, C. C. *u*, V.V. parantes ſcilicet dictæ, vbi cum [x] arteriis ſimiliter præparantibus multis vaſorũ oſcu-
*x*, X. X. lis implicantur. A *ſede* multiplex differentia peti poteſt. Aliæ enim per Ventres excur- *A ſede.*

runt,aliæ per Artus, & ab hac nonnullæ nomen habent proprium, vnde [y] Phrenicæ dicuntur,quæ diaphragma perreptant;[z] Iugulares, quæ per iugulum feruntur; [a] Renales, quæ per renem: nonnullæ nomine tali deſtituuntur. *Connexionis* ratione etiam diſcrimen eſt. Quædam enim cum carne nectuntur, vt quæ in muſculis ſunt: quædam cum Neruo, vt Baſilica in brachio; quædam cum Arteria,vt pleræq; omnes maiores. Vt plurimum enim quæuis vena arteriam ſibi ſociam habet, & fere vena arteriæ incumbit: ſæpe tamen duntaxat & lateri adiacet. Hac enim ratione ſanguis per vniuerſum corpus ad partes juxta ſuperiores,quam inferiores facile propellitur,& ſimul ventilatur motu,atq; à putredine conſeruatur. Cæterum vt raro admodum venam ſine comite arteria reperire eſt,imo nunquam,ſi diſcedas ab ijs,quę *Cutaneæ* dicuntur,qualis eſt ramus Cephalicus:ita contra,nunquam videre licet arteriam, quæ abſque ſocia vena incedat. Vbicunq; enim arteria eſt,ibi quoque vena cernitur. Ratione *vſus* denique,maxima eſt differentia. Nam etſi,vt ſtatuimus,primarius venarum vſus ſit ſanguinis per vniuerſum corpus diſtributio: ſunt tamen & alij quidam particulares. Sic nonnullæ chylum ad ſanguinis generationem attrahunt,vt ſunt [b] meſaraicæ; quædam excrementa purgant, & euacuant, quemadmodum [c] Vteri venæ, & Hæmorrhoides, per quarum illas menſtruatim, per has vero nonnunquam, quicquid in corpore excrementoſi eſt humoris, expurgatur. [d] Emulgentes etiam ſanguinem à ſero liberant. Sed & ſunt quæ materiam deferunt pro ſemine, vt [e] præparantes dictæ; & quæ ſemen jam confectum deportant ad glandulas ſeminales,vt [f] Deferentia vaſa.

*A connexione.*

*Ab vſu.*

*y*, C. C.
*z*, 4.1.O. O.
*a*, 8.10.C. C.
*b*, 8.7.P. P. P.
*c*, 8.21.2. N. N. N.
*d*, 8.13.E. E.
*e*, T. T.
*f*, X. X.

## CAPVT III.

*Diſceptationem Medicorum,& Philoſophorum de principio Venarum continet: tum Authoris ſententiam in medium adducit,& probat.*

DE Venarum principio inter Peripateticos & Medicos maxima lis eſt. Illi enim Cor,hi Iecur principium faciunt,vtriſq; ſuum ducem Ariſtotelem, aut Galenum ſequentibus. Ego vero fruſtra quæri exiſtimo quod nam ſit Venarum principium, cum prius quærendum ſit an illud detur. Habemus enim authoritatē doctiſſimi Hippocratis,lib.de oſſibus, minime profecto ſpernendam, vbi Venæ, inquit,per corpus diffuſæ,ſpiritum & fluxum,ac motum exhibent,ab vna multæ germinantes, atq; hæc vna,vnde oriatur,& vbi deſinat,non ſcio. Circulo enim facto, principium non inuenitur. Hæc ſententia,vt à ſummo in re Anatomica viro profecta eſt, ſic optime rationibus ſtabiliri poſſe videtur. Nam vti hinc incipiamus,probat ipſa ocularis inſpectio, Venas omnes per ſe ſubſiſtere. Cum autē nemo ſic abſurdus adhuc fuerit,vt parti,quæ per ſe exiſtat, principium adſcribere voluerit, quemadmodum haud quiſquam fuit, qui cordis,cerebri,aut Iecoris originē ad aliam vllam partē reuocauerit, cur Venarū principium quæramus? Vtcunq; autē & anxie aliquod inueſtigauerimus,nullū reuera eſt,ad quod reduci,ſi quod ſtatutum fuerit,poſſit. Cum .n. *tria* vulgo ponantur *principiorum genera*; vnū,γενέσεως,Originis,quod ipſi rei (vt loquuntur) dat eſſe; *alterum* ῥιζώσεως, ſiue Radicationis, à qua velut à radice res exoritur: *tertium* tandem, διοικήσεως, Diſpenſationis,

*Hippocratis de Venarū principio ſententia.*

*Probatur argumētis duobus.*
1.
2.

*Quomodo in Corde & iecore ſanguificatio non fiat.* de, neque in jecore conſtitui poteſt; relinquitur ergo vt in Venis ponatur..
*neq; in corde, neq; iecore fiat*, ex eo manifeſtum eſſe poteſt, quod antequam cord
patis parenchyma exſtructum eſt, ſanguis in venis generetur. Nam dum p
delineatur duobus primis diebus, ſanguis jàm fit in venis vmbilicalibus,
1. vel jecoris vel cordis parenchyma factum eſt, in quo alij ſanguificationis
2. conſiſtere affirmant. *Quod autem nec in Hepate tantum fiat ſanguis*, ſpeciatim ex
pſius læſa probari poteſt. Si enim ipſum ſanguinis officina foret, ſcirrho aff
certe dierum ſpatio, in mortem quoſuis conijceret, cum fame & tabe pere
ſet, omni ſanguinis generatione intercepta. Sed enim videmus eſſe quam
qui multo tempore, & per annos etiam, cum ſcirrho jecoris vitam traxer
3. imo, ſi à Iecore ſanguis conficeretur, vtique ab ipſo parenchymate Iecoris,
per ipſum diſperſis fieret. Sed non fit à parenchymate. Quod enim non ta
mentum, ab eo ſanguificatio procedere non poteſt, cum omnis actio natur
alimenti eſt concoctio, per contactum fieri debeat. Sed jecoris parenchym
git nutrimentum, quia venæ potius ſunt, quæ ipſum proxime tangunt, vt p
rum conceptaculis continetur.

Quare recte concludimus, Venarum nullum omnino eſſe principium,
parte, neque oriantur velut à materia componente; neque ab vlla, tanqu
emergant; neque tandem ab vlla facultatem ſanguificam mutuentur. Ven
guinem generant, ſed cum per totum corpus poſſint præparare, in hepate ta
ſimum conficiunt. Cæterum quia non ſufficit probaſſe tantum opinionem
ſed neceſſarium omnino ſit, argumentis etiam aduerſariorum ſatisfacere,
pulos inijciant: nunc quidem ad ea paulo propius accedemus, primum q
ſtotelis, deinde & Galeni rationes expendentes. Cæterum cum duplex vt
cipium ſtatuat, vnum Radicationis, alterum Diſtributionis, vtrumque ta
parte deriuet, & ille quidem à Corde, hic vero à Iecore, argumenta ſic ord
nemus, vt primo quidem ea in medium afferamus refutanda, quæ diſpen
inde & illa, quæ radicationis principium dari confirmant, quod ex illis,
fundamentis, argumenta hæc vt plurimum dependeant.

*Refutantur argumenta Ariſtotelis, quibus probat cor eſſe principiū diſpenſationis.*

Sit ergo principium ab ARISTOTELE, qui his rationibus probat co
rum diſpenſationis principium *Primo*; vbi eſt fons caloris, ibi eſt ſanguini
in corde eſt fons caloris. Ergo ibi quoque ſanguinis officina, & per conſe
in venas & caloris & ſanguinis diſtributio. At enim non valet conſeque
cordis calor etiam extra cor in venis ſanguinem generare poſſit: neque ca
mario ad ſanguinis generationem concurrat, ſed ſecundario, quatenus ſci
calorem innatum, qui primarius opifex eſt, fouet ſuſcitatque. Hinc factu
ribus venis, vel procul à corde diſſitis, arterias Natura vbique ſociarit, quo
1. in venis etiam longinquis, cuſtodiretur. *Secunda ratio eſt.* Quæcunque pa
ciſterna eſt extra venas, illa ſanguinis officina merito æſtimanda venit. at
talis ciſterna. Ergo & ſanguinis officina merito appellanda erit. Reſpond
quentiam non bene inferri. Non enim in cordis ventriculos alimentum fl
ſanguinem elaboretur, ſed vt ſanguis craſſior & frigidior, partim attenue

tur enim, animal quod ſanguineum non eſt, iraſci non poſſe, & ea quæ exſangui animi affectiones non pati, quod tamen ipſum vel commune illud, & tralatitiu uerbium, quod vulgo fertur coarguit, ἔχει ϗ μυῖα σπλῆνα ϗ μύρμηξιν ἔνεστι ἡ χολή, h: muſca ſplenem, & formicis ſua bilis ineſt. Locuſta certe, quæ ex cruſtaceis eſt, tuit, & iraſcitur, cum polypo congreſſa. Teſtatur hoc Ariſtoteles, lib. 8. hiſt. ani bi, Locuſtæ, inquit, vel piſces maiores conuincere poſſunt. Euenit vſu, vt locu lypi ſuperiores ſint, & adeo vt ſi in retibus eiſdem ſenſerit locuſta polypum, pr: emoriatur. Pauet & locuſtam congrus, & rurſus polypum congri lacerant. Se de apibus dicendum, quam non in hoſtes ſuos, & fures ſui dulcis illius liquor bundæ? vt in eos inuolant, vt aculeis pungunt? Veſparum nidos aggredere, qui vlciſcendum ἄλκιμον ἦτορ, non καρδίην doctiſſimus Poëtarum Homerus tribuit. C ergo animalibus quoq;, quæ ſanguinem non habent, animi affectiones eſſe.

Sed *neque Radicationis principium in Venis conſtitui Cor poteſt*, quamquam multis monſtrare rationibus conetur Ariſtoteles. Venarum enim, inquit, *primo* princ aut Iecur eſt, aut Cor, aut Cerebrum. Sed neque Iecur, nec Cerebrum. Erg At enim negatur maior, cum prius probandum foret, an ſint principia venar tequam quod ſit conemur oſtendere. *Deinde*, vbi vnum eſt principium, ibi in collocari debet: at in animalibus vnum eſt principium. Negari debet & maior nor. Maior, quia non ſemper aptiſſimus locus eſt principio medius, cum modo mus magis in ſuperiore parte poſitum eſſe cor, quemadmodum in piſcibus, ſe bus, & lacertis: modo in medio, vt homini, alijſq; nonnullis animalibus. Minor negatur, quia plura ſunt præter cor principia animali, vt cerebrum, quod ner principiũ eſt, & motui inſeruit, & ſenſibus. *Tertio*, ſi tria vaſa oriuntur à corde, A

Aa ir

ſime diſtare,tantum abeſt,vt ab ipſo naſcatur.

Iam ad argumenta Galeni deueniamus,quibus duo probare conatur. Prim cur eſſe principium Venarum Diſpenſationis,deinde & Radicationis. *Primum* p ſimiliter vt Ariſtoteles,quia ſcilicet Iecur ſit ſanguinis officina. Cum ergo Ven guinis ſint canales, ipſum neceſſario ex officina petent & per conſequens ex Ie quare Iecur erit principium diſtributionis venarum.Quod autem ſit ſanguinis na Iecur,probat hoc primũ argumento.Cuius ſubſtantia eſt conuenientior ad ſa nis generationem, quam cordis, in eo debet conſtitui ſanguinis officina: at in I parenchyma eſt talis ſubſtantiæ,quod vel cuiuſuis oculi probant,cum ſanguinis i rubeat. At non probant,inquam ego. Verum quidem eſt, vt hoc largiar, anima nonnullis rubrum eſſe parenchyma,vt homini,& quadrupedibus:pluribus tam iam viride eſt,vt Lampretæ,& nonnullis album,vt piſcibus. Si ergo verum illud commune Galeni axioma,quod mutatur in mutantis ſpeciem abit,ſequeretur, v & album hepatis parenchyma,ſanguinem eiuſdem coloris generare:at ſanguis t lampretæ,& piſcium ruber eſt. Quin imo nec in homine quidem ipſo rubrum e renchyma per ſe, ſed tantum à ſanguine colorem habet. Id inde patet,quod ma tum paululum in aqua,aut leuiter coctum,albedinem protinus, ſanguine ſcilice to,contrahit. *Secundo,*ſi ſanguinis officina ponatur in corde,Iecur fruſtra eſſet co tum. Non ſequitur. Habet enim vſum admodum in animali nobilem,vt ſcilicet quæ in ventriculo fit,chyli concoctionem adiuuet, tuendo fouendoque ipſius rem,id quod & ipſe Ariſtoteles,& Galenus quoque agnouit,ſed & à nobis inferi bi de hepate ſermo erit,prolixius poſtea demonſtrabitur. Et hinc eſt, quod anin quibus Ventriculus eſt oblongus,& ſecundum longitudinem corporis poſitus,ea & Iecur oblongum,& ventriculo adnatum habeant. Cætera argumenta quæ ad ſtotelis opinionem demoliendam faciunt, non opus eſt,vt hic multis refutentur, tantum noſtram adſtruere, quantum illam deſtruunt, videantur. Similitudo a quam ab officina ferraria in medium affert, prope quam recrementa ferri inuen tur:vnde concludit Iecur ſanguinis officinam neceſſario eſſe, quod & circa ipſa excrementorum receptacula,puta veſicula fellis,inualidior illa eſt, quam vt mer refutari.Non enim probat parenchyma hepatis ſanguinem conficere, ſed tantun nas in hepate, ex reliquis venis potiſſimum ſanguinem generare, quia & ex ip veſiculam fellis canales tranſmittuntur,non à parenchymate. Nos autem & ipſi l mur hoc lubenter,& eiuſdem ſumus ſententiæ, venas in Iecore præ aliis vniuerſi poris ad ſanguinis concoctionem facere.

*Radicationis principium eſſe iecur*, ſic probat Galenus. *Primo*, Quemadmodum in a ribus ſunt radices,truncus,& rami:ita & in Venis. Vt ergo radices arborum ex naſcuntur:ita etiam radices venarum ex aliquo viſcere prodire neceſſe eſt. Tale a

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# CAPVT IV.

## *Cur duæ venæ, Portæ nempe dicta, & Caua facta ſit, tum quæ ipſarum inter ſe differentia ſit, & connexio.*

*Cur duæ, non vna Vena facta ſit.*

NATVRA prouida & ſolers, non vnam Venam condidit, quemadmodum vnam arteriam: ſed duas, vnā, quā Portæ vocant; alterā, quam Cauam: quod duplicem oportuerit eſſe eum ſanguinē, qui corporis nutritioni dicatus eſt, illum quidem craſſiorem, qualis in Vena portæ continetur: hunc tenuiorem, vt eſt ille, qui in vena Cava. Partes enim, quas naturales vocant, & alimentum concoquunt, craſſiore indigebant alimento: at carnoſæ & muſculoſæ, tenuiore, magiſq; elaborato. In craſſiore enim materia & ſolidiore, & diutius calor conſeruatur, & fortior quoque eſt: calore autem omnis cōcoctio abſoluitur. Quod ſi vnus jam eſſet continuuſq; ductus in venis, quemadmodum in arteriis, prohiberi certe non poterat, quo minus hic duplex ſanguis confunderetur. Duæ ergo factæ ſunt, quæ ne conſortio mutuo carerent, ecce quam ingenioſum Natura effinxit commentum, vt vtrinque proſpiceret. Si enim vnam feciſſet duntaxat, vt demonſtraui, confuſio orta foret: ſi duas, non eſſet communio facta. Sic ergo cōformauit, vt nec vna eſſet reuera, nec duæ, ſed & duæ viderentur, & vna. Hanc rem conſequuta eſt, duarum venarum ramos mutuis quibuſdam oſcillis, quæ anaſtomoſes vocant, inter ſe coniungendo, vnde & ſanguis diuerſus eſt in vtraque, & tranſire ſimul poteſt ab vna ad alteram, nec tamen confunditur, quia in cauam tenuior tantum pars abit, fæculentior vero remanet in vena portæ. Cum ergo duæ ſint, altera quidem Portæ vena dicitur, altera vero Caua.

*Vena Portæ vnde dicatur. Portæ Hepatis.*

Dicitur VENA PORTÆ, non Porta, (vt quidam barbare & inepte loquuntur) quia ad portas, puta hepatis, enaſcitur. Sunt autem *Portæ*, ſiue πύλαι, ab Hippocrate nominatæ, eminentiæ duæ in caua iecoris ſede, quo loci hæc vena erumpit, cumque chylus ad hepar per hanc ipſam aſcendat, tanquam per ianuam & portam per has eminentias hepar ingredi videtur. De his loquens Hippocrates, libr. de diſſect. ὑπερκωρυφώσιας, inquit, ἔχων δύο, ἃς καλέουσι πύλας ἐν δεξιοῖς τόποις κειμένας, hoc eſt, duos apices, ſiue eminentias habens, quas portas appellant, in dextris ſitas. hinc 2. Epid. mentionem iniiciens huius venæ, ipſam φλέβα ἐπὶ πύλας καὶ λόβον ἥπατος appellat, venam quæ ad portas, & lobum hepatis eſt ſita. Dicitur quoque στελεχιαῖα, ἀπὸ τοῦ στελέχους, à caudice, quia ſimilis arboris trunco videtur. Vt enim hic ex multis radicibus aſſurgit, ita quoque & hæc vena ex multis ramis, per Meſenterium, Ventriculum, & Lienem ſparſis. Fuerunt etiam qui hanc eandem venam *Iecoris manum* indigitarunt, quod ea tanquam manu hepar alimentum ex ventre & inteſtinis attrahat. Arabes, *Venam lacteam* appellant, non, quod lacteo, hoc eſt, albidiore magis colore ſit prædita, quam reliquæ Venæ, ſed quod lacteus ſuccus, chylus puta, ex inteſtinis per eam in Iecur intret. Vulgo à Medicis *Vena portæ* dicitur.

*Vena Caua.*

Altera CAVA vocatur, ob inſignem ipſius cauitatem, vnde κοιλή, καὶ μεγάλη, *Caua*, & *Magna* Galeno, 14. vſu part. 7. appellatur. Interdum etiam μεγίστη, *maxima*, 4. vſu part. 5. ab Hippocrate, ἡπατῖτις, *iecoraria* vocatur.

De ha-

*Vtriuſq; Venæ differentiæ exponuntur.* De harum propaginibus antequam dicamus, operæ pretium facturos nos eſſe duximus, ſi nonnulla afferamus in medium, quæ de vtraque in vniuerſum dici poſſunt, & imprimis ſi collatione mutua inſtituta, vtriuſque differentias explicemus. Ratione enim *ſubſtantiæ*, ingens diſcrimen aduertitur, cum Vena Portæ (etſi vtraque ſit membranea) multo ſit craſſior Caua, ac fuſca magis. Caua contra candidior eſt, & tenuior. *A ſubſtãtia.* Euenire id, opinor, cum quia illa craſſiore nutritur ſanguine, tum quia magis nigro: hæc vero tenuiore, ac rubicundiore. Durior quoque eſt ſubſtantiæ Venæ portæ, mollior cauæ, quia illam aptiorem ad dilatationem & conſtrictionem, quam hanc conueniebat eſſe, propterea quod Caua in ſe ſanguinem complectatur mobiliorem, tum per ſe, quatenus tenuior eſt, tum per accidens, quatenus ſemper cum arteria coniungitur, quod venis portæ haud ita contingit. nam cæteræ quidem ſoboles, ſi Splenicum ramum excipias, non admodum arterias comitātur. Porro tenuitatis cauſa, copioſum ſerum eſt, quod in Venæ cauæ ſanguine continetur. Id enim cum modo abundare debeat, modo deficere, vt vena modo magis, modo minus dilatetur, neceſſe eſt. Ratione *A magnitudine.* *magnitudinis* vtriuſque venæ per Iecur diſperſæ, magna eſt differentia. Nam [a] truncus Cauæ qui in hepate eſt, multo amplior eſt, quam [b] venæ Portæ truncus, cum illa pluribus partibus nutriendis quam hæc, dicata ſit. Nec enim portę vena aliam nutrit, quam iecoris partem cauam, inteſtina, meſenterium, pancreas, liene, ventriculum, & omentum: at Caua reliquas omnes corporis partes, omnes muſculos, omnia oſſa, caput cum cerebro, cor, pulmones, diaphragma, renes, vterum, veſicam, & pudenda. Notatu autem digniſſimum videtur, plures [c] ramos venæ Portæ per iecoris ſubſtantiã ſparſos, *A connexione.* pauciores [d] venæ Cauæ. Iam quoad *connexionem*, coniunguntur hæ venæ inuicem per [e] ἀναστόμωσιν. Eſt autem *Anaſtomoſis*, coniunctio vaſorum per oſcula, ſeu paruos quoſdam meatus. Cæterum, cum anaſtomoſis duplici fiat ratione, vno cum extrema vaſorum extremis aliorum iunguntur, vt epigaſtrica vaſa cum mammariis, in facie interna Rectorum abdominis muſculorum nectuntur, quemadmodũ libro pręcedente oſtendimus: altero, cum rami ramis incumbentes, in medio pertuſi foramine, ſibi adnaſcuntur: anaſtomoſes Venæ cauæ, & portæ, poſteriore in hepate modo contingunt. *Notanda. 1.* Circa has *primum* notatu dignum eſt, non omnes propagines per iecoris ſubſtantiam diſperſas, per anaſtomoſin hoc pacto coniungi; quin imo [f] plurimas eſſe venæ portæ, quę ne pertingant quidem ad cauam, plurimas etiam [g] cauæ, quæ ad venam portæ non accedant. Cuius quidem rei cauſa adhuc dignior notatu eſt, cum ex ea pateat, has anaſtomoſes non eſſe factas, vt omnis ſanguis ex porta deferretur ad cauam, ſed quidam tantum, iſque tenuior. Si enim omnis traducendus foret, quæ ratio eſſe poſſit, cur non omnes ſurculi portæ, omnibus venæ cauæ ramulis coniungerentur, quemadmodum videmus contingere in vtero, vbi ſurculi per placentam ſparſi, cum iis, quæ per fundum vteri diſſeminantur, pares numero facti ſunt, ſinguliq; ſingulis per anaſtomoſin nectuntur. *Alterum* obſeruatu dignum eſt, anaſtomoſes has exiles admodum eſſe, vt 2. Veteres propterea inconſpicuas cenſuerint: quanquam certe oculos non vſque adeo ſubterfugiant, ſiquis animum quoque velit aduertere. Laxiores enim non requirebãtur, ſiquidem cum tenui ſanguine portio etiam craſſioris & fæculenti ſanguinis tranſiiſſet. Nec vero propterea tantum hæ anaſtomoſes factæ ſunt, vt ſcilicet ex portæ ve- *Vſus anaſtomoſeos.*

a, 8: 8. 2. A.A.
b, B.B.
c, E.E.E.
d, F.F.F.
e, eleganter expreſſæ, lit. G. G. G.
f, Ee. Ee.
g, Ff. Ff.

:gans,& facilior,ſi formicarum aceruo impoſitum relinquatur, atio fit ) exederint. Apparebit ſic poſtea ſubſtantia vtriuſque oijcias per quam bene,vt differentiam vtriuſque, & viſu, & ta m anaſtomoſes eleganter contempleris. Cæterum, quia ſupr: ım capitis dictum eſt,ob duplicem ſanguinem,duplices eſſe fac tem ſanguinem ob partes diuerſæ naturæ nutriendas, vt verita tur,ecce tibi hepar in cuius gibba parte vbi vena Caua eſt,diuei ntiam ab ea,quæ eſt in ſima,vbi Vena portæ ſtabulatur.Illa enii quæ à Iecore nullo negotio diſcedit:hæc contra durior, & vali :o temere id accidiſſe credendum eſt, ſed Naturæ ſingulari qu æ ſemper finis gratia optime & prudenter agit. Nam Venæ po ıſtantia fulciri debebant,vt eſſent magis patulæ: at Cauæ molli ıdi & ſubſidere poſſent,quemadmodmum antea demonſtratu

## CAPVT V

*Ramos,ſiue propagines Venæ portæ recitat, & Hippocratis ap maxime facientem,explicat.*

ACCEDAMVS ergo jam paulo propius ad ipſam Venarum Vena portæ initium faciemus,tanquam ab ea,quæ non ita lat ur,vt Caua.Solet enim per infimũ duntaxat ventrem diſtribui, gines vllas,imo nec per huius omnes partes,ſed illas tantum,qua licatę ſunt,vt puta Iecur,Veſiculam fellis,Ventriculum,Lienem n,Inteſtina,& Meſenterium, ramos diſpergere: nam ad reliqu n,& eas quæ generationi inſeruiunt,Caua propagines ſuas tran facilius,quæ eius ſit diſtributionis ratio,intelligatur,doctrinæ g milantes arbori,in quatuor diuidemus partes,ex quibus aliam.

*dextra.* ſeſe interuallo diducti, quamplurimos alios ſurculos progenerant, qui in
2. *Epiplois poſtica.* omenti membranam, quæ colon inſtar meſenterij dorſo alligat, quemadm
Coli partem, quam alligat, abſumuntur. Vocatur *Epiplois*, vel *Omentalis po*
*Diuiſio rami ſplenici.* quam ſic Splenicus ramus plures ſurculos diſperſit, jam q Lieni approxim
finditur ramos,[r] ſuperiorem, & [ſ] inferiorem, qui in alios, in ipſo parench
nis diſſipantur. *Ex ſuperiore*, modo antequam Lienem ingreditur, modo c
*Superioris rami propago.* ingreſſus eſt, & jam vel geminus, aut triplex ſurculus egreditur, celeberrim
medicæ ſcriptores, quem [t] *Vas breue* vulgo, ſed nos venoſum (ad diſcrimen a
reſpondentis,) appellamus. Hic in ſiniſtram fundi ventriculi partem, ali
tiùs etiam, & circa orificium ſiniſtrum inſeritur. Quæ cauſa eſt cur Medic
& vulgo quoque Anatomici, inepte cenſuerint, ex Liene melancholicum
per hunc refundi in ſtomachum ad excitandam famem. Sæpe tamen cad
*Inferioris rami propago.* nias, in quibus prorſus deſideretur. *Ex inferiore* ramo, qui humiliorem Lie
petit, vna oritur propago, quæ ſatis ampla, & inſignis, dextrorſum reflecti
1. cedens, & Ventriculi fundum ſiniſtra parte cingit, elatiori quoque Omen
2. næ à læua frequentes ramulos tranſmittit, & *Gaſtroepiplois ſiniſtra* dicitur. u
ramus inſignis, qui in plæriſque reperitur à ramo ſplenico inferiore, rariſſ
ipſo enaſci. Hic deorſum fertur, & toti ſiniſtræ coli parti ſurculos aſperge
ſecundum totam inteſtini recti longitudinem progreditur, ac tandem in e
tiam membranoſam, & podicem, plurimis exiguis ſurculis terminatur. Fi
*Hæmorrhoidalis interna.* ma huius mentio fit apud Medicos, quibus *hæmorrhoidalis interna*, ad diffe
ternæ, à Caua vena productæ, vere, ac proprie hæmorrhois dicitur. Dico
vere, quia hæmorrhoides interdum venas quoque narium, gingiuarum,
guinem, & ſine dolore quidem, fundentes, appellant. In hac ampla ſig
Philoſophus accepit 3. de part. animal. vbi menſtruam etiam purgation
hæmorrhoidum facit. Proprie tamen dictæ Hæmorrhoides Medicis ſunt
ius in ano dilatationes, à bile, tum atra, tum flaua, tam ſalſa pituita, quam n
co humore excitatæ. Et hæ duorum ſunt generum, *Cæcæ*, quæ nullum ſang
dunt, ſed inſtar acini vuæ protuberant, in, vel extra anum: aliæ *apertæ*, quæ
quem continent, fundunt. De harum curatione peculiarem libellum, ve
doctiſſimus Hippocrates ſcriptum nobis reliquit. Reliqua pars rami ſplen
nem totum abſumitur, ibidemque in varias, & minutiſſimas propagines
circa y cauam, & mediam lineam ipſum parenchyma ingreſſa. Atque hi q
ſurculi, quos ſplenicus ramus producit.

z Meſenterica *vena*, ſiue *dexter venæ portæ ramus*, quam primum a
atque à dorſo prodit, committitur, & in duos præcipuos ramos diuiditur,
terium inter duas tunicas pertranſeuntes, ſinguli in ramulos finduntur i

hi in tenues iterum ſurculos,qui inteſtina adeuntes, Venas illas, adeo celebres apud Medicos,quæ *Meſaraicæ* vocantur,conſtituunt.Ex his primus,*Meſenterica dextra* dicitur, à dextra,quam occupat parte,& ſimiliter duplex eſt, vnde factum vt Veſalius, & qui hunc ſequuti ſunt,alij fere omnes,tres Meſentericas enumerent.Hæc in Ieiunum,Ileum,Cæcum,& Coli inteſtini dextram partem,quà renibus& jecori adiacet,inſeritur, & quamuis vtraque plurimas de ſe ſoboles ſpargat , vt perquam arduum ſit numero aliquo ipſas exprimere , tum quia variant admodum pro ratione ſubiectorum , tum quia non eundem omnino ordinem ſeriemq; obſeruant,notatum tamen fuit , vt plurimum quatuordecim eſſe, quæ poſtea iterum in infinitos ſurculos alios diſperguntur. Hi vbi ad inteſtina peruenerunt, ad ipſorum tunicam tantum oſculis hiant,nec cauitatem ipſam ingrediuntur, cum cruſta quadam interius ſuccingatur. Quemadmodum auté, vt diximus ſupra, in pluribus noſtri corporis partibus, vaſorum diuaricationes Glandulis quibuſdam attenduntur, partim vt tutiores ſint in progreſſu,partim ne concidant, & vna ſanguinis fluxus refluxuſq; maxime neceſſarius impediatur: ita hic quoq; vaſorum,quæ per meſenterium diffunduntur,diuiſiones, *b glandulæ* quædam ſuffulciunt,proportioné cum propaginibus ſuis vbiq; obſeruantes, adeo vt maiores ramos maiores glandulæ,minores,exiliores quoq; ſuſtentent.Hæ vbi ſcirrho laborant,compreſſis vaſis, & impedita chyli per venas,ac conſequenter, ſanguinis per corpus diſtributione,tabes & totius corporis maror naſcitur. *Meſenterica ſiniſtra* in mediam meſenterij partem, quemadmodum & eam Coli ſedem, quæ à læua Ventriculi regione,ad rectum vſq; inteſtinum excurrit,diſpeſcitur. Ab hac interdum hæmorroidalis interna,de qua modo diximus,quemadmodum id Veſalius annotauit,exoritur, quæ Colo ſurculos quoſdam largiens,tandem per totam longitudinem Recti inteſtini progrediens,in podicem deſinit. Cæterum antequam in hos ramos Truncus meſentericus diuidatur, duas prius propagines emittit, quarum *altera Gaſtroepiplois ſiniſtra dicta*,quæ Ventriculi fundum dextrum anterius poſteriuſq; perreptat, quemadmodum & omenti membranam ſuperiorem:*altera*,alijs *Inteſtinalis*,nobis *duodena* dicta, ad Duodeni medium,& Ieiuni principium pertingit, & per eorum longitudinem deſcendit.

*Vſus* Venæ portæ *præcipuus* eſt,partes quæ in imo Ventre ſitæ ſunt,&craſſiore ſanguine,ac fæculentiore indigent,vt ſunt omnes,quæ nutritioni dicatæ, nutrire. Debuit enim craſſior eſſe ſanguis,vt eſſet calidior,cum calor ſemper in craſſiore corpore ſit potentior.Sic ergo RADICES Iecur nutriunt:TRVNCVS Pancreas: ex SVRCVLIS *Veſiculam quidem fellis*, cyſticus. RAMVS SPLENICVS omnia nutritioni dicata viſcera,præter meſenterium,&inteſtina,ac Ventriculum,eius ſurculus pyloricus,gaſtricus,vtraq; gaſtroepiplois,& Vas breue. Nec enim expellendi ad ventriculum humorem melancholicum,ſed nutritionis præcipue gratia, Vas breue factum eſſe à Natura exiſtimo,cũ ſanguis,qui in Liene generatur,non melancholia ſit,&humor excrementitius,ſed optimus potius,quamuis paulo craſſior, quam alius ſanguis, quia ſcilicet & partes per ſplenicum ramum craſſiore, quam per meſentericum alendæ, indigebant. *Omenti ſuperiorem membranam* vtraque gaſtroepiplois,*inferiorem* epiplois dextra,&poſtica. *Lienem* duo rami,in quos Splenica vena dirimitur,& qui per eius lineam mediam parenchyma ingrediuntur.DVO RAMI MESENTERICI, *Meſenterium*,*& inteſtina*

Margin notes: II. Meſentericus ramus. *Dexter*, — b, T. — Glandulæ. — *Siniſter*. — Propagines ante meſenterici diuiſionem enatæ. *Gaſtroepiplois ſiniſtra*. *Inteſtinalis*. — Vſus. *Primus*.

fere omnia. Et inteſtinum quidem *Duodenum*, propago duodena: *ieiunum* autem, *ile* *Cæcum*, & *Coli dextram partem*, dextra menſenterica. *Siniſtram* autem *Coli* ſede & *totum Rectum*, hæmorrhoidalis, at *mediam partem*, quæ ſub ventriculo eſt, E

*Secūdus.* plois poſtica. *Secundus* vſus eſt, attrahere chylum, eumque ad hepar deferre, in cu Venis præcipue ſanguificatio celebratur. Eædem autem Venæ, quæ meſenteric nutriunt, chylum etiam attrahunt, vt infra, cum eius hiſtoriam perſequemur,

*Tertius.* cemus. *Tertius* vſus eſt, excrementa è corpore euacuare per inteſtina. Sic viden *per ramum meſentericum*, ex Iecore interdum refundi bilioſum humorem in dyſen

*Quartus.* ria, & diarrhæa климлilioſa: *per Hæmorrhoidalem venam*, fecem melancholicam. *Qua* vſus, adiuvare coctionem hepatis. Sic videmus *per ſplenicum ramum* attrahi craſſior partem chyli, quæ melancholia dicitur, non, quia ibi ſedes melancholiæ ſit, ſed vt neficio arteriarum, quæ copioſiſſimæ ſunt in Liene, attenuetur & concoquatur, coctionem, quę in hepatis venis celebratur, interturbet & impediat, quemadmod conſueuit fieri, quotieſcunque Lien aliquo morbo laborat, vt ſanguificationis op ſtatim lædatur.

*Explicatio aphoriſmi cuiuſdam Hippocratici.* CÆTERVM quoniam Hæmorrhoidalium Venarum mentio hic facta eſt, viſ fuit non inopportunum fore, ſi huc explicationē pulcherrimi aphoriſmi, qui duo cimus eſt ſectionis ſextæ, cū ſine anatomica hiſtoria intelligi nequeat, & ab aliis ita deliter enodatus nō ſit, vt erat neceſſariū, coniiciam. Scribit in eo Hippocr. αἱμοῤῥοι ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν, hoc eſt, à *diuturnis ſanato morrhoidibus, ſi vna omnino non ſeruetur, periculum eſt, aquam inter cutem, aut tabem ſupervei* In huius explicatione, de veritate ipſius aphoriſmi primum dubitabimus, deinde modo, quo ex ſanatis diuturnis hæmorrhoidibus hydrops, aut tabes fiat, diſpu

*Primum quæſitū.* tionem inſtituemus. *Dubitare autem merito poſſumus de veritate*, quod idem Hippocrat in libro de hæmorrhoidibus, quem ego maxime genuinum eſſe ſtatuo, (quidquid iam dicat doctiſſimus alioquin Mercurialis) hæmorrhoidas nos vrere iubet, vetatc vllam citra vſtionem relinquere, ſed omnes vrere. Et ſane *Aetius*, libro 14. concil re cupiens hæc duo loca, ad illa verba, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ, hoc eſt, niſi vna ſeruetur, vić rationem, non hæmorrhoidem ſubintelligendam cenſet, quaſi diceret Hippocrat non ſanabis diuturnas hæmorrhoidas habentem, niſi æger conuenientē victus rat nem à te præſcriptam diligenter ſeruauerit, alioquin enim periculum eſt, ne in tabe aut hydropem incidat. Cæterum *Galenus*, in commento illius aphoriſmi, expre ſcribit, docere Hippocratem, niſi vna hæmorrhois ſeruetur, periculum illud fore, r vllam omnino diætæ mentionem iniicit. Quin & ipſa quoque cottidiana experient cum victu quoque exacto hæc mala inſequi ſatis teſtatur; & ratio deſumpta à moc quo id poteſt contingere, quemque mox explicabimus, vberrime declarat. Ex q ſane patet, duo hæc Hippocratis loca controuerſa adhuc & ſibi inuicem repugna

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# CAPVT. IV.

*Superiorem, ſiue aſcendentem Venæ cavæ truncum, tum ramos per caput diſperſos, enarrat.*

*Vſus Venæ Cauæ.*

ALTERA jam vena, quam [a] *Cauam* vocari diximus, conſideranda eſt, quæ latius multo quam Portæ vena patet, cum per vniuerſum corpus diſtribuatur. Eius enim munus eſt, omnes noſtri corporis partes, quæ ad alimenti concoctionem non faciunt, enutrire, quæ cum longe lateque pateant, venam quoque Cauam maximam eſſe longeque diffuſam neceſſe eſt. Et quia tenuiore quodam magiſque elaborato ſanguine ali eas conueniebat, nec ita craſſo, aut fœculento, quemadmodum Ventriculum, Lienem, Omentum, ſanguis quem conficit, & vehit Caua, purior, tenuior, atque ſyncerior quoque eſt.

*a, 5.3. quæ integram & ab omnibus partibus liberam venæ cauæ delineatione exhibet.*

*Ratio ordinis qui in hiſtoria eius ſeruādus.*

In huius hiſtoria tradenda, etſi minime cum iis ſentiamus, qui vel à Iecore deducūt ipſius principium, vel à Corde, quia tamen alicubi principium tractationis quærendū nobis eſt, communem Anatomicorum conſuetudinem ſequendum duximus, adeoq; quaſi à Iecore originē capiat, doctrinæ facilioris gratia, ſic de ea perpetuo loquemur. Accedit, quod in Iecore quaſdā veluti radices ſpargit, haud ſecus ac vena Porta, in cujus hiſtoria cum propterea initium ab ipſis ceperimus, merito hic quoq; exordium in caua quærendum erit. Cæterum Caua, quanquam per vniuerſum corporis truncum, recto progreſſu excurrat, & inſignem caudicem [b] conſtituat, per medium infimumq; Ventrem,

*b, D.*

A.D. dendum.[c] *Aſcendens* ergo,& *Superior* dicitur,qui ſupra hepar conſiſtit, & circa jugulum
T.V. terminatur;[d] *deſcendens* vero,qui infra hepar eſt,& ad crura vſque pertingit. Vterque
m.& q. enim poſtea in ramos diſpeſcitur,quorum [e] illi ad caput ſurſum feruntur,vt jugulares;
& brachia, vt [f] brachiales; hi ad crura, & [g] crurales vocantur. De his ergo omnibus
G. & I. nunc ordine ſic dicemus, vt prius trunci aſcendentis hiſtoriam, deinde ramos ejus,
T. partim ad caput, partim ad brachia progredientes enarremus: hinc deſcendentem
truncum,ejuſque ramos ad crura digeſtos,aggrediemur.

VT ERGO EX CAVA HEPATIS parte venulas complures, veluti radices enaſci [h] diximus, quæ ſemper in majores ſenſim inſertæ, tandem circa medium omnibus ſimul coeuntibus Truncum conſtituebant; [i] ita non diuerſo modo,ex ambitu conuexæ eiuſdem partis,numeroſa venarū ſoboles erumpit,quæ poſtea in vnū [l] truncum conſpirat. Truncus hic [m] Diaphragmatis neruoſam partem in dextro latere perforat,quam tranſiens,indiuiſus vſque ad iugulum progreditur,& quia verſus ſuperiora aſcendit, ASCENDENS TRVNCVS communiter ab iis, qui Cauam ex Hepate prodire cenſent,vocatur. Amplior eſt multo Deſcendente,quod partes ſuperiores ſolo hoc nutriatur:inferiores autem pleræq; omnes in ventre imo contentæ,Vena portæ. Quamuis autem in ramos nullatenus findatur, vſq; dum jugulum attigerit,propagines tamen quaſdam ad latera ſpargit,& quidem tres inſigniores. [n] *Prima* eſt,quæ *vena Phrenica* dicitur,vtrinq; vna,& per diaphragmatis (quod φρένες vocatur) vniuerſam ſedem numeroſa ſobole diſtribuitur,ramulos ad pericardium vicinum,& mediaſtinū tranſmittens,quod vbi jam ſuperauit, & thoracē ingreſſa eſt, modice ſiniſtrorſum inclinat,pericardium ingreditur,& è regione octauæ thoracis vertebrę admodum lateſcens,in [o] dextrum cordis ventriculum validiſſime inſeritur,vt non immerito hinc Ariſtoteles oriri cenſuerit. Antequam tamen ſic implantetur, [p] *alteram* propaginem educit,quæ inſignis eſt,& ſecundum cordis poſteriora,ac latus ſiniſtrum,verſus anteriora porrigitur,cordis baſin coronæ inſtar ſuccingens,vnde & *Coronaria* dicitur.Hęc plurimos ramos per exteriorem cordis ſuperficiem totam diſpergens, potiſſimum vero per partē læuam, vt quæ copioſiore alimēto ob continuum & majorē motum,quā dextra pars,indiguit. Quia vero parenchyma cordis durum eſt,ac ſolidum,propterea & craſſiore quoque ſanguine nutriendum erat,ex quo factum, vt hic ramus,antequā cor ingreſſa ſit vena,exoriatur,quando ſcilicet adhuc ſanguis paulo craſſior eſt,nec dū in cordis ſinibus attenuatus fuit. Prope huius originem *Valvula* eſt, quæ ſanguinis ad cauam,refluxum,propter continuū cordis motum facillimum,prohibet. Vbi iam cor ſuperauit Caua,gracilior redditur,& pericardiū denuo perforat,à vertebris dorſi diſcedit, & ſuperuecta œſophagum,aſperam arteriam,atque aortam,( ſibi mutuo ſic incumbētia,vt vertebrarum corpora œſophagus occupet, huic inſternatur arteria aſpera,cui iterum incumbit aorta,) per mediam pulmonū diuiſionē, quod loci dextra pars

Left margin: , cap.5. / , vide 8. / .2.F.F. / ,ib.A.A. / n, 4.13.E / n, 5.3.æ. / æ. / o, C. / p, b.b.

Right margin: TRVNCVS ASCENDENS. / Propagines trūci aſcendētis. / 1. *Phrenica.* / 2. *Coronaria.*

à læua diducitur,ſurſum contendit.Cæterum quia hoc pacto dorſum attingere
quam poterat,ramuli autem,ſi quos eduxiſſet, periculo ruptionis, (ſuſpenſi ſc
3. admodum fuiſſent opportuni, [1] *tertiam* propaginem ſimul atque pericardium
ἄζυγος. eſt,conſtituit.Hanc venam ἄζυγον Græci,Latini *ſine pari*, aut *coniuge carentem* app
quod in homine vna tantum ſit,nec parem,aut conjugem in ſiniſtro latere, vt a
næ,habeat:in ruminantibus tamen animalibus gemina eſt,& vtrinque conſpic
greditur vero circa quintam thoracis vertebram,&quidē ex Cauæ poſteriore,
tro latere,deſcendenſq; non recto gradu procedit, ſed verſus dextram nonnihi
nans,retrorſum ad ſpinam quaſi reflectitur.Cum primum autem octauam, ve
coſtam attigit,ſupra ſpinam in duos *ramos*,quorum alter *dexter*, alter *ſiniſter* eſt,
ditur,qui deſcendentes,diaphragmatis diuiſionem, quæ inter duas ipſius proc
nes eſt,tranſeunt,ſicque in infimum ventrem expanduntur.Ex his ſiniſter, qui
doq; maior eſt, circa tranſuerſos vertebrarum proceſſus, ac ſub ſiniſtra produ
Diaphragmatis,& primi femur flectentis origine latens,in emulgentem ſiniſt
vel juxta principium,vel (vti frequenter ſolet) in medium inſeritur. *Dexter* ver
liter ſub membranis circa tranſuerſos dextri lateris proceſſus,dextraque produ
ſepti,& eiuſdem primi femur flectentis principio,qui dextrum latus occupat,p
diens,aliquando ipſi trunco Cauæ,interdum primæ lumbari implantatur.Et h
ſeruatio doctiſſimo Falloppio debetur, qui huius ſiniſtri rami beneficio, mat
thorace collectas,ſiue aqueę ſint,ſiue purulētæ,aut ſanguineæ euacuari voluit,
tamen re ſequenti libro breuiter aliquid dicemus. Cæterum ab hac Vena,ab v
latere,tam dextro,quā ſiniſtro,in itinere verſus inferiora,ſurculi egrediuntur,
bus tamen dextri inſigniores,magiſq; ampli ſunt, quorum decem plerumq; ſ
numerari ſolent,qui ad inferiorum coſtarum totidem interualla excurrunt, &
*ſtales venas inferiores* conſtituunt. Dico autem plerumque ſemper decem eſſe, qu
valde euenit, vt ab hac vena omnia interualla ramis donentur, cum duo ſup
primum ſcilicet,& ſecundū ſpatium,à quarto ramo jam jam enarrando, ſurcul
nanciſcantur. Cæterum ſurculi hi recta progrediuntur, & quidem juxta infe
ſedem coſtarum,vbi horum gratia ſinus exſculptos eſſe, ſecundo libro docuim
hic ſane locus diligenter Chirurgiæ candidatis notandus eſt, propter Thoraci
tionem in empyemate,vt ſciant in ſuperiore coſtæ loco ſectionem faciendam
ex inferiore magno vitæ periculo vaſa læderentur.Non tamen *per coſtarum verar*
tam longitudinem excurrunt hę venę, ſed cum oſſea parte vna terminantur.Int
tilaginea autem ſex ſeptem verarum coſtarum ſpatia, Venæ Mammariæ prop
nutriunt,quemadmodum mox dicemus. *In ſpuriis* tamen coſtis, vltra cartilagi
iam verſus abdomen pertingunt, in cuius muſculos ſe inſinuant. Propagantur
& ab eadem vena alij quidam exigui ramuli, per quos alimentum Vertebraru
dullæ,& Muſculis, circa quos ſcilicet feruntur,deriuatur;nonnulli etiam in me
num juxta dorſum implantantur.Hac ergo Vena ſine pari ſic conſtituta, Caua
gulum aſcendit,ſuffulta Mediaſtino,mollique ac glanduloſo quodam corpore
Græci θυμόν appellant,& in elatiſſima Thoracis ſede poſitum eſt,vt venarum di
tiones hic ſuſpenſas,ob omni ruptionis periculo tutas præſtaret.

cranium penetret, vt Veſalius voluit) proceſſum peruenerit, iuxta quem partim ad eundem ſinum fertur, partim in poſteriores colli partes diſtribuitur. Sunt enim *duo ſinus* oblongi, ſanguine referti, qui ex dura cerebri membrana conficiuntur, vtrinq; vnus, ad latera medullæ Ceruicis conſiſtentes. Ab his ramuli diſtribuuntur, qui ſpinæ medullam, conterminasq; partes enutriunt: initium autem circa articulationẽ capitis cum prima vertebra, capiunt: finem iuxta ſeptimam colli vertebram reponunt. Sinus hi duo, quorum alter dexter eſt, alter ſiniſter, communionem quandã inter ſe habent, per tubulum, eumq; breuem, qui ab vno ad alterum, circa eam fere colli regionem, quæ inter ſecundam, & tertiam vertebram eſt, tranſuerſim deriuatur. Tandem [x] *quinta* vena eſt, quæ à poſteriore parte enaſcitur, *Muſcula inferior* vocata, quæ in muſculos humiliorem ceruicis, (adeoque caput & ceruicem extendentes, vnde melius *Ceruicalem* diceres,) itemque ſublimiorem thoracis ſedem iuxta vertebras occupantes, multis ramis diſtribuitur. *x*, l.

Propagines quæ ex ſuperiore ſede ſubclauiorum oriuntur.

*A ſublimiore ſede ſubclauiorum*, dum adhuc in thorace eſt vena Caua, cum tres prodeant, duæ ſunt notatu digniſſimæ propagines, quæ ſub muſculis caput flectentibus verſus ſuperiora viam intendunt. *Prior* internam magis partem ſpectat, & Iugularis interna dicitur: *altera* ad exteriora vergit, & Iugularis externa communiter vocatur. Vtraque enim juxta jugulum oritur, & ſecundum hunc ad caput aſcendit, ex quibus illa maior, hæc minor eſt in Homine, contra in Brutis. Cæterum cum appellationes pleræque omnes, & optime, non à loco, per quem tranſeunt, ſed ab inſertione ſint deriuatæ, rectius fortaſſe *Cephalici, & Capitales* dicerentur.

1. *Iugularis interna.*

[y] *Iugularis interna*, juxta articulum, quo clauicula ſterno nectitur, originem ducit, ac vt primum oritur, cum arteria carotide, & neruo ſexti paris, tanquam itineris comitibus, ad aſperæ arteriæ latus coniungitur, & ad fauces viam parans, circa medium viæ, in duos ramos dirimitur, ex quibus alter exterior dicitur, alter interior. *y*, m.

*Eiusdem diuiſio in ramũ exteriorẽ, & interiorem.*

*Exterior* quidem, quia capitis interiora non ſubit, ſed ad maxillæ inferioris angulum bifariam diuiſus, alterum ramum ad fauces, alterum prope aures, & faciem diſtribuit. *Interior* autem ramus, vniuerſo ductu Carotidi arteriæ, vſque ad caluariæ baſin commiſſus eſt, ad quam vbi appulit ſede poſteriore, ſimiliter in duos ramos ſcinditur, ſed amplitudine inæquales. [z] *Primus* enim maior eſt, & poſterior, cum oblique retrorſum ducatur, qui vbi in muſculos œſophago ſubiectos, & anteriorem ceruicis vertebrarum ſedem occupantes, ſurculos propagauit, per occipitij foramen ſecundum, cum arteriæ carotidis ramo minore cranium ingreditur, per quod idem foramen ſextum par neruorum deſcendit, ſicque membranæ craſſæ ſinum [a] primum [b] & ſecundum ſubit. *z*, n. *a*, l.

*Exterior.*
*Interior & eius ſubdiuiſio.*

[c] *Secundus* ramus, *gracilior*, & anterior, carotide arteria penitus relicta, anticam capitis partem petit, & poſtea quam in via auditus organo ſurculum, non admodum inſignem, largitus eſt, caluariam per cuneiformis oſſis foramen ſeptimum ingreditur. [d] Hic per craſſæ membranæ baſin, & latera, multiplici ramorum ſerie diſpergitur, quorum [e] veſtigia in oſſium ſyncipitis interna ſuperficie obſeruari, ſuperius lib. 2. diximus. Hos duos ramos, cum ad Cerebrum vadant, *Encephalicos*, quaſi dicas, *Cerebrales*, vocabimus, & illum quidem maiorem, hunc minorem. [f] *Iugularis externa* ſub cute, & Quadrato genas detrahente muſculo aſcendens, per colli latera, vbi ad aurem peruenit, *b*, 2. vide & 10. 1. 1. r L. *c*, p. *d*, 10. 1. 2. C D. E. *e*, 2. 6. 4. B. B. *f*, 5. 3. q

2. *Iugularis externa.*

g, r. g in duos ramos ſcinditur, quorũ alter à me profund
h, ſ. ditur, & ad intimiora penetrat; alter, cutaneus. h *Proſ*
nibus glandulas obtinet, circa fauces conſiſtentes, &
mittit ad Laryngem, glandulaſq; ipſi adnatas, tum ad
los, ex quibus ille, qui ſub lingua per totam longitudi
multiplices ramulos, qui eleuata lingua etiam ante ſe
*Ab hoc profundo ramo* tres oriuntur, qui interiora capi
quidem, poſtquam ad fauces, & os, ramulos ſparſit, p
i, t. rum inſculptum, cranium ingreditur. i *Alter*, ex ocu
foramen ſecundum, vnde ſecundum neruorum par
membranam, verſus ſuperiora, aliquot ſurculis excu
ne per oſſis cribroſi foramen in eandem membranat
rem hanc partem nutriunt, cum ſinus tertius ad ipſai
l, u. proceſſuum mammillarium deſinat. Cæterum l *Cu*
ptans, & ſub aure glandulis, quas Parotides vocant
m, x. tur; quorum *alter* m *anterior*, obliq; per genas ſurſum
in itinere naſo ramulos impertiens, & procedens a
n, y. quo alterius lateris ramo in media fronte, rectam ve
pellant, & in inſania maxima cũ vtilitate inciditur. H
quodã loquens *mediã* (inquit) *pertundite venã*. *Alter* ra
o, z. fertur, & ad o tempora atq; p occipitis cutim ramo
p, α. ſubclauiorũ ramorum ſede enaſcitur. *Muſcula ſuperio*
eiuſdẽ nominis ex humiliore prodit. Erumpit autẽ
ſteriores ceruicẽ occupantes muſculos, ipſamq; hui
q, β. nomine q *Ceruicalẽ ſuperiorem*, non inepte vocabimus
r, F. mus, venæ ſubclauię diſtributionẽ, reuertamur. Hæ
ſ, G. *ris* vocatur, atq; vbi ad alas peruenit, in duos inſigne
t, I. licet, & Baſilicam, qui poſtea per totum brachiũ diſ
u, γ. diuidatur, duos producit de ſe ſurculos, u *primum*,
x, δ. muſculos internã ſcapulæ partem occupantes prop
vocatum, grandiuſculum, muſculis eiuſdem ſcapul
y, I. ſidentibus, implantatum. y *Baſilica* vero & ipſa, ante
z, ε. propagines profert: z *vnam, Thoracicam ſuperiorem* dic
qua parte oriatur, & inſignis admodum cum ſit, pe

*venæ Axillaris. Diſcrimen ramorum venæ Axillaris.*

ximat,ſed ramos inæqualis amplitudinis.[c] *Superior* enim quem *Cephalicum* vocant, *c,*
gracilior eſt;at[d] *inferior*,qui *Baſilica* dicitur, triplo fere amplior. *Cephalica* etiam ſubcu- *d,*
tanea quaſi tota eſt,nec niſi vno ramo ad profundiores muſculorum receſſus penetrat,
vnde neq; Arteriam, nec Nervum intimioribus ſcilicet corporis receſſibus addictos,
comites habet.*Baſilica* vero,partim ſub cute prorepit,partim ſub muſculos ſeſe recon-
dit,vnde &magnitudine illam merito ſuperare debuit,vt quæ pluribus partib.alendis
1. deſtinata erat.Habet eadẽ & Neruos & Arterias itineris ſui comites, quæ cauſa eſſe ſo-
2. let,vt hac vena inciſa, ſanguis cũ impetu proſiliat:ſecta ecõtra cephalica effluat leniter,
quod imperitos diſſectionum Medicos,Venæ ſectioni adſtantes, ad animi & corporis
robur,aut imbecillitatem imprudenter referre cernimus.De vtriuſque per brachium
diſtributionis ratione nunc breuiter dicturi ſumus, initium capientes à ſuperiore
tanquam ramo minore.

VENA CEPHALICA.

[e] CEPHALICA ergo Veſalio *Humeraria vena* dicitur,quod per humerum ad manum *e;*
propagetur;ab aliis *cubiti exterior* à ſitu,quia in cubito latus externum occupat: quem-
admodũ Baſilica contra internum.A Recentioribus quibuſdam cõmuniter Cephali-
ca appellatur,quod in capitis affectibus ſecari ſoleat,ob errorem Veterum,qui à jugu-
lari externa eam pronaſci, & propterea à capite immediate ſanguinẽ evacuarẽ, impe-
rite credebant. Enaſcitur autẽ ab axillaris venæ ſuperiore parte, tendinemque ſerrati
minoris, qui ſcapulam pectori adducit,tranſcendens,inter deltoidem muſculum,qui
humerum elevat,ac principium pectoralis,qui eundem adducit,qua parte à clavicula
exoritur,excurrit,ſicq; ad externum latus primi cubitum flectentis ( quem bicipitem
vocant)per humerum deſcendit,cuius nomine inter bicipitem & deltoidẽ fonticulos
inurere doctiores Chirurgi prudenter conſueuerunt, cum ſemper ad locũ venæ inſi-
gnioris fonticuli fieri debeant, vt materia facilius evacuetur. Quanquã vero indiuiſa
ſit,dum ſic per humerũ deducitur,graciles tamen nonnullos [f] ſurculos vtrinq; in muſ- *f,η*
culos dictos,&cutem diſſeminat.Tandem vbi ad cubitũ peruenit,ſub membrana car-
noſa,vt decet ſubcutaneam venam reconditur, ſicq; citra diſſectionem oculis ſeſe of-
fert. At circa ipſum articulũ cubiti ad externum humeri tuberculũ,in tres fere ramos
*Rami venæ Cephalicæ.* [g] diuidi conſueuit,quorũ alter exterior eſt,alter interior,tertius medius. Priores duo *g,* I
ſubcutanei ſunt;tertius,profundus. [h] *Primus*, ſiue *medius*, qui frequenter abeſſe ſolet, *h,* ι
1. *Medicus.* gracillimus eſt,& profundior,in muſculorũ, imprimis vero duorum, ſecundũ,& ter-
tium digitorũ articulum flectentium,quemadmodum & longi radii ſupinatoris, ſub-
2. *Interior.* ſtantiam ſe penetrat. [i] *Secundus* & *interior*,ac præcipuus ex his tribus ramis,oblique ſub *i,* κ.
cute deducitur , ac cum baſilicæ ramo interno tribus digitis infra cubiti articulum
coit,cum qua [l] *Medianam venam*,Medicis ſic dictam,conſtituit.Hæc oblique per me- *l,* λ.
diam cubiti regionem deſcendẽs, ad radium complures ſurculos diſpenſat,tandemq;
& ipſa in duos diſcinditur ramos minores,quorum [m] *exterior* ad carpi ſedem interiorẽ *m,* μ.
verſus pollicem abit, *alter* [n] *interior*,ad indicem & medium excurrit.Ille exterior,non- *n,* ν.
nullis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

credendum non eſſe,eandem in omnibus hominibus Venarum ſeriem & ductu
ueniri,cum ſectio cadauerum demonſtret,vix inter mille duos eandem Venarun
tributionem accurate ſeruare.Quamobrem nec in eligendis locis pro Venæ ſect
bus tam ſcrupuloſos nos,vt ſolent quidam imperiti,eſſe decet,ſed eam potiſſimu
gere,quæ tutiſſime ſecari poſſit,quod quam optime oculis ſeſe offerat. Nonnunc
enim Cephalica ſic gracilis eſt,vt vix conſpectui pateat:interdum contra Baſilica
re ille quam optime egerit,qui prudens potius conſilium, quam ſcrupuloſam im
torum opinionem ſequetur.

## CAPVT VIII.

### *Inferiorem, ſiue Deſcendentem venæ Cauæ Truncum explicat.*

*Venæ Cauæ Truncus inferior.*

SVPERIOREM Venæ cauæ Truncum, & Ramos perſequuti ſumus, reſtat nunc,vt & de inferiore agamus. Nec tamen reuera, quod ſupra quoque m mus,duo Trunci ſunt, vt Gal. volebat; ſed vnus,qui à diuiſione circa [f] quintam borum vertebram,[g] ad vſque jugulum continuo ductu pertingit; at doctrinæ g ſic à nobis ratione Hepatis diſtinguitur, quod quaſi in medio conſiſtens, in ſup rem,& inferiorem ſcindere videtur.Vt ergo [h] *ſuperior* eſt,qui ab hepate ad jugulu currit: ſic [i] *inferior*, qui ab eodem inchoans,ad os vſque ſacrum terminatur. S quemadmodum Superior indiuiſus per Thoracem excurrebat, propagines ta nonnullas ſpargens ad latera;ſic & Inferior per abdomen totum integer delal non niſi ſurculis de ſe quibuſdam diſpenſatis. Cæterum vbi quintam lumborur tebram attigerit, in [l] duos inſignes ramos Iliacos dictos,non ſecus ac ſuperior in clauios ſcinditur,qui poſtea in crura ſe penetrantes,Crurales ramos conſtituunt li in brachia digeſti, Brachiales. Dicamus ergo hoc capite de Trunco,eiuſde propaginibus,quãdiu adhuc in Ventre inferiore eſt,deinde ad Crurales accedar

*Propagines quatuor à Trunco ante diuiſionem enaſcentes.*

[m] A TRVNCO ergo DESCENDENTE, antequam in ramos abeat,quatuc ſcuntur venæ.Cum enim primum à poſteriore hepatis ſede prodiit, ad dextrum latus declinat,ac propaginem ex ſiniſtro ſui latere educit,quam [n] *Adipoſam ſiniſtra* pellant,quod ad adipem,& exteriorem renis membranam,quæ à peritoneo ena excurrat,quemadmodum & ad glandulam reni incumbentem. Huic in [o] dextr re reſpondet alia, quæ tamen raro admodum à trunco emanat, ſed potius à ſup & media ſede emulgentis,& quia eodem,quo ſiniſtra modo, diſtribuitur, *Adipo tra* nuncupatur. Interdum tamen videas contrarium quoque evenire, & dextr trunco,ſiniſtram ex emulgente prodire. Naturæ enim in Venis varios luſus eſt c re,nec facile in cadauer incidas,quin aliquid noui, & ab aliis diuerſi,reperias.

*1. Adipoſa.*

progreſſa Caua, vbi vltra medium dorſi peruenit circa primam lumborũ vertel [p] ſecundum par venarum perquam inſigne educit, quod recta ad Renes prope quorum ſubſtantiam totũ exhauritur. Hinc & *Renale* vocatur ab inſertione;a b v *Emulgens*,quia quidquid ſeroſi eſt in ſanguine,per hoc par renes emulgere, & ad here videntur. Ampliſſimum ergo eſt, ſed breue tamen,nec æquale, nec è dire conjugis enatũ.*Breue*,quia longitudo nulla requirebatur, quæ fere ob præuiã qu

*2. Emulgentes.*

lares vocant)terminantur. Venæ hæ non tantum ad deferendum renibus alimentum, ſed etiam ad ſeroſos humores deducendos conferunt,cũ eos ad mammillares carneos proceſſus deponentes; in fiſtulas vreterũ percolent, vnde in pelvi colligitur,ſenſimq; ad Veſicam ( vt dicetur,cum renum hiſtoriam aperiemus ) deſtillat.

*Locus in quo calculi renũ generãtur.*

Atque hic locus notandus eſt,in quo calculi renales generari conſueuerunt, cum non ſit in vaſis emulgentibus, Vena, inquam, aut Arteria: ſed potius in cauitate ipſa renum,ſiue in pelvi, & tubulis illis vreterum. In his enim,ſi quando materia viſcoſa ſuſcipitur, vel ob inſignem calorem inibi exſiccatur,vel propter frigiditatem in arenam,aut calculum concreſcit. Materia autem hæc non tantum crudus ſanguis eſt, qui muci inſtar in maſſa ſanguinea nonnunquã abundare ſolet: ſed ſæpe etiam pituita illa excrementitia,quę à capite per venas,& arterias,tũ in cavam, tum aortã, quandoq; & in Ventriculũ,& Inteſtina,deſcendit. Cuius rei ſignum manifeſtiſſimum eſſe videtur, quod qui calculoſis affectionibus obnoxii ſunt, deſtillationibus & Colicis doloribus creberrime affliguntur. Hos cum nonnulli à flatibus oriri ſibi perſuadeant, me cottidiana experientia docuit,à pituita eſſe; quod eos,qui renum calculo laborant,Colon inteſtinum copia huius ſemper refertum habuiſſe, obſeruarim,eademque ablata, & calculi generationem ceſſaſſe. Quamobrem & Clyſteres deterſorios blandeque pituitam purgantes,non ſolum calculis præſentibus,ſed & minitantibus ſui generationem,frequenter maxima cum ægrorum vtilitate iniicio. Vitanda autem perpetuo ſunt omnia quæ calculos pellunt,dolore etiam non præſente, cum quia plæraque huiuſmodi calida ſunt, tum quia materiam crudã copioſe ad renes ſunt propellendo. Hæc perſequi propterea nobis viſum eſt, vt anatomicum ſtudium ad ipſum accommodemus Medicinæ vſum,præſertim cum videamus hunc generationis calculi locum vulgo ignorari; quod celeberrimus Fernelius,quem maxima fere Medicorũ pars ſequitur, lib. 6. patholog. c. 11. cenſuerit, arenularum generationem in propria renum ſubſtantia fieri,hinc fluentis vrinæ impetu rapi,& in cavum ferri, ſicque per vreteres in veſicam vrinam arenulis refertam prolabi.

*Cur ſiniſter ren magis, quã dexter calculo obnoxius.*

Quod ſi quis etiam quærat, quæ cauſa ſit, quam propter ſiniſter ren magis,quam dexter calculo ſit obnoxius, id ideo euenire ſtatuendũ eſt, quod Colon inteſtinum reni ſiniſtro magis incumbat,in cuius cellulis cum pituita hæc, de qua diximus, ſcateat, vel per poros ipſius tranſudat, & in renes trahitur, vel ob viciniam eius,vehementer renes refrigèrantur, cum ſæpe experientia nos docuerit, materiam eiuſmodi pituitoſam reuera actu frigidiſſimam eſſe in corpore,quod perceperunt ſatis ii,qui per alvum copioſe excreuerunt.

*3. Spermatica.*

q, χ. & ψ. vide & 8. 14. V. V.

¶*Tertium* hinc ſequitur *par*, *Venæ ſpermaticæ*, ſeu *Seminales* vocatæ, quod materiam pro conficiendo ſemine deferant. Hæ

origine inter ſe variant. [r] *Siniſtra* enim ab inferiore ſede, & media emulgentis exori- r, Ψ.
tur, & peritonæo, qua parte muſculos in lumbis jacentes integit, eidem ſurculis ali-
quot communicatis, adhærens incedit, ac oblique deſcendit: at vbi pubis os attigit,
ipſum ſuperequitans, peritonæum, ac foramina obliquorum & tranſuerſorum abdo-
minis muſculorum tranſit, cuius proceſſibus ſuffulta, in gyros quoſdā varicoſos abit,
qui [ſ] cum arteria ſpermatica per anaſtomoſes junguntur, ac tandem in [t] teſtem ſui late- ſ, 8.14.X.
ris deſinit. [u] *Dextra* vero, non ex emulgente, ſed ex ipſo trunco, eiuſque anteriore par- X.
te, paulo infra emulgentem enaſcitur, ſimilemque poſtea progreſſum obſeruat. Atque t, Υ.
hoc quidem pacto *in maribus* ſe habent, in quibus tamen Naturæ luſus quamplurimos u, 5.3.X.
ſæpius notare licebit: *in mulieribus* vero, etſi eundem exortum habeant, & eundem vſq;
ad os ſacrum cum his progreſſum, non tamen peritonæo excidunt, neque ad pubis
oſſa pertingunt, ſed priuſquam ad teſtes perueniant, in duos finduntur ramos inæ-
quales, quorum *minor* in vteri latera verſus ipſius fundum diſſeminatur; *maior* arteriæ
4. *Lumbares.* ſpermaticæ ſociatus, & per anaſtomoſin junctus, in ſui lateris teſtē ingreditur. [x] *Quar-* x, 4.4.4.
*tum* tandem *par, Lumbares* ſunt duæ, aut tres, quas vena caua à poſteriore ſui parte, qua
corpora vertebrarum lumborum ſpectat producit, vnde nec niſi cauæ trunco eleuato
in conſpectum ſe proferunt. Hæ per vertebrarum foramina, per quæ nerui exeunt, in-
grediuntur, ſicque ſpinali medullæ alimentum deducunt. Ab his duæ medullæ lateri
vtrinque attenſæ, verſus cerebrum aſcendunt, quibus poſtea duæ venæ à jugulari in-
terna deſcendentes per anaſtomoſin junguntur.

*Diuiſio Trunci in duos ramos Iliacos.* His propaginibus ſic eductis, vbi fere ſacrum os Caua attigit, circa quintam lum-
borum vertebram, arteriæ magnæ ſubſternitur, ac in duos inſignes ramos, [y] *Iliacos* vo- y, X.X.
catos diſcinditur, qui paululum progreſſi iterum finduntur in [z] duos inæqualis ma- z, Y. & Z.
gnitudinis, ex quibus alter interior, alter exterior dicitur. Interior, gracilior; exterior,
*Propagines ante diuiſionē hāc enatæ* amplior eſt, & maior. *Antequam tamen ſic diuidantur*, alias duas ſpargunt propagines, qua-
rum [a] *prima, Muſcula* ſuperior communiter dicitur, quæ tranſuerſim per lumborum & a, 5.
abdominis muſculos diſſeminatur, vnde *Muſculam lumbalem* vocarem: [b] *altera, Sacra*, b, 6.
quod oſſis ſacri foraminibus ſuperioribus, aliquot exiles venulas ad ſpinalem medul-
lam, & os ſacrum nutriendum porrigit.

*Interioris Iliaci propagines, ante egreſſum ex peritonæo.* Prodeunt autem ab vtroq; ramo plures venæ, antequam extra peritonæum ad cru-
ra vadat, & ab interiore quidem duæ. [c] *Prima*, ab externo latere exoritur, *Muſcula me-* c, 7.
*dia* dicta, quod in omnes muſculos natium, eorundemq; cutem diſpergatur. Alimen-
tum enim defert omnibus ijs muſculis, qui oſſis ilium exteriorem partem, ſiue dor-
ſum, occupant, quemadmodum & ipſi coxendicis articulo, vt propter hanc cauſam
1. *Glutæa.* maxime aduertenda ſit ab ijs, qui doloris coxendicis, ſiue Iſchiadis cauſam paulo cu-
rioſius conſiderare velint. hanc ego *Glutæam* ab inſertione non male vocari poſſe cen-
ſuerim, quod in glutæos muſculos implantetur. [d] *Altera*, ab interno latere prodit, & d, 8.
2. *Hypogaſtrica Hæmorrhoidalis externa.* vena inſignis eſt, *Hypogaſtrica dicta*, à ſua in omnes fere hypogaſtrij partes diſtributione.
Ab hac ramus emergit, *Hæmorrhoidalis externa* dictus, quod, ſi quando ſanguine fæcu-
lentiore, aut feruido ſalſoue turgeat, hæmorrhoidas ani externas conſtituat. Hic ſacri
oſſis foraminibus ſurculos diſpenſat, ſed maiores ramos in recti inteſtini muſculos,
vſque ad ani externam cutim largitur. Eſt & *alius ramus*, qui ab eadem hypogaſtrica
oritur,

ni mammæ tractentur manibus, libidinem accendi videmus, vt propter hanc quo caufam illæ fæminæ libidinofiores habeantur, quæ mammofæ ſunt, quemadmod Afra apud Martialem. Notare autem, quoad originem huius venæ conuenit, ſæp me eam à Crurali ramo, jam jam deſcribendo, exortum ſuum trahere, ſæpius tan ab Iliaco. [f] *Altera* vena, *Pudenda* eſt, quæ ab interna ſede Iliaci externi jam peritonæ egreſſi naſcitur, & Pudenda dicitur, quod in pudenda vtriuſq; ſexus abſumatur. *In ris* enim in ſcrotum, & penis cutem diſtribuitur: *in fæminis* autem ad cutim, & labra dendi, ad nymphas, cæteraſq; partes, tum vero *vtriſq;* in glandulas circa inguina jac tes propagatur, vnde tempore peſtiferi, aut venerei bubonis materiæ in glandı confluxio oritur. Tandem [g] *muſcula inferior* eſt, quæ ad coxendicis articulum abit, & muſculos ac cutim eo loci ſitos diſſeminatur, quo nomine, meo judicio, appellati ſtrictiore melius *Coxendica* vel *Coxalis* diceretur.

## CAPVT IX.

### *Iliaci rami exterioris per crus diſſeminati propagines, & ramos, enumerat.*

EXTERIOR ergo [h] *iliacorum ramus*, vbi dictas propagines emiſit, è peritonæo cidit, & ad inguina fertur, per elatiorem, & interiorem oſſis coxendicis region per quam primus & ſecundus femur flectentium muſculi, deſcendunt, atq; [i] *ven* CRVRALEM conſtituit. Huius hiſtoriam, vt facili methodo tradamus, in Tr cum, & Ramos diuidemus.

TRVNCVS autem, antequam findatur in ramos, quatuor expandit propagi ex quibus *prima* illa eſt, quam [l] *ſaphænam*, & venam *Malleoli interni* appellant, propte quod iuxta hunc excurrat, dicitur & communiter à Medicis vena talis, ſed improp vt monuimus ſuperius libro primo. Oritur autem ſtatim poſt egreſſum ex periton ab interiore latere Trunci, quæ arteria comite carens, per femoris & tibiæ inter ſub cute recta deſcendit, ac vbi jam ad malleolum internum peruenit, in pedis ela rem ſedem expanditur, vbi ramum per tranſuerſum ſpargit, à quo poſtea alij com res oriuntur, qui ordine ad ſingulos digitos diſtribuuntur. Ab hac aliæ propagi ſparguntur in itinere, quæ tamen raro inuicem numero, aut magnitudine correſp dere reperiuntur, quemadmodum Naturæ luſum in venis, cum primis autem Artu aduerti, jam aliquoties monuimus. Inter has [m] *prima* non procul ab ipſius venæ ex tu, in ſuperiorem cutem internæ femoris regionis duplici ramo ſpargitur, quor *exterior*, qui craſſior eſt, anteriorem, externamque femoris partem ſub cute perre *interior* vero, interiora petit, & in peritonæum ſpargitur. [n] *Secunda*, cum jam ad med femoris peruenit, propagatur. [o] *Tertia*, circa genu oritur, duasque producit ſobo *vnam*, quæ in anterioris genu ſedis cutem, ſecundum patellam, diſſeminatur; *al* vero, in poſterioris, vbi flexura eſt, ſeu poples, cui orbiculatim circumuo

p, 20. tur. p *Quarta*, ad Tibiæ medium, antrorſum, & retrorſum ducitur. E regione ſaphænæ 4.
q, 14. q *alia vena*, ab exteriore ſede Trunci educitur; at breuior, quam ipſa ſaphæna eſt, & extrorſum ac tranſuerſim in cutim oſſis coxendicis anteriori regioni obductam, tum in muſculos eiuſdem loci porrigitur, quam Recentiores *iſchiam* vocant. Productis his *Iſchia.*
r, 15. propaginibus Truncus poſtea in muſculos femoris os amplexantes reconditur, ac r *tertiam* digerit propaginem, quam *Muſculam* appellant, & *gemina* eſſe conſueuit. *Exterior* *Muſcula.* enim, quæ minor eſt, tibiam extendentium muſculis ſecundo & quarto, ſimul & cuti ſoboles offert; *interior*, & amplior, tibiam extendentium tertio, & fere omnibus femur circumſtantibus muſculis ſurculos largitur. Hinc truncus ad poſteriora ſe flectens, ſenſimque deſcendens, alios quoſdam in membranas muſculorum diſpergit, & mox
ſ, 16. quartam venam educit, quæ in femoris poſteriora excurrit, & ſ *Poplitea* dicitur, celebris apud Medicinæ ſcriptores, maxime vero eorum Principem Hippocratem, qui 6. Epidem. ſect. 1. 5. ipſius apertionem in renum doloribus admodum commendauit. *Poplitea.* Quia tamen non raro profundius ſita eſt, quam vt ſine inſigni difficultate ſecari poſſit, fonticulos in ſura, ad quam ipſa ſpargitur, inuſtos, plurimum adiumenti in pluribus morbis attuliſſe, frequenti experientia edoctus ſum. Huic venæ, vbi propagata eſt, à muſculæ interiore ramo ſoboles nonnunquam accedit; *ſæpe etiam* duæ à trunco ſtatim prodeunt propagines, quarum *altera* elatior eſt, *altera* humilior, quæ deinde in progreſſu vniuntur. Spargit autem ſtatim ab exortu ramos quoſdam in cutem femoris, circa elatiorem & poſteriorem ipſius partem: deinde recta per medium poplitem, ſiue flexuram tibiæ in ſuram deſcendit, cui plurimos ſurculos incerto ductu, cum alij recta, alij tranſuerſim, nonnulli obliq; progrediantur, diſtribuit. His ſic diſſeminatis ramulis, ad talum vſque progreditur, ibique tandem terminatur.

Atque hic eſt progreſſus Trunci cruralis, & hæ quas ſpargit, antequam diuidatur, propagines. Femoris enim oſſi accumbens ſic deſcendit, ac juxta ipſum obliquatur,
t, Δ. vt, vbi genu attigit, inter duo femoris infima & poſteriora capita feratur, t quo loci
u, Θ, Λ, in duos ramos, interiorem, & exteriorem bifariam ſcinditur. Sunt autem inæqualis *Diuiſio Trunci in duos ramos.* amplitudinis, cum exterior tenuior ſit, interior maior: vterque tamen per tibiam, &
x, Θ. infimum pedem diſpergitur. x *Interior* deſcendens aliquot propagines in muſculos, qui in poſteriore tibiæ parte ſiti ſunt, ac præcipue in eos, qui ſuram conſtituunt, maxi- *Interior.*
y, 21. me vero y ad interiorem ſedem gaſterocnemij externi, tranſmittit, ſicque poſtea deorſum progrediens, vbi ad Tibiæ inferiorem appendicem peruenit, & aliquot ſoboles
z, 22. cuti impertiuit; z ſub malleolo interno reflectitur, & ad pollicem vſq; excurrit. a *Ex-* *Exterior.*
a, Λ. *terior*, in duos ſtatim ſcinditur ramos minores, ſimiliter inæquales, quorum b *interior*,
b, Ξ. qui maior eſt, & in profundo latitat, in ſuræ muſculos totus exhauritur, recta inter duo capita gaſterocnemij externi, ſiue primi pedem mouentis, tum inter gaſterocnemium internum, & tibiæum anticum, ac tandem inter digitorum flexores, ſecundum longitudinem excurrens, & in itinere muſculis, per quos tranſit, vbiq; ſurculos quoſdam diſtribuens. Hic vbi ad medium longitudinis Tibiæ peruenit, in *interiorem & exteriorem iterum ſubdiuiditur*. Horum *interior* ſurculum juxta tibiæ, & tali articulum diſtribuit, cum muſculorum tendinibus deſcendit, & in pollicem, indicem, ac medium diſtribuitur. *Exterior* juxta fibulam progreditur; ac vbi ad ligamentum peruenit, quod

## CAPVT X.

*Sanguinis definitio proponitur, & declaratur.*

*Ratio tractationis.* CVM de Venis hactenus egerimus, quas ſanguinis, tanquam vltimi alimenti, receptacula eſſe diximus, reliquum eſſe videtur, vt quædam de ſanguine breuiter ſubiiciamus. Neque veremur hic, ne forte nobis Ariſtarchus quiſpiam propterea dicam ſcribat, qui methodi leges violemus, dum ad hiſtoriam humani corporis, partes quas vocant contentas reuocamus, quod plurimorum animis alte inſederit, Anatomiam non niſi continentium tantum partium contemplationem ſibi vendicare. At enim pertinent ad Anatomiam omnia, quæcunque in corpore noſtro ſub oculos cadunt, ſiue partes ſint ſolidæ, ſeu fluidæ, ab aliis comprehenſæ, cum Anatomia perfecta ſit totius corporis, omniumque partium ex artificioſa ſectione acquiſita cognitio. Cæterum cum breuitatis ſtudium in omnibus nobis propoſitum ſit, ea huc duntaxat, quæ maxime neceſſaria & ſcitu digniſſima in hoc argumento videntur, in medium adducemus. *Ordo.* Primum ergo quid ſit ſanguis, deinde, quæ animalia ſanguine prædita ſint, quę eodem careant, dicturi ſumus; tum cur alia ſanguine, alia ichore nutriantur inueſtigabimus, inde videbimus ſanguis homogeneus ſit, vniuſq; naturæ, an ex diuerſis conſtet partibus, & vbi demonſtrauerimus, ex pluribus conflatum eſſe, rationem huius compoſitionis proponemus, parteſque omnes, & earum cauſas venabimur, tandem differentias tradernus.

SANGVIS ergo olim & *ſanguen* vocatus, in neutro genere, vnde Lucretius,

*Viſceribus viſcus gigni, ſanguenq; creari.*

Græcis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ut nutrimentum eſt, & quod nutrimentum futurum eſt. Sanguis ergo eſt alimentum, quod hoc nutrit. Quamobrem quoties cibus non ingeritur, ſanguis deficit, quoties ingeritur, augetur: tum ſi alimenta bona aſſumantur, ſanguis integer eſt; ſi prava, vitioſus, vt loquitur Ariſtoteles 2. de part. animal. 3. Eſt autem *alimentum omnium partium totius corporis*, quæ verba propter eos tenenda ſunt, qui negant Oſſa, Cerebrum, Vngues, & Pilos ſanguine nutriri. Et quo ad *oſſa* quidem, quod Galenus demonſtraſſe videtur, oſſa aut medulla vt magna, aut medullari humore, vt parua, nutriri. Quoad *Cerebrum*, quod Veſalius oſtenderit, Venas in ipſo nullas reperiri. Quoad *Vngues*, & *Pilos*, quia in mortuis creſcere ſunt viſi, vt teſtis eſt Ariſtoteles, cum tamen in mortuis nutritio, quæ per ſanguinem fit, ceſſet. *Primis* ſatisfecimus, opinor, ſuperius libro ſecundo, cum de hac re ex profeſſo egimus: *Veſalio*, experientia & inſpectio anatomica contradicit: *Tertiis*, qui vngues & pilos nutriri negant, nunc ſatisfaciamus. Non ſequitur, vngues & pili poſt mortem augentur, non igitur nutriuntur ſanguine, cum nulla pars ſit, quæ poſt obitum augeatur. Hæ enim partes non ita perfectæ ſunt, vt reliquæ, vnde neque ita perfecta nutritione aluntur, ſed vivunt in nobis more plantarum, quæ abſciſſæ etiam à ſuo trunco, aliquamdiu nutriri ſolent. Sic ergo & in mortuis excreſcere poſſunt, cum eorum attractrix facultas, quippe in ſolidiori materia cōſiſtens, non ita facile poſt obitum euaneſcat. *Si quis dicat*, vngues, & pilos partes non eſſe, & propterea non nutriri, partes autem non eſſe, quod ablatæ regenerentur, illi opponimus dentes, qui excidentes, eadem, qua ante erant, forma renaſcuntur, non ſecus ac vngues, imo, quod mireris forte magis, alveolum novum, ( cum vna cum dente ſuo alveolus perpetuo pereat, ) recondunt. Cum ergo dentes regenerentur, nemo tamen propterea noſtri corporis partes eſſe, vnquam negauit. Quamobrem iam concludimus, ſanguinem partium, quotquot ſunt in corpore, omnium alimentum eſſe vltimum: quin nec alimentum aliud, quod quidem vltimum ſit, præter ſanguinem reperiri. Quod ſi *ſemen* à quibuſdam ſpermaticis partibus aſſignetur; *bilis*, felleæ veſiculæ; *Chylus* ventriculo, eos aut ignaros eſſe diſſectionum oportet, qui venas has per partes digeſtas, ſanguine plenas non viderint, aut Naturæ inſtitutum, quæ vbivis ( ſummæ id ſapientiæ clariſſimum ſignum ) eandem rationem conſiliumque ſequitur, non capiunt. Et quæ iſta eſſet tam inſignis providentia, partes nutrire ſanguine, vt certe hæ omnes nutriuntur, alimento in pluribus organis tam anxie elaborato: deinde & ſemine, quod ipſis tranſmitti non poteſt, & bile, excremento ſævo, & chylo, alimento adhuc crudo? Additur deinde, *& Vita*: non enim alimentum tantum eſt, ſed & vitam partibus largitur. Vita hæc ſpiritibus donatur, qui in ſanguine ſunt, eſtque illa facultas partium, nutriendi ſe ſanguine, & ( dum licet ætatis ratione) augendi.

*Refutantur qui vngues & pilos nutriri negant.*

gendi. Quanquam autem imprimis hæc vox Arteriarum gratia adiecta ſit, vt ant alimenti vox, cauſa Venarum : non tamen ille vſus ſic Venoſo ſanguini debet tribı vt Arterioſo prorſus dematur : nec hic ſic Arterioſo arrogari, vt venali nullaten competere credatur. Nutrit enim venoſus ſanguis: ſed & vitam tribuit. Vitam larg tur arterioſus: ſed & nutrit. Sic tamen ille alimentum copioſe ſuggerit, vt ſolus nutri ſic iſte vitam infundit, vt ſolus vita donare videatur. Hinc Vena abſciſſa, tabeſcit fe pars, relicta arteria: Arteria diſſecta, pæne emoritur, illæſa vtcunque vena: ſi tam parva pars ſit, tueri ſe alterutrius vi poteſt.

*Definitio* ergo hæc vera eſt: ſed & perfecta, cum omnes ſanguinis cauſas contine *Formam* enim exprimit, dum dicimus humorem eſſe rubicundum, aſpectu homog neum: *Subiectum*, dum dicimus animalibus competere ſanguineis: contineri autem l in Venis & Arteriis, tanquam in *proprio conceptaculo & loco*. *Materia remota*, cibus & p tus; *propinquior*, Chylus. *Efficiens*, calor tum viſcerum, tum Venarum, partim innatı partim influens. *Finis* alimentum, & vita omnium partium.

## CAPVT XI.

### *Animalium quædam ſanguinea, quædam exſanguia eſſe, & quamobrem.*

DIximvs animalia quædam ſanguine nutriri, quędam ichore: illaque ſanguin hęc exſanguia vocari. Hac occaſione moniti, in præſentiarũ duo inueſtigabim primum, quæ ſint illa animalia, deinde quamobrem ſic diuerſo nutrimento alant *Sanguinea* ergo animalia, aut pedes habent, aut pedibus carent. *Quæ pedes habent*, vel l peda ſunt, vt homo, avis; vel quadrupeda, vt bos, aſinus, canis, ſimia: *pedibus caret*: vt ſ pentes, piſces, cete. *Exſanguium* alia *inſecta*, ἔντομα, quæ inciſuras parte ſui, vel prona, ſupina habent, aut etiam vtraque, vt muſca, veſpa, papilio, ſcorpio: alia *mollia*, μαλακ quæ ſanguine carent, & foris molli carne obducta, intus ſolidum continent, more ſ guineorum animalium, vt ſepia, polypus, lolligo: alia *teſtata*, ὀστρακόδερμα, quibus p mollis & carnea intus, ſolida foris eſt, fragilis ac ruptilis, vt omne genus concharu alia *cruſtata*, μαλακόστρακα, quę carnoſam & mollem partem intus, foris ſolidam, ſed c liſilem habent, vt aſtaci, ſquillæ, & omne cancrorum genus. Hæc ergo omnia ich nutriuntur, qui per carnes eorum partim ope canalium fertur, partim (vt in plæril per inconſpicuos meatus tranſmeat, non ſecus atque panni particula extrema ma facta, aqua per reliquum pannum paulatim penetrat.

De his iam quæritur, cur diuerſo alimento nutriantur? Cui quæſtioni duo hab quæ reponam. Primo, animalia duplicis eſſe generis, quædam perfectiora, nonnı imperfecta. *Imperfecta* voco, non quæ ſimpliciter talia ſunt, ſed quæ pauciora or na reſpectu aliorum habent, cum nihil ſit à ſapientiſſimo rerum Opifice conditı quin in ſuo genere ſummum perfectionis gradum attigerit. Perfectiora econtra, plura habent organa, pluresque obeunt actiones; ac quadam ſapientia inſtructa ſ Hæc ergo cum inſtrumento ſapientiæ indiguerint, ſanguinem neceſſario, quod pſum ſit, requirebant. Patet hoc ex pulcherrimo Hippocratis loco, qui libro de f bus continetur, vbi eleganter, Opinor, inquit, inter omnia quæ in corpore ſunt, r

„ magis ad prudentiam conferre,quam ſanguinem.Sed elegantius adhuc probat. Nam „ cum in conſtanti,(ſic pergit)habitu perſiſtit,conſiſtit etiam prudentia: ſanguine vero permutato,concidit & prudentia.Huic conſentit doctiſſimus Ariſtoteles, qui ſecundo de part. animal.capitibus ſecundo, ex ſanguinis differentiis judicium de ſapientia » colligit. Eſt certe,inquit, roboris efficacior ſanguis, qui craſſior & calidior eſt: vim » autem ſentiendi intelligendique obtinet pleniorem, qui tenuior, frigidiorque eſt. » Secundo autem de partibus, capit. quarto : Naturam ſanguinis cauſam eſſe,cur per- » multa animalibus accidant, tum per mores, tum etiam per ſenſum, quod ſanguis materia ſit totius corporis. Porro ſanguinea omnia ſapientiora eſſe longe exſanguibus, inductione facta per ſingula genera declarari ſine negotio poſſet, cum ſenſibus aut omnibus, aut certe quam pluribus ſint prædita, vt taceam interim curam, quam de victu,generatione,& futuris adhibent.Poteſt *& alia ratio* aſſignari,nempe quibuſdam in frigidiore aëre degendum fuiſſe,vt ſanguineis,vnde calore indigebant:quibuſdam in calido tantum, & propterea hyberno tempore in cauernis, vt exſanguibus. Cæterum cum & inter ſanguinea nonnulla ſint, quæ ſeſe in latibulis abſcondant frigidioribus temporibus, quemadmodum ſerpentes & lacertæ faciunt, conſiderandum eſt,magnam inter ſanguinea latitudinem,& alia alijs calidiora eſſe, frigidioraque:& propterea quæ paruo calore prædita ſunt, jam ad exſanguium naturam accedere, Sunt autem ſerpentes, & lacertæ, inter ſanguinea maxime frigida,ex quo contingit, vt quo magis ad ſeptentrionem accedas, tanto pauciores inuenias, cum in calidioribus locis commodius viuant.

## CAPVT XII.

*Sanguinem heterogeneum eſſe probatur, inde quibus ex partibus conſtet, & quæ harum cauſæ ſint, inueſtigatur.*

Partes ſanguinis

SANGVINEM qui in venis coërcetur,aſpectu quidem homogeneũ eſſe, & vnius naturæ,in definitione diximus: at ſi quis tamen vaſculo exceptũ concretumq; inſpiciat,non ſecus ac ipſum lac diuerſis conſtare partibus animaduertet. Sed & quemadmodũ *lac* ex *butyro* conſtat,quod ſupernatat;& *caſeo*,quod in imo ſubſidet;ac *ſero* tandem,inter vtrumq; medio loco poſitũ:ſic *ſanguis* è venis extractus,ſi alicubi in vaſe ſeruetur,in *ſerum*,& *fibroſam maſſam* concreſcit.Sanguis ergo homogeneus non eſt & vniformis, ſed ex diuerſis conſtat partibus. Cæterum qui Medicinã nobis hactenus illuſtrare conati ſunt, alias adhuc partes in ſanguine ponunt, & minutius iſta inquirunt. Cum ſero .n. inquiunt, bilem flauam aut atrã permiſceri:cum fibris vero ſanguinem ſtrictè acceptum,pituitã,& melancholiã. Et vt confuſa ſunt,ſi mediocriter ſe habeãt, ita ſi copioſior ſit pituita,eam ſupernatare; ſi ſanguis,in medio conſiſtere; ſi melancholia,in fundo hærere,vt adeo quinque ſint humorum genera,quæ in ſanguinea illa venarum maſſa continentur, ſerum ſcilicet, bilis, ſanguis, pituita,& melancholia.

*Ex opinione aliorũ.*

auctorem Hippocratem ſequi videntur, qui libro 4. de morbis, In omnibus, ait, cibis & potibus, & bilioſi quid eſt, & aquoſi, & ſanguinei & pituitoſi; in alio plus, in alio minus. Quapropter & quæ eduntur, & quæ bibuntur, alia alijs præſtant ad ſanitatē. Qua quidem Hippocratis ſententia non ita intelligenda eſt, ac ſi in ipſis alimentis humores hi præexiſtant, ex quibus poſtea in venas trahantur; ſed quod alimenta in hoſce mutentur, cum quibus idē temperamentū obtinent, ſi calor noſter accedat, qui cauſa eſt efficiens, ſeparans has partes, ac diſtinguens, ſiue calorem hunc poſtea in Venis, ſiue in Iecore conſiſtere dicamus. *Pars* ergo *chyli tenuior & calidior*, in bilem abit; *crudior, & frigidior* in pituitam; *frigidior & ſiccior*, in melancholiam; *temperata* vero in ſanguinem faceſſit. Ex hoc fit, vt alimenta quæ *temperata* quidem ſunt, ſanguinis plurimum generent: *calida, & ſicca*, multum bilis; *frigida, & humida* plurimum pituitæ: *ſicca* autem *& frigida* copiam melancholiæ: *humidus* tandem *victus, & plurimus potus*, plurimum ſeri generet. Cæterum vt alimenti ratione, humores varij generantur, etſi calor vnus, idemq; ſit & naturaliter ſe habeat: ita calore declinante ad ſtatum, qui præter naturam eſt, tametſi alimenta ſint optimi ſucci, & vniformia, humores nihilominus diuerſi procreabuntur. Si enim feruens ſit calor, alimentum quantumuis temperatum non in ſanguinem, ſed potius plurimam bilem vertetur: at ſi deficiat, contra in pituitam abibit. E diuerſo, ſi calidi temperamenti ſit cibus, à calido hepate, aut venis, in bilem prorſus abſumetur; à frigido autem, in laudabilem ſanguinem redigetur. Probari hoc poteſt quam optime exemplo mellis, quod cum facile in bilem vertatur à moderato calore, faciliuſque ab immodico, tum vero in frigido corpore in ſanguinem potius mutatur. Quamobrem & ſenibus pro ſanguine ſuppeditando alimentum eſt aptiſſimum, iuuenibus autem pro bile: & ſi quis præcalidum iecur habenti carnes etiam boni ſucci dederit, animaduertet facile in bilem traduci. Ex quo conſtat, *vt quis de alimentorum ſano vſu ſanum deferat iudicium, illi omnino neceſſarium eſſe, vt alimenti temperiem, cum moderato calore conferat & componat. Alimenta enim intemperata, in temperatis naturis praua ſunt: in intemperatis eiuſdem ordinis, peſſima: at contrarij, optima & ſalubria.*

## CAPVT XIII.

### *Differentias ſanguinis perſequitur.*

*A copia.* DIFFERENTIÆ ſanguinis à varijs deſumuntur, à copia, qualitate, conſiſtentia, loco, & ijs quæ ſanguini permiſcentur. Et *ratione copiæ* quidem, non modo animalia diuerſa inter ſe plurimum differunt, cum quædam minimum fere habeant, vt ſerpentes, quædam plus, vt lacertæ; nonnulla multum, vt pennata ac quadrupeda: ſed & Homines ipſi, qui inter omnia animalia maxime abundant ſanguine, ratione ætatis, regionis, ſexus, temperamenti, & temporum anni, mirifice inuicem diſcrepant. Pueri enim fere ſanguinem copioſum habent, qui deficere videtur ſenioribus, pluſque illis eſt, qui calidas & humidas regiones incolunt, quam qui frigidas ſiccasque; itemque mulieribus, quam viris, quod non ſe tantum, ſed & (cum vtero gerunt) fœtum alere debeant. Temperamentum calidum vel humidum, vel ex vtroq; compoſitum feraciſſimum eſt ſanguinis: frigidum contra & ſiccum, ſterile. Ex illo Plethora naſcitur, mor-

bus in quo ſupra vires, ſanguinis copia in venis congeritur, quemadmodum in Athletis olim fieri ſolebat. Sic Vere turgent humores, & copioſiſſimi ſunt, Æſtate pauciores.

*Ratione qualitatis* quoque diuerſitas ſanguinis obſeruatur. Sic ſanguis alius calidior eſt, frigidior, humidior, aut ſiccior. Et hæc differentia ſimiliter ſecundum ætates, ſexum, regiones, temperamentum, & anni tempora maxime obſeruatur. Calidior eſt, & humidior ſanguis puero, quam ſeni, & juueni calidior, quam puero. Vir calidiorem & ſicciorem habet muliere. Æthiopibus, & qui Africam Aſiamq; aut cæteras orientales, & meridiem ſpectantes incolunt regiones, calidior eſt multo, quam Europæis, aut ijs qui occidentem vel ſeptentrionem inhabitant. Iam in temperamento diuerſitatem eſſe tam clarum eſt, vt calidi, aut frigidi dicantur non alia de cauſa, quam quia calido aut frigido ſanguine ſint præditi. Æſtate etiam ſanguis plus feruet, quam Vere, Autumno, aut Hyeme. Ad qualitatem videtur pertinere etiam color, in quo differentia inſignis aduertitur. alius enim alio eſt rubicundior, aut flauior. *A qualitate.*

*Eſt & ſanguis* alius alio craſſior, ex quo ſuperior pars corporis cum inferiore diſſidet, & fæmina cum mare, & dextra pars cum ſiniſtra eiuſdem corporis, vti docet Ariſtoteles, 2. de patt. animal. cap. 2. Alius ſanguis nullo pacto concreſcit, vt damarum, & Ceruorum, alius facile, vt taurinus, vnde fit, vt epotus venenorum inſtar hominem enecet, intercepta voce, dolente ſtomacho, & retenta vrina; cum alij tamen ſanguines, vt hirci, capri, cerui, & leporis in antidotorum numerum à Dioſcoride referantur, lib. 2. cap. 97. Non enim reuera venenum eſt, ſed concretione enecat, quod tum ipſa curatio euincit, quæ per ea expeditur, quæ ſanguinem diſſoluendi vires habent, tum quia coctus, à pauperculis in Italia citra noxam comeditur. Cæterum huiuſmodi differentia, & inter homines maximè aduertitur, obſeruatum autem à me id præcipuè eſt, eos qui rara & molli cute ſunt præditi, vt plurimum ſanguinem habere, non facilè concreſcibilem: contra, qui denſa & dura pelle conſtant, ijs ſubito in grumos cogi. Illos timidos, ſed prudentes eſſe notauit jam olim Ariſtoteles, loco citato. Omnibus tamen hominibus concreſcit, & ſi quando in peſtilenti febre emiſſus per Venæ ſectionem, haud coëat, quemadmodum & nos ſæpè vidimus, inſignem ſemper putredinem denotauit. *A conſiſtentia.* *Obſeruatio.*

Eſt & diuerſitas ſanguinis penes vaſa, in quibus continetur. In venis enim propriè dictis, atrior eſt ſanguis, craſſior, ac terreſtrior, copioſoque ſero præditus; in arterijs autem rubicundior eſt, pulchrior & pauciore ſero reſperſus, ita vt qui per arterias diffunditur verè ſanguis, contra qui per venas, fex potius ſanguinis dici mereatur. Nec tamen vniformis eſt omnis Venarum ſanguis, ſed fæculentior, craſſior, nigerq; magis in venæ Portæ propaginibus obſeruatur, quam qui in Caua eſt: rurſuſq; qui in huius eſt propaginibus, craſſior eſt eo qui in trunco, & maioribus ramis conſpicitur, adeo, vt qui continetur in capillaribus venulis, maxime omnium rubedine clara effloreſcat. Et hinc cauſam colligere licet, quæ multos ſane latet Medicos, cur ſcilicet per cucurbitulas, & hirudines rubicundior ſanguis, quam per Venæ brachij ſectionem euacuetur. Eſt & notabilior rubedo in eo ſanguine, qui cordis & Pulmonum ſubſtantiam, muſculorum item carnem, quam alias partes nutrit. *A loco.* *Nota.*

Tandem differentiæ ab ijs deductæ, *quæ ſanguini permiſcentur*, maximæ obſeruandæ ſunt. *A permiſtis ſanguini.*

Ee

dæ ſunt. Interdum enim ſanguinea maſſa pura eſt, vt in ijs qui perfecta ſanitate fruuntur: interdum permixtos habet diuerſos humores, & vel vnum, vel plures, & vel intra Naturæ limites adhuc contentos, aut præter naturam ſe habentes, & hos vel putridos, vel putredine carentes. Sunt autem humores hi Bilis, Pituita, Melancholia.

Cæterum antequam huic libro extremam imponam manum, cum in dubium noſtro ſeculo à doctiſſimis quoque Viris fuerit reuocatum, poſſet ne ſanguis incluſus Venis putredine corripi, quod crediderint, quaſcunq; res in ſuo loco ſaluas integraſque præſtari, quid ſæpenumero in tot diſſectionibus, quæ à me adminiſtratæ fuerunt, obſeruarim, in medium afferam. Vidi enim non tantum in mortuis, ſed ſæpe etiam dum in abſceſſibus curandis occuparer, ſanguinem illum qui in Venis eſt in merum candidumq; pus abijſſe. Nec vero pus tantum offendimus, ſed & vermes ex putredine generatos, & potiſſimum in trunco venæ Portæ, qua hepar egreditur, qui affectus Ouibus frequentiſſimus eſt, ſi in humidis & vdoſis locis paſcantur. Sunt hi vermes lati, nigrique, ſenſim in apicem deſinentes. Sed & in Cauæ trunco deſcendente, non longe ab emulgentibus venis Patauij, in frequentiſſimo Theatro, inſignem alium duorum tranſuerſorum longitudine inuenimus, ſimilem prorſus erucæ, quem multi maxima cum admiratione inſpexerunt. Nec refert, quod ſanguis in Venis tanquam in proprio loco ſit, cum locus non diutius rem à corruptione vendicet, quam omnia in ipſo lege Naturæ diſpenſentur.

FINIS LIBRI QVINTI.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ſtula illa cartilaginea pulmonũ, per quam aër externus attrahitur: vnde apud Hippocratem, lib. de diſſect. legimus, Arteriam ex vtraq; faucium parte originem ducere. Sic Plato accepit, ſic & Platonis diſcipulus Ariſtoteles. Inter Latinos conſuetudinem Græcorum imitatus eſt Celſus, qui lib. 4. cap. 1. exiguam in arteriis, ſub ipſis faucibus linguã eſſe aſſerit, intelligens ἐπιγλωττίδα, quæ in larynge eſt, ſiue capite aſperæ arteriæ. Poſteriores tamen, cum & hos de quibus nunc acturi ſumus ſanguinis tubulos, perpetuo motu diſtendi viderent, exiſtimantes non ab alia cauſa, quam aere inflari, Arteriæ Appellationem ipſis tribuerunt. Ne tamen æquiuocatio obſcuritatem pareret, illam quidem aſperam arteriam; hos vero, læues dixere, tandemque circa Galeni tempora ſimpliciter Arterias appellarunt, adeo vt quoties vel Galenus, vel Medici Galeno poſteriores Arteriarum mentionem iniiciant, de his ipſis nobis ſint intelligendi. Invenio tamen & ἐπανθισμένην φλέβα, *Venam micantem*, ſiue *pulſatilem* dictam, ad diſtinctionem reliquarum Venarum, quæ non pulſant, cum, vti ſuperius monuimus, Venæ vox vtramque antiquitus complecteretur. Ariſtoteles plerumque τὴν ἐλάττονα φλέβα, *Minorem venam* appellat, ratione Cavæ, quam maiorem vocat, ſiue ampliorem: ab aliis tamen ἀορτὴν dici, 3. hiſt. animal. 3 teſtatur, & rationem etymologiæ adiiciens, ἐκ τοῦ πεπλάσθαι, inquit, ὃ ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸ νευρῶδες αὐτῆς μόριον, eo quod neruoſa ejus pars conſpici vel in mortuis queat. Sed deeſſe mihi videtur vox aliqua, quæ obſcuritatem magnam huic loco aſpergit, quam ſi liceat ſuſpicione addere, erit fortaſſe τὸ αἴρειν. Illud tamen non ignoro, Veteribus Græcis ἀορτὴν dictam fuiſſe vaginam cultrorum Macedonibus familiarium, quorum manubrium nonnihil incurvatum erat, ad quam ſane figuram quam proxime accedere videtur arteriæ magnæ truncus, qua parte ex corde originem ſuam ducit.

*Synonyma.*

*Definitio.* Eſt autem ARTERIA ſi definitionem ipſius requiras, *vas cavum, duplici membrana conſtans, diſtenſione ac cõtractione præditum, vt ſanguis tenuior ac ſpirituoſus à Corde pro vita omnibus partibus deferatur.* Dico eſſe *vas*, vt genus ipſius aſſignem, quod cum Venis, & Nervis commune habet. Differt autem *à Nervo*, quia eſt *cavum*; *à Vena*, quia *duplici membrana conſtat.* Membrana tamen non eſt, vt Vena, exacte, ſed nonnihil ad Nervi naturam propius accedit, cum facile & in ſe contrahi, & extendi queat, vnde & ab Ariſtotele ſæpe ſæpius νευρώδης φλέψ, *Vena Neruoſa* vocatur. Nec ſimplex etiam membrana eſt, ſed *gemina*, quarum altera exterior eſt, altera interior. *Exterior*, tenuis, rara, ac mollis, qualem in venis cernere eſt, quæ rectas quidem fibras complures, paucas obliquas, tranſuerſas vero nullas obtinet. Quæ cauſa eſt, vt ab humorum acredine interiore exeſa, aneuriſma exoriatur, extenſa exteriore, quæ facile cedit, cum tranſuerſis fibris careat. *Interior*, craſſa eſt, imo craſſitie fere quintuplo venarum tunicas ſuperans, denſa, ac dura, quæ tota ex fibris tranſuerſis conſtat, rectis & obliquis prorſus deſtituta. Hanc præter & tertia eſt, à Galeno 7. admin. anatom. 5. addita, quæ in ſuperficie interiore hærens, telis aranearum perſimilis eſt, in grandioribus ſane arteriis imprimis conſpicua, ſed maxime eo in loco vbi arteria magna ex corde derivatur. Habent tamẽ nonnunquam & *aliam* forinſecus, quæ ipſas vel integit, vel vicinis partibus alligat, quod tamen non accidit, niſi vbi vel nudæ incedunt, aut quoquo pacto ſuſpenſæ ſunt, quod idem & ſupra de Venis diximus. Hanc *in infimo ventre* à Peritonæo mutuantur; *in medio*, à Pleura. Sunt autem

*Eſt vas.*

*Cavum.*

*Mẽbrana duplex Arteriar.*

*Mẽbrana*

autem membranæ hæ omnis ſenſus expertes, eadem de cauſa, quam de venis retulimus, ne ſcilicet in plethora extenſæ, aut ab acribus humoribus in cacochymia vellicatæ, dolore hominem perpetuo affligerent. Reliquis verbis actio & vſus deſignantur. *Actio* quidem, quæ eſt *diſtenſio, & contractio*, Græcis διαστολή, καὶ συστολή dicta. *Vſus* autem, *vt ſanguis tenuior ac ſpirituoſior, à Corde omnibus partibus diſtribuatur, cuius beneficio vita conſeruetur*. Actio hæc *Pulſus* dicitur Latinis, quamvis apud antiquiores Græcos nullum obtinuerit nomen, vel quia animaduerſa non fuerit, vel quia neglecta manſerit. Poſteriores σφυγμὸν vocarunt, quod vocabulum apud Hippocratem non pulſum, qui naturaliter arteriis ineſſe ſolet, denotat, ſed dolorem potius illum, qui in inflammationibus inſignioribus circa carnes, ab arteriarum pulſu excitatus, percipi conſueuit, quo pacto 7. aphor. 21. legimus, à forti in vlceribus pulſu malum eſſe ſanguinis profluvium. Cæterum motus hic idem eſt, qui cordis, nec differt niſi in hoc, quod Arteriis ſecundario inſit, Cordi primario. *Cordi enim innatus eſt*, cum à propria ſuę carnis ſubſtātia diſtendatur, contrahaturque, vt in animalium quorundam cordibus videre eſt, quæ diſſecta effuſoque omni prorſus ſanguine, diutiſſime nihilominus adhuc pulſant. *Arteriis contra à Corde*, pulſandi facultas *influit*, ex quo fit, vt abſciſſis arteriis, aut ligatis, nullus omnino percipiatur motus, quod ſcilicet à Corde nihil accipiant, cuius vi & potentia moueantur. Contingit autem ſimul cum cordis motu motus arteriarum, adeo vt dilatatio cordis arteriarū dilatationi, & contractio contractioni, temporis momento reſpondeat. De qua re ſi quis dubitet, experimentum in ſe ipſo facere non magno negotio poterit, ſi manu ad cordis regionē applicita, altera pulſum qui circa carpum eſt arteriæ, obſeruet. Manifeſtius autē & ipſis oculis vſurpare poterit, in vivi animalis diſſectione, præſertim quod vitam paulo longius protrahit, vt erinacei, in quo cordis arteriarumq; pulſationes ſimul fieri quam optime notabit. Ex hoc motu vſus inſignis enaſcitur, vt ſanguis ſpirituoſus per totum corpus digeratur. Dum enim dilatantur, à Corde accipiunt: dum conſtringuntur, ad partes pellunt. Eſt autem maxime neceſſaria hęc ſanguinis pulſio, cum abſq; ea ſi foret, ad ſuperiores partes, & tranſuerſas ſanguis nunquam abiret. Quæ cauſa eſt, vt venis arteriæ ſemper coniungantur, quarum beneficio motus venoſi ſanguinis perficiatur. Imo vero hinc accidit, vt animalia quæcunq; venas obtinuere, eadem quoq; arterias ſint nācta, quod ad venoſi ſanguinis tum conſervationem, tum vſum, arteriarum præſentia, videatur eſſe maxime neceſſaria. Hoc ipſum manifeſto experimento diſcimus, cū venis valide ligatis, etſi pertuſæ ſint, ſanguinem nullatenus reddi, aut admodū tarde, & citra impetū fluere videmus, laxatis poſtea vinculis, vi quadam & impulſu ſanguinem ſpargi. Id quod non alia profecto de cauſa evenit, quā quia Arteriæ vna cum Venis ligatæ, motu prorſus deſtituuntur, laxatę deinde motu ſuo impellunt, & vi quadam ſanguinem effundunt. Et hæc quoque ratio eſt, cur Vena Cephalica ſemper ſine impetu, at Baſilica vi quadam ſanguinem eiiciat, quia hæc arteriam comitem habet, illa comite caret. Atque hic verus vſus eſt dilationis & contractionis Arteriarum. Eſt & alius, vt ſcilicet per dilatationē calor ventiletur, & externus aer ſuſcipiatur. *Cæterum* ſanguis quem arteriæ vehunt, tenuior eſt, quam qui in vena Cava continetur, vt pote à calore in ſiniſtro cordis ventriculo coctus magis, & elaboratus, ex quo fit, vt & ſpirituoſior ſit, cum ſpiritus ex ἀφρώσει ſangui-

*Membranæ arteriarū ſenſu carent.* *Actio.* *Vſus.* *Pulſus.* *Pulſus cordi innatus.* *Pulſus cordis arteriarūq; fit ſimul.*

nis generetur, vt tradit Galenus. *Spiritus* autem hi *Vitales* vocantur, quod vitam partibus omnibus largiantur, cum ligatis aut abſciſſis arteriis, partem ad quas ſanguis arterioſus non vehitur, emori, & gangræna perire videamus. Cum enim ſatius foret, vt in vno loco caloris fons conſtitueretur, adeoque in Corde, totum autem corpus ex vno corde conſtare minime poſſit, ab ipſo tanquam per tubulos naturalis omnibus partibus calor digeritur. Calor autem cum in tenuiſſima neceſſario ſubſtantia, qui ſpiritus ſunt, ſtabuletur, vt diffundi per totum corpus temporis momento poſſet, nec in itinere longiore diſſipetur, propterea ſanguinem tanquam materiam craſſiorem, in qua calor diutius, quam in ſpiritu conſeruaretur, conjunxit. Adde, quod ex ſanguine in ſingulis partibus, dum in vapores diſſoluitur, alij continuo ſpiritus naſcuntur, ſicq; vita indeſinente refectione protrahitur. Ex his ratio nunc reddi poteſt, cur Arteriarum ſubſtantia denſior, craſſiorque facta ſit, quam Venarum. *Ratione* enim *actionis* ſuæ, vt *in diſtenſione* facilius aperiatur, & apta manere diutius poſſit: *in contractione* autem, nō penitus ſubſideat. *Ratione* vero *vſus*, ne ſanguis tenuior ſpiritusque ſubtiliſſimi, aut exſudent, aut euaneſcant. *Neruoſa* autem eſt hæc ſubſtantia, quod *in dilatatione* arteria abbreuiari ſemper ſoleat, & verſus cor trahi: *in contractione* contra elongari, & verſus extrema extendi, ad quam actionem non alia ſubſtantia, quam nervoſa aptior eſt. *Fibræ* autem *in interiori tunica* tranſuerſæ ſunt, *in exteriore* rectæ obliquis mixtæ, quod & accipere ſanguinem debeant, & acceptum propellere. Non difficulter accipiunt à corde propulſum, at difficilius ad extimas partes diſtribuunt. *Tranſuerſæ* ergo fibræ interius poſitæ ſunt, vt actionem adiuvarent operoſiorem: *Rectæ* vero, *&* *Obliquæ* foris.

Differētiæ. DIFFERENTIAS *Arteriarum* quod ſpectat, quemadmodum & Venarum, quibus admodum reſpondent, compluſ ſunt; primarias tamen duntaxat hic enumerabimus. *A magnitudine.* *Ratione* ergo *magnitudinis* inſignis eſt differentia, & magni momenti in Medicina. Sunt enim quædam *maximæ*, vt Truncus Aorta dictus, ſiue arteria magna per dorſum excurrens: quædam *mediocres*, vt arteriæ carotides, emulgentes, & iliacæ: quędam *minores*, quæ per artus & caput repunt: *omnium minimæ* ſunt, capillares, quæ in habitum corporis, viſcerumq; ſubſtantiam diſperguntur. *A progreſſu.* *Quædam recta incedunt*, vt jugulares: *quædam tortuoſæ ſunt*, & capreolares, vt præparantes arteriæ ad teſtes accedentes. *A ſitu.* *Nonnullæ* ſuperficiem corporis accedunt, ſed paucæ admodum ſunt, vt *Cutaneæ* vocatæ, quæ ad tempora, frontem, penem, ſcrotum, & digitos excurrunt, reliquæ omnes in penitioribus corporis partibus latent, & *Profundæ* vocantur. In qua re à Venis quampluſimum differunt, quæ per totum corpus ſub cute ſparguntur. Sed benigniſſimus Opifex, & ab externis iniuriis ſic defendere voluit, quæ periculoſe læderentur, & muniis ſuis locum aptiorem deſtinauit, cum in profundo conſiſtentes, Venarum ſibi comitum ſanguinem ad quasvis externas partes promptius impellant. Intima autem omnia ſic pervadunt Arteriæ, vt & in receſſus oſſium (nonnullorum opinione ipſis inacceſſibiles) penetrent. Nec tantum cavitates illas quas medulla occupat, vna cum venis ingrediuntur: ſed ipſam etiam oſſium ſubſtantiam (res mirabilis) pertundunt, quemadmodum in vlceribus Tibiæ, iis qui Chirurgiæ operam navant ſæpe licebit aduertere, ſi vna oſſium caries inſignis occurrat. *A connexione.* Differentiæ quæ *ratione connexionis* obſeruantur, facile ex ſuperiore libro deſumentur, vbi de venarum connexione egimus.

CAPVT

indigeſtus ad inferiores partes propulſus, catarrhos, & deſtillationes parit. Et hinc quoque ratio reddi poteſt, cur à potu frigidæ poſt vehementes corporis motus, & exercitia, nonnulli protinus ſuffocati fuerint, cardiaca & ſyncope grauiſſima ſuperuenientibus. Arteria enim refrigerata valide, ſanguis congelatus eſt, tam is qui in Aorta fuit, quam ille qui in Corde ſtabulatur; ex quo horrenda primum ſymptomata, deinde repentina mors euenit. Vidimus autem ſecta vena ſanguinem his craſſum ac frigidum, nec niſi maxima cum difficultate prodijſſe, vnde & præſentius remedium ijs non inuenimus, quam ea ſunt, quæ ob tenuitatem partium grumos ſanguinis diſſoluendi vim habent. Hinc etiam ratio reddi poteſt, cur in ardentibus febribus lingua nigreſcat, & difficulter ægri deglutiant. Etſi enim verum eſt, (quæ cauſa vulgo affertur) ex vniuerſo corpore vapores ad caput plurimos tranſmitti, non minimam tamen huius nigredinis culpam arteriæ vicinitati licebit adſcribere, quæ accenſa ac inflammata, Oeſophago, & ſic conſequenter ipſi etiam linguæ grauia mala impertit.

*Diuiſio Trunci aſcendentis in duos Ramos.* Cæterum aſcendens truncus in hoc verſus ſuperiora progreſſu, in duas [g] ſubclauias arterias diuiditur, quarum altera ad dextram, altera ad ſiniſtram excurrit. Vocantur autem quamdiu in thorace ſunt *ſubclauiæ*, eadem ratione, vt ſubclauiæ Venæ, quod ſub clauiculis incedant: at cum primum è Thorace exciderint, nomen mutant & [h] *axillares* vocantur. *Arteriæ ſubclauiæ.* Ab vtraque ſubclauia, vbi primam coſtam attigere (nam ante nulla propago emittitur,) plures ſurculi, tam ab inferiore, quam ſuperiore parte propagantur. *Ramus ab inferiore ſubclauiæ parte ortus.* *Ab inferiore*, [i] *Intercoſtalis ſuperior*, quæ coſtarum radicibus attenſa, quatuor ſuperiorum coſtarum interuallis ſingulos ramos largitur, ſub coſtis vſque ad cartilagines cum venis excurrentes, à quibus ad dorſi medullam, vicinoſque muſculos ſoboles ſparguntur. *Intercoſtalis ſuperior.* *Ab elatiore ſede* prodit primo [l] *Ceruicalis* vulgo dicta, ſed rectius *Vertebralis*, quæ retro magis, & verſus corpora vertebrarum enaſcitur, obliq; autem aſcendens, juxta ſeptimam colli vertebram, per foramina tranſuerſorũ proceſſuum, & ſuperiorum vertebrarum colli, vt Ceruicalis vena, tranſit, vbi complures propagines producit, quę ad ſpinalem medullam per foramina communia, per quæ nerui exeunt, intrant. *Rami à ſuperiore parte orti. 1. Mammaria. 2. Vertebralis.* Aliquam multas etiam ad muſculos in poſteriore ceruicis ſede ſitos exigit, aſcendit ad occipitiũ vna cum Vena, & per primũ eius inſigne foramen, per quod ſpinalis medulla ex capite deſcendit, cranium ingreditur. Hinc [m] ſub medulla ſpinali, quæ in caluaria adhuc eſt, cum ſocia oppoſiti lateris [n] vnitur, [o] ſicque ſub cerebri media baſi verſus anteriora recta excurrit: at vbi jam ſellam oſſis cuneiformis, cui glãdula pituitaria incumbit, attigit; in [p] duos ramos diuiditur, alterum dextrum, alterum ſiniſtrum, quorum vterq; ad latus ſellæ, ad neruorum ſecundum par repit, vbi vtrinq; [q] in ſurculos infinitos dirempti, inter primum & ſecundum neruorum par diſſeminantur, ac tenui membrana complicati, [r] plexum choroidem conſtituunt. [ſ] Altera eſt *arteria mammaria*, quæ reflexa ſub ſterno, (comite vena mammaria) ſecundum ipſius latera deſcendit, & vbi ad cartilaginem enſiformem peruenit, circa latera eius, thoracem egreditur, & ſubſtratã rectis abdominis muſculis, per ipſorum inferius latus recta deſcendit, tandemque circa vmbilicum cum [t] epigaſtrica arteria aſcendente per [u] anaſtomoſin coniungitur. Prius vero ac thoracem relinquit, ad ſex ſeptem verarum coſtarum ſpatia intercartilaginea ſingulos ramos diffundit, qui vna cum cartilaginibus terminantur. [x] *Tertia,*

*g,* D.D.
*h,* E.
*i.* b.
*l,* c.
*m,* 10.10 R.R.
*n,* S.
*o,* S.T.
*p,* g.g.
*q,* h.h.
*r,* P.
*ſ.* 6.2.d. *vide &* 4.11.
*t,* l.l
*u,* x.
*x,* 6.2.e.

*Muſcula*

*Muſcula* alias, ſed ſtrictiore appellatione rectius Ceruicalis, cum in muſculos in ceruicis regione poſitos ad occipitium vſq; diſſeminetur.

His ramis eductis, ſubclauia ex cauo thoracis exit, & primam coſtam ſuperans, obl- 3. *Muſcula.*
y. E. lique vergit ad alam, ſicque [y] Axillarem arteriam conſtituit, quæ poſtea in brachium Axillaris
diffunditur. Ante tamen propagines aliquot ſpargit, & *ab inferiore quidem parte* tres, ex arteria.
z, f. quibus prima [z] *Scapularis interna*, quæ in muſculos ſcapulæ cauitatem occupantes, va- *Eius rami*
a, g. dit. [a] Altera, *Thoracica ſuperior*, quæ ad pectoralem muſculum humerum adducentem *antequã*
b, h. abit, cæteroſque pectori inſtratos, & ſatis ampla eſt. [b] *Tertia, Thoracica inferior*, quæ & *inbrachiũ*
ipſa inſignis, ſecundum totum thoracis latus deſcendens, per muſculum latiſſimum, *abſumi-*
c, i. humerum abducentem, potiſſimum diſpergitur. *Ab elatiore parte*, vna naſcitur [c] *Scapu-* *tur.*
*laris externa*, quæ ſummum humerum conſcendens, in muſculos gibbam ſcapulæ ſe- *Ab inferio re parte.*
dem obtegentes diſſeminatur. *Reliqua pars arteriæ axillaris* ad brachium, comite vena 1.
baſilica, progreditur, in quod totum poſtea exhauritur, de cuius diſtributione ſequen- 2.
ti capite dicemus. 3.

d, 6.2.L. [d] Quod reſtat tandem de aſcendente trunco, juxta ſuperiorem ſterni partem Thy- *Ab ela-tiore ſede*
e, M. M. mo ſuffultum in [e] duos ramos diuiditur, quos *Carotides* appellant, ſiue *Soporales*, quod *vna.*
his obſtructis, aut quocunque modo occluſis, ſtatim in ſomnum incidamus, cuius pe- Caroti-
riculum in adoleſcente Realdum Columbum in magna hominum frequentia fe- des.
ciſſe, teſtatur Valuerda in Anatome, lib. 6. c. 11. Inæquales ſunt magnitudine, cum
dexter multo ſit ſiniſtro craſſior: tendunt autem recta verſus ſuperiora, ſecundum
colli latera deducti, aſperæ arteriæ, & venis jugularibus internis, membranæ bene-
f, N. ficio connexi, ac vbi ad fauces peruenerunt, in duos ramos [f] diuiduntur, quorum
g, O. alter externus eſt, alter internus. Ille, minor; hic, maior. [g] *Exterior*, [h] ad buccas & Diuiſio
h, o. faciei muſculos ſoboles propagat, deinde vbi ad aurem peruenit, circa ipſius radi- Carotidũ
i, p. cem bifariam [i] diuiditur: [l] *alter* enim *ramus* auris poſteriora petit, à quo duæ arteriæ *Exterior,*
l, r, ſub aure maxillam inferiorem per primum ipſius foramen ad proceſſus ſitum ingre- *ſiue ra-*
diuntur, & ſecundum eius longitudinem in omnium dentium inferiorum radices *mus faciei*
diſſeminantur, reliqua pars per foramen ſecundum, quod ad mentum poſitum eſt,
m, r. egrediens, in labrum diſpergitur. [m] *Alter* per tempora, & frontem repit, in muſcu-
n, P. los faciei abſumptus. [n] *Interior* ramus Carotidis arteriæ, ſiue *arteria Encephalica*, in fau- *Interior,*
ces defertur, ac vbi linguæ & laryngi propagines diſſeminauit, circa Caluaræ baſin in *ſiue ra-*
o, ſ. duos inæquales ramos diuiditur, minorem ſcilicet & maiorem. [o] *Minor*, & *poſterior*, *mus Ence phalicus.*
cum venæ jugularis internæ encephalico ramo maiore, ad cranij poſteriora fertur, *Diuiſio e-*
per occipitij foramen ſecundum ingreditur, ac craſſæ membranæ ſinum ſubit. *ius in mi-*
p, t & 10. [p] *Maior*, & *anterior*, vbi per foramen proprium in oſſe temporum exſculptum cranij *norem, &*
10. K. K. cauitatem ingreſſus eſt, atque ad oſſis cuneiformis ſedem peruenit, vbique ſub *maiorem.*
dura membrana incedens, primum vtrinque ramum in latus craſſæ membranæ
q, 10, 10. propagat, deinde in brutis infinitos ſurculos diſpergens, [q] Rete illud mirabile con-
L. L. ſtituit, quod reuera quidem & in Homine inuenire eſt, at reſpectu brutorum exi-
guum, & non niſi vmbra quædam videtur. His ſurculis ſic conſtitutis, cerebri
craſſam membranam perforat, ex qua vbi emerſit, propaginem aliam per cuneifor-
mis oſſis foramen ſecundum ad oculum eiuſque muſculos, quemadmodum & ad

maxillæ inferioris attollentem temporalem muſculum extra Calvariam propagat:inde recta aſcendens ad latus glandulæ pituitariæ in duos ramos diuiditur, quorum alter,interior,alter exterior eſt.[r] *Interior* cum ſua coniuge oppoſiti lateris [s] vnitur,vnitęque in [t] plurimas arteriolas abſumuntur,quæ per tenuem membranam ipſiuſq; Cerebri ſubſtantiam,ad principium neruorum opticorum diſperguntur.[u] *Exterior*,reflexus, & tenui membrana ſuffultus, in cerebri priorem ventriculum abit, diuiſus in multos [x] ſurculos,qui cum [y] arteriolis illis à [z] vertebrali enatis vniuntur, alij quidem cum illis, quas per baſin capitis ſub cerebro vertebralis ſpargit: alij vero cum illis, quos per tenuem membranam, & cerebri ſubſtantiam diſſeminat, cum quibus [a] plexum choroidem conſtituunt.

*Maioris ſubdiuiſio.*

r, b.b. s, c. t, d.d. u, e. x, f.f. y, h.h. z, R.R. a, P.

## CAPVT III.

### *Axillaris Arteriæ per brachium digeſtæ ſeriem enarrat.*

*Truncus arteriæ axillaris.*

ARTERIA ergo [b] Axillaris,vbi ad brachium peruenit,[c] *Brachialis trunci* nomen aſciſcens,vnico ac indiuiſo trunco vltra cubiti flexuram,per internam brachii partem fertur,vtrinque propagines quaſdam graciles, ad muſculos humeri internam ſedem occupantes,diſſeminans.Incedit autem interno, ſiue profundo baſilicæ venæ ramo,tanquam comes indiuiduus,cuius ductum quoque,& ſeriem vbique ſequitur,attenſa. Statim autem ſecundũ poſteriorem humeri ſedem,qua ipſi cubitum extendentes muſculi adhærent, deſcendens, propagines [d] duas, quarum inferior inſignis admodum,educit, ſicque verſus cubiti flexuram retorquetur, quam vbi attigit, [e] duos ſurculos,vtrinque vnum,in articulum exporrigit,adeo detectas,vt ſæpe ibi pulſus ſatis euidenter percipiatur.Sub cubiti deinde flexura,per internã ipſius regionem incedẽs, inter duos muſculos,ſecundũ & tertiũ quatuor digitorum internodiũ flectentes, demerſa,in [f] duos diſſecatur ramos inſignes,quorũ alter exterior, alter interior eſt.[g] *Exterior*,ſecundum radium fertur,(vnde *Radieus à me dictus*,) & recta carpũ petit, quo loci Pulſus ipſius à Medicis ſolet explorari,cum manifeſtus admodum ſit,quod cuti proxime arteria ſubiiciatur. Non longe autẽ à carpi radice [h] ramulum emittit,qui ſub tendinibus muſculorum pollicem extendentium,in externã manus regionem excurrit,& in muſculos,qui inter primum pollicis os,& metacarpi, quod indicẽ ſuſtinet, ſiti ſunt, abſumitur. Hoc ramo propagato, ſub annulari interno carpi ligamento, & palmaris muſculi lato tendine incedens, [i] *in tres diuiditur ramos*, haud ſecus ac Vena & Nervus ipſius comites.Ex his *primus* pollicis,*alter* indicis internam regionem petit, *tertius* internum latus interioris medii digiti ſedis. Primus & ſecundus in duos quiſque ramos dirimitur,tertius indiuiſus eſt.[l] *Interior* ramus,os cubiti,ſiue vlnam recta percurrit, (*Cubiteus* eo nomine à me vocatus) & in manus volam diſpergitur. Adeo autem abditus eſt in muſculos, vt eius pulſatio difficulter percipiatur,niſi in macilentis, vnde Medici digitos in exteriorem ramum ſemper iniiciunt, dum pulſum in carpo tangunt. Progreditur autem ſub tranſuerſo ligamento carpi,& ſub tendine palmaris muſculi,Vena & Nervo comitibus, ac duos quidem ramos in minimum digitum, totidemque in annularem,at vnum in externum medij latus diſpergit.

*Diuiſio in duos ramos. Exterior.* *Interior.*

b, 6.2 F. c, F. d, l.&m. e, n.n. f, G. g, H. h, o. i, p.p.p. l, I.

CAPVT

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

bus ſuis viam, per quam vel pus, vel aqua, renum auxilio, educeretur, venam nempe ſine pari, cuius ramulus in ſiniſtro latere in ſiniſtri renis emulgentem progreditur. At enim hæc via, quam per Intercoſtales arterias monſtramus, breuior multo eſt: vt taceam, per arterias facilius, quam venas materiam quamcunque congeſtam rapi poſſe. Neque eſt quod aliquis hic vereatur, ne ab his excrementoſis praviſque humoribus, vitales ſpiritus contaminentur, vnde Cor grauiſſima ſymptomata incurrat, cum lubentes id & æquo animo largiamur, (quod & experientia ſæpenumero nos docuit) dum per vrinas pus evacuatur, ægros in ſyncopen aliaque mala incidiſſe, interdum etiam in repentinam mortem, vbi aut copia, aut malitia nimia humor peccauit, & Naturæ tantam vim intulerit, vt calor ſpirituſque ſuccubuerint. Sed me huc vocat ad expoſitionem locus quidam apud Hippocratem, cum diu animum meum, ſæpeque anxium tenuerit. Locus eſt in Coacis prænotionibus, vbi, Quibus inquit, totus pulmo inflammatus fuerit vna cum Corde, vt ad latus allabatur, hi toti reſoluuntur, & jacet æger frigidus, ſenſus exors, moriturque ſecunda, aut tertia die. Si vero etiam ſine corde contigerit, minus diu vivunt: quidam autem etiam ſervantur. Diu cogitavi mecum, quis Cordis & Pulmonum cum Cerebro nerviſque conſenſus ille foret, vt æger ab harum partium inflammatione totus reſoluatur; cum idem Hippocrates eodem in loco doceat, ea parte ægros reſolui, & liuores foris circa coſtam apparere, qua Aortæ appellatæ (ſic videtur vocaſſe pulmonum lobos) ad latus inflammatæ decidunt. Si vero non valde inflammatæ ſint, vt ad latus non decidant, dolorem quidem fieri per totum, non tamen reſolui, neque liuores habere. Multis tandem apud me deliberationibus habitis, in hanc deueni ſententiam, non aliam eſſe cauſam, quam conſenſum, qui inter has arterias Intercoſtales eſt, & ſpinalem medullam. Naſcitur hic à propaginibus illis quas in ſpinam ſe penetrare per foramina vertebrarum thoracis diximus. Quamobrem ſi Pulmones & Cor ſic valida inflammatione tententur, vt in arteriam magnam ſanguinis copia affatim irruat, ſicque ipſa poſtmodum tumeat, tumeant etiam hæc vaſa intercoſtalia, & conſequenter ſurculi illi, qui ſpinalem medullam adeunt, fieri profecto nequit, quin & hæc, & Nervi ex ipſa progredientes comprimantur, vnde quid aliud quam reſolutiones earum partium, in quas ii Nervi inſeruntur, & mouendi facultatem impertiunt? Hanc ſententiam mirifice mihi confirmare videtur elegans quædam obſervatio, quæ apud doctiſſimum *Cornelium Gemmam* habetur, libr. de hemitritæo peſtilenti. Cuidam, is inquit, Iuveni ſtudioſo, per vniuerſum morbi curriculum ſiniſter oculus contractor fuit. Doluit ſiniſtrum latus, præſertim per exaſperationem totius circuitus; ac circa criſim inflata arteria cruris ſiniſtri ſecundum longitudinem mouebatur, vt nobis conſpicua, veluti retractus funis quiſpiam, verti ſurſum deorſumque videretur. Quis hic non libens confiteatur, materiam hanc in arteriis fuiſſe, cum criſis per arterias facta fuerit? Cæterum ex his ipſis ratio quoque reddi poteſt, alterius cuiuſdam obſeruationis *Galenicæ*, quæ 4. de locis affect. capit, 4. eſt, vbi ſic inquit: In quodam qui à vehementi peripneumonia infeſtabatur, brachij tam externæ, quam internæ partes, à cubito ad ſummos vſque digitos ſenſus difficultate laborauerunt, atque motus quoque nonnihil læſus eſt. Huic præterea nerui, qui in primo ac ſecundo intercoſtali ſpatio inueniuntur, noxam ſubierunt.

*Explicatio loci Hippocratici.*

ſubierunt. *Et paulo poſt:* Huic homini celeriter ſanitas reddita eſt, adhibito ſcilicet
medicamento eo loci, vnde nervi prodeunt, iuxta primum ac ſecundum intercoſta-
le ſpatium. Propter eoſdem intercoſtales ramos, Ioannes Valeriola, Filius Medici
illius cuius obſeruationes habemus, puer adhuc in graui pleuritide convulſiones
paſſus eſt.

t, 6.3.x.x. [t] *Phrenicæ arteriæ*, duæ ſunt, vtrinque vna, quæ ex Trunco enatæ, ſtatim atque è 2. Phreni-
Thoracis cavo egreſſus eſt, in ſeptum tranſuerſum, præſertim vero in humiliorem i- cæ.
pſius ſedem iuxta vertebras dorſi, in plures ramos ſectæ, diſſeminantur. Nonnullos
etiam ſurculos in ſuperiorem partem ſpargunt, quæ poſtea ad pericardium abeunt,
qua parte diaphragmati adnaſcitur.

u, 6.1.N. [u] *Cæliaca*, vna eſt, ſic dicta, quod ad κοιλίαν, id eſt, Ventriculum ramos trans- 3. Cæliaca.
mittat. Hæc Venæ Portæ Splenico ramo ſimillima, Ventriculo, Iecori, Veſicu-
læ felleæ, Omento, Duodeno, Ieiuni initio, Coli inteſtini parti, Pancreati, & Lie-
x, K.K. ni ramos plurimos largitur. [x] *Oritur* autem ex anteriore corpore ipſius Trunci, &
à ſuperiore parte inferioris membranæ omenti, toto ductu ſuffulta, in duos ramos, Rami
y, O. inſignes quidem, ſed amplitudine tamen inæquales diuiditur, quorum [y] *alter* ad dex- duo.
z, P. tram, [z] ad lævam abit. Ille minor eſt; hic, maior. [a] *Dexter* ergo in pancreate, ſub po- Dexter.
a, O. ſteriore ventriculi regione repoſito, venæ portæ deſcendenti coniungitur, ac ibi o-
menti membranis innixus, ad hepar vadit, cuius exilitas profecto notatu digna eſt,
ſi hepatis intuearis amplitudinem, quod Veteres olim, hodieque multi ſangui-
nis officinam conſtituere. Inſeritur autem parte cava, prope venæ portæ trun-
cum, & tam parva eſt, quod maiori arteria, ea Iecoris pars, quæ Portæ radices
ſuſcipit, non indiguerit: reliqua autem pars, quæ Cavæ propagines habet, vita-
lem ſpiritum copioſiſſime per venam Cavam ex Corde tranſmiſſum ſuſcipiat. An-
tequam tamen hepar ingrediatur, in itinere plures ſurculos, eoſque partim ex elatio-
re, partim ex humiliore ſui ſede diſſeminat. Et ex *elatiore* quidem duos, *primum*, Propagi-
quem Pyloricum voco, & ex medio ductu pronaſcitur, ac in poſteriorem ſedem nes ex e- latiore
b, c. dextri orificij ventriculi pluribus ramulis diuiſus ſpargitur: *alterum*, [b] *Cyſticas gemellas*, ſede pro-
quæ duo ſunt exiles rami, & in Veſicam felleam abeunt, ac protinus in multas pro- deuntes.
pagines diuiduntur. Ex *inferiore* ſede ſimiliter duo oriuntur. *Primus, Epiplois dextra*, 1.
quæ in dextram ſedem inferioris membranæ omenti, & in Coli partem ipſi adne- 2. Ex infe-
xam inſeritur. *Alter*, in duos ſcinditur ramos, quorum *vnus, Inteſtinalis*, ad Duode- riore.
num, & Ieiuni principium progreditur: *alter Gaſtroepiplois dextra*, paulo inſignior, ad 1.
dextrum fundi ventriculi latus deflectit, & ſuperiore omenti membrana ſuffulta, 2.
ex ſuperiore parte ſoboles quaſdam in Ventriculi anteriorem & poſteriorem ſedem
c, P. propagat: ex inferiore autem, in Omenti, cui innititur, membranam. [c] *Siniſter* Siniſter.
*ramus, & maior, arteria Splenica* dicitur; inferiori omenti membranæ, glanduliſque *Arteria Splenica.*
in ipſa repoſitis, adhærens, cum Splenica vena, cui attenditur, & cum qua pari ra- Propagi-
tione ſoboles digerit, ad Lienem progreditur. In itinere autem ſimiliter ab v- nes ex ſu
d, R. traque ſui parte ramos digerit. *Et ex ſuperiore* quidem, [d] *Gaſtricam*, quæ in medium periore
poſterioris Ventriculi partis, ſiue eius, qua dorſo incumbit, porrigitur, inde a- parte di-
ſcendens, Ventriculi ſiniſtrum orificium coronæ inſtar cingens, circumit, & ſur- geſtæ. *Gaſtrica.*

culos, partim ſurſum, in œſophagi finem: partim deorſum, eoſque maiores & frequentiores, in ventriculum diſpergit, ſicque *Arteriam Coronariam* conſtituit, ſimilem Venæ coronariæ, quam à Portæ vena oriri, ſuperiori libro diximus.

*Ex inferiore.* *Ex inferiore* autem *ſede*, *Epiploin ſiniſtram*, ea fere parte educit, qua jam Lienem attingit, quæ in inferioris omenti membranam, & quidem ipſius ſiniſtram partem excurrit. Hæc protinus ab exortu in duos ramos ſcinditur, qui admodum à ſe mutuo diducuntur, ex quibus aliæ arteriæ plures oriuntur, quæ in dictam Omenti membranam, & colon inteſtinum ipſi adnexum omnes exhauriuntur. His venis conſtitutis [e] arteria ſplenica Lieni magis approximat, & non ſecus ac Vena ſplenica, e, 8.9.4.B quam toto itinere comitem habuit, [f] in duos ramos ad literæ Y ſimilitudinem dirimitur, f, E. quorum alter ſuperior, alter inferior dici queat, qui poſtea per cauam ipſius partem ingreſſæ, in infinitos ſurculos dirimuntur, vt Arteriarum quintuplo plures ſint, quam Venarum. Ex quo fit, vt in inflammationibus Lienis, ſi manus ſiniſtro hypochondrio apponatur, palpitare ipſum videatur. Ante tamen ingreſſum arteriæ, inferior ramus, cum inferiore ramo venæ anaſtomoſin inſignem facit, & ſurculum ad inferiorem omenti membranam propagat. *Ex ſuperiore* autem, *vna Gaſtroepiplois ſiniſtra dicta*, quæ ſuperiori omenti membranæ annexa, in ſiniſtram fundi ventriculi ſedem deriuatur, anteriori & poſteriori parti, vel etiam ſuperiori omento ramulos largiens. *Altera*, *Vas breue arterioſum* conſtituit, venæ eiuſdem nominis in morem ad ſiniſtrum ventriculi latus, & orificium adducta.

*Vſus. Dextri rami.* Vſus *dextri rami*, qui ad Iecur vadit, præter communem quem habet, iſte eſt, vt bilem quoties fellis veſicula obſtructa eſt, ad inteſtina deponat, maxime vero ad Colon, in quod nonnulli ipſius rami inſeruntur. *Cur vlcera craſſorũ inteſtinorũ frequentiora* Ex quo fit, vt vlcera in dyſenterijs plærumque ſemper in craſſis inteſtinis, ac præcipuè Colo: rariſſimè in tenuibus inueniantur. Arteria enim hæc, vbi vel hepar calidius copioſam bilem generat, aut fellis veſica obſtructa eſt, bilem in ſe copioſam ſuſcipiens recta ad Colon transfert.

*Siniſtri rami.* Eodem pacto *ſiniſtri rami*, ſiue *Splenicæ arteriæ* vſus, præter communem, is eſt, vt
1. Bilem, Melancholiam, Seroſoſque humores, ſi quando his Lien abundauerit, ad inteſtina deturbet.
2. Quin & per eandem hanc viam hydropicorum aquæ, nonnunquam vel ad inteſtina, aut renes, & veſicam demandantur.
3. Hic idem ramus ille eſt, per quem potus per vniuerſum corpus tam ſubito penetrat,
4. & per quem praui humores vomitu educuntur.
5. Hic idem in cauſa eſt, vt cibo repleti, parum: vbi vero concoctio in ventriculo facta ſit, plus vrinæ reddamus. Plurimum enim diſtento Ventriculo, premitur: at vacuo, munere ſuo fungi poteſt. Hic idem ramus nos edocet, tenuem victus rationem præſcribendam eſſe ijs, qui purgantia aſſumpturi ſunt, vt patula medicamentis ſit via, tum ea, per quam excrementa ad ventriculum, quam illa, per quam ad inteſtina transmittuntur.
6. Hic idem quoq; ramus, ſi duos meſentericos addas, Melancholiæ hypochondriacæ ſedes eſt. Cum enim à Viſcerum, quæ in imo ventre continentur, obſtructione hoc malum naſcatur, arterias plurimum hic pati neceſſe eſt, quod vel ſymptomata, quæ in hoc affectu contingunt, ſatis edocere queant.

*4. Meſenterica ſuperior.* [g] *Meſenterica ſuperior* paulo infra Cæliacam enaſcitur, venæ meſaraicæ in modum,

(quæ

ſanguinem conuerti. Nec profecto mirabile id cuipiam videbitur, qui conſiderauerit, & fœtui dum vtero adhuc concluditur, maternum ſanguinem per arterias vmbilicales tranſmitti. Quod ſi ſanguis per venas receptus, elaborandus adhuc eſt, vt certe quiuis Naturæ diligentior indagator elaborandum eſſe, ſtatuet, profecto is qui per arterias accipitur, tanto exactiori elaboratione indigebit, quanto venoſo eſt præſtantior. Elaboratur autem in ipſis Arterijs, & Liene, raptus in Cæliacam, &
2. ad ſplenem deductus, vt libro 8. pluribus dicemus. Atque hic vſus meſentericarum arteriarum præclarus eſt, dum Homo perfecta ſanitate fungitur: præter quem nos alium quoque addimus, quoties à ſanitatis limite declinauerit. Suſcipiunt enim arteriæ hæ excrementa vniuerſi corporis, vt ad inteſtina deponant, non ſecus atque Venæ, per quas & attrahit Chylum Natura, & expellit ſimiliter humores noxios è corpore, Bilem puta, Pituitam, & Melancholiam. Et *bilem* quidem, frequenter in continuis & intermittentibus febribus bilioſis, quarum criſis per alui fluxus ſuccedit. *Pituitam*, quoties Podagricis dyſenteriæ accidunt, quæ à doloribus liberant, ſi prudentis Medici auxilio, Naturæ inſtitutum fuerit adiutum. *Melancholiam* tandem, ab vtroque, ſed inprimis Hæmorrhoidali ramo, vnde Hippocrates, 6. Epidem. Qui Hæmorrhoidas innatas habet, neque dolore lateris, neque pulmonum inflammatione, neque furunculis, aut terminthis, pariter neque lepra, cancro, aut alijs morbis corripietur. Pectoris enim maximus cum hæmorrhoidali arteria conſenſus eſt, quod truncus ex qua oritur, à corde deſcendens, in primo ſtatim exortu intercoſtales ramos propagat. Omnes porro *atrabilares humores* ex toto corpore hinc expurgantur, vt inde cancri & lepræ naſci nequeant. Ex his ſpontaneis purgationibus, quas Natura ipſa molitur, de ijs, quæ ope Medici perficiuntur, & Artificiales dici poſſunt, judicium jam ferre licet. Inualuit enim noſtra ætate opinio quorundam, purgationes corporis per Clyſteres inſtitui non poſſe, ſed per medicamenta tantum ea, quæ per os aſſumuntur. At ego, ſi Clyſteres medicamenta purgantia in ſe contineant, vniuerſum corpus commodiſſime euacuari, non tantum crediderim, ſed etiam experientia edoctus atteſtari poſſum. Totum namque Colon inteſtinum cum clyſteris materiam ſuſcipit, vis ipſa Medicamenti per arterias ex trunco Aortæ noxios humores trahit. Quo poſito, rationem licebit reddere (quod ſæpiſſime vidimus,) cur ex helleboro albo facta ſuppoſitoria, eadem ſymptomata inducant, quæ ſolent inferri ijs, qui helleborum album per os ſumſerunt. Similiter hinc cauſam licebit petere, ob quam vnctio ſupra vmbilicalem regionem facta medicamentis purgantibus, ventrem non inſtrenue purget. Per arterias enim medicamenti vis attrahitur, & per arterias eadem poſtea purgat. Hæ arteriæ ſunt, per quas Colici dolores in Arthritidem, & contra Arthritici in Colicos permutantur, vt apud Hippocratem habemus 6. Epidem. ſect. 4. dicentem, Qui articulari morbo detentus inteſtini dolore dextra parte vexabatur, leuius habebat: vbi vero hic morbus curatus fuit, magis dolebat. Huius rei hæc erat cauſa, quod humor ille qui arthritidem excitabat, ex articulis ad Colon inteſtinum deferebatur, vnde Colici dolores aucti ſunt. Laurentius huius rei rationem inquirens, ad occultos nobiſque incognitos ductus refert, ad quos confugiendum mihi minime videtur, ſi dicamus,

*Obſeruatio.*

*Cur ſuppoſitorio ex helleboro facta ſymtomata inducant.*

*Cur vnctio vmbilici facta purgantibus aluum moueat.*

*Qui Colici dolores in arthritidem, & contra, vertãtur.*

dicamus, ex Arterijs cruralibus in Truncum; & ex hoc in meſentericos ramos, tandem ab his ad inteſtina humores translatos eſſe: hæc enim via breuiſſima eſt, & commodiſſima. Nec eſt vt vereamur illam, quam obijcient nobis ſpirituum vitalium contaminationem, ſi excrementitij humores per arterias vadant: hoc enim magnam ipſorum tum in Anatomicis, tum ſolida Medicina ignorantiam prodit, facillimumque foret, ſi velim excurrere, hoc loco probare, magnam quaſi partem fluxionum in noſtro corpore per arterias fieri. Nam & in Arteriis Naturæ vis eminet, & robuſtior eſt, vt quamprimum laceſſitur, aptiſſima ſit ad expulſiones: & ſanguis continuo pulſu agitatus, tum ſua natura omnia ad fluxionem aptiora reddit. Et quis non credat per Arterias excrementa ferri, qui fluxiones à Liene conſiderat, in quo cum quintuplo plures arteriæ ſint, quam venæ, neceſſarium certe eſt, ex Arterijs Lienis illam ſaburram per Arterias exportari? *Magna pars fluxionum per arterias fit.*

m, 6.2, γ. γ.γ. [m] *Lumbares* quatuor, à poſteriore ſede trunci arteriæ magnæ, ſecundum ipſius longitudinem, dum circa lumborum regionem progreditur, exoriuntur. Hæc in lumborum vertebras, per communia foramina, & ad ipſorum medullam, nec non in muſculos vicinos excurrunt. Quin & ad medullæ latus dum vertebras ingreſſæ ſunt, vtrinque ad Cerebrum, vna cum venis lumbaribus aſcendunt. Sunt autem omnes ſibi æquales, ſi duas demeris, quæ juxta os ſacrum prodeunt, cum non ſolum ad medullam in vertebras, & ad contermìnos muſculos deriuentur, ſed etiam tranſuerſim per peritonæum, & abdominis muſculos tranſmittantur. Ex his duæ poſteriores *Muſculæ ſuperiores* à nonnullis vocantur, & à Lumbaribus diſtinguuntur. Atque hæ arteriæ ſunt, quas ſi obſeruemus, multarum rerum, de quibus grauiſſime diſputatum eſt hactenus inter Medicos, facillimo negotio rationes reddemus. Sed imprimis difficillimæ illius quæſtionis, quæ inter Medicos agitata eſt, per quas vias & quomodo Colici dolores in Paralyſin, aut Epilepſiam terminentur. Habemus enim obſeruationem apud Paulum Æginetam, lib. 3. c. 43. vbi, Colica, inquit, velut peſtifera quadam contagione finiebat, plæriſque ad morbum comitialem, alijs ad artuum reſolutionem, ſeruato ſenſu: & qui ad Comitialem delapſi ſunt, plæriq; perierunt: qui vero ad Reſolutionem, plæriq; ſeruati ſunt, velut in judicatione cauſa translata. Ex Colo enim per meſentericas arterias humor morbificus regreſſus eſt, ex quo poſtea tranſlatus in arteriæ magnæ truncum, ad lumbares quoque peruenit, quæ turgeſcentes ſanguine, vicinos compreſſerunt neruos, ex quibus paralyſis crurum. Et hanc nos ſæpe obſeruauimus, cum in alijs, tum in nobiſmet ipſis, præſertim annis ſuperioribus, quibus Patauij Epidemij erant. Neque tamen ſemper Paralyſis perfecta eſt, ſed ſæpè (vt ego vocare ſoleo) imperfecta, quod ambulandi potentia non prorſus ablata ſit, ſed ſumma quadam difficultate cruribus ægri inſiſtant. Hanc multi eo tempore, hallucinantes circa morbi cognitionem, pro debilitate magna virium ex morbo contracta habentes, cibo & potu copioſiore, ſed fruſtra, tollere conabantur. De qua re, lib. 4. de febre ſemitertiana, capit. 13. pluribus egimus. Hæc quoque cauſa eſt, cur poſt Colicos dolores Epilepſiæ fiant, imo etiam Lethargi, vt ſæpe vidimus, quia materia à meſentericis arterijs tranſmiſſa ad Lumbares, ab his facile ad Cerebrum, ad quod ipſa vaſa tranſmigrant, ire poteſt.

8. Lumbares.

*Qui Colici dolores in Paralyſin, aut Epilepſiã abeant.*

Cæterum Truncus Arteriæ magnæ, vbi ad vltimam lumborum vertebram pervenit, cum toto ductu, quem enarravimus, ſub vena cava ad latus ſiniſtrum iter habuerit, hic venam conſcendit, ne ab oſſis ſacri duritie in continuo illo motu atteratur. [n] Diuiditur autem non ſecus ac ipſa Cava in [o] duos ramos inſignes, quos Iliacas arterias à ſitu Anatomiæ periti appellant, & oblique deorſum ad femur delatæ, Græcorum Y inverſum exprimunt. Proferunt autem & ipſæ antequam femori inſerantur, non ſecus ac Iliacæ venæ, quibus exacte omnino reſpondent, ramos aliquammultos. *Ex inferiore* autem *arteriæ ſede, antequam Iliacæ diuidantur,* [p] *Sacræ* prodeunt, quæ inſignes ſunt, deorſumque ſacro oſſi innitentes delatæ, ipſius foramina ingrediuntur, & ad medullam ipſius, ac poſteriora ſacri oſſis excurrunt. Et per has quoque via eſt materiæ dolorem Colicum facientis, vt Paralyſin crurum efficiat. *Hinc paulo infra diuiſionem trunci,* Iliacæ in duos ſubdiuiduntur ramos, quorum alter interior eſt, & minor: alter exterior, & maior. [q] *Minor*, vel *interior Iliaca*, duas propagines educit, vnam ab externa; alteram, ab interna ſede. [r] *Exterior Muſcula* vulgo dicta, à nobis ſtrictiore appellatione, *Glutæa*, quod cum vena eiuſdem nominis, inter ſacrum & coxendicis os, vbi inuicem abſcedunt, deſcendat, pluresque ſurculos in muſculos, ilium oſſi incumbentes, Glutæos dictos, quod natium ſint authores, porrigat. [ſ] *Interior*, *Hypogaſtrica* dicitur, quæ inſignis admodum eſt & ampla, rectaque deorſum ad oſſis ſacri inferiorem ſedem delata, *in viris* Veſicæ fundo, & Cervici, tum etiam recto inteſtino ſoboles quaſdam largitur, quæ etiam hæmorrhoidales arteriæ dici poſſunt. In *Mulieribus* vero, quibus paulo amplior hic ramus eſt, præter dictas partes, etiam in inferiorem vteri fundi regionem, & pariter in illius ceruicem numeroſam propaginem diſtribuit. *Hinc rationem licet petere,* ob quam ſi Vteri ad medium coxendicis proceſſerint, convulſiones fiant, vt teſtatur Hippocrates, lib. de natura muliebri. Item, ſi Vterus ad coxam decubuerit, cur menſes ſupprimantur, & dolor fiat in imo ventre, & in laterum mollitudine. Sanguis enim, qui ad Vterum à Natura pellitur, arteriis compreſſis à decubitu, in vterum deponi non poteſt, vnde neceſſario regurgitans, vicinas Venas & Arterias replet, quæ intumeſcentes dolores hos efficiunt. Vidimus enim ſæpenumero in diſſectionibus ſic turgidas fuiſſe has venas, vt ſeptuplo ſeſe ampliores fuerint. *Hinc* etiam ratio reddi poteſt aphoriſmi illius, qui eſt trigeſimus ſecundus quintæ ſectionis, apud eundem Hippocratem, vbi Mulieri ſanguinem vomenti erumpentibus menſibus ſolutionem fieri teſtatur. Quod ſane, cum omnium conſenſu fiat per revulſionem, & vero Venarum beneficio contingere nequeat, quod Venæ Ventriculi, à Portæ vena, at Vteri, à Cava oriantur, non alius conſenſus quærendus eſt, quam ille, qui fit per Arterias; maxime cum nec arteria hypogaſtrica procul à Cæliaca diſtet. *Ex his ſimiliter* ratio reddetur ſequentis hunc aphoriſmi, vbi menſibus deficientibus hæmorrhagiam narium ſalutarem cenſet. *Reliqua pars Iliacæ minoris* deſcendit, & [t] arteriam Vmbilicalem educit, quæ iuxta longitudinem arteriæ magnæ defertur, validiſque membranis Veſicæ vrinariæ lateribus connectitur. Cavitatem autem amittit in iis, qui in has iucundas vitæ auras prodiere, quod quomodo fiat, poſtmodum libro nono pluribus oſtenſuri ſumus.

*Sacra.*

*Propagines arteriarum Iliacarũ. Interioris, ſiue minoris.* 1. *Muſcula.* 2. *Hypogaſtrica.*

*Arteria Vmbilicalis.*

*n, 6.2. o, S.S. p, R. q, T. r, s. ſ, Z. t, n.m.*

[u] Cæte-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tes exhauriuntur, vnde & *Surales arteriæ* dicuntur. Poſtquam [l] in poplite Cruralis l, ρ.
truncus conſiſtit, [m] *ab externo latere* ſobolem profert, quæ iuxta fibulam deſcendit, & m, σ.
inter abducentem pedem, & ſecundum tarſum flectentium muſculos reconditur, &
in reliquos anteriorem tibię partem occupantes quouſq; carnei ſunt, & ſecundum ex-
teriorem malleolum contorqueri incipiunt, diſtribuitur. Paulo ſub hoc dicto [n] *alia* n, Τ.
educitur, ex poſteriore trunci ſede, quæ vſque ad commixtionem tendinum Gaſte-
rocnemiorum deſcendit. [o] *Alia* deinde ex eadem poſteriore trunci ſede, ſed ſub ſecun- o, Υ.
da prodit, quæ deſcendens, & ligamentum transuerſum tranſiens, per pedis dorſum
excurrit, in digitos abducentes muſculos diffuſa. [p] *Reliquum trunci* per tibiæ poſteriora p, Γ,
deorſum fertur, & circa malleolum internum pedi [q] ſurculum offert, qui pollicis muſ- q, φ.
culum adit, & pedis dorſum perreptat. *Ipſe autem truncus* inter tendines muſculorum
digitorum pedis latens, in duos ramos [r] diſſecatur, quorum [ſ] *interior* pollici duos, duos r, χ.
indici, vnum medio: [t] *exterior* vero duos minimo, duos huic proximis digitis, inferiore ſ, ψ.
ſede largitur. *Cæterum*, etſi arteriarum progreſſus magna ex parte talis ſit, qualem de- t, ω.
ſcripſimus, quod tamen ſupra de Venis diximus, non ſolum pro indiuiduorum diver-
ſitate, ſed etiam laterum in eodem homine, ipſorum diſtributionem plurimum varia-
re, id etiam de arteriis tenendum eſt, quæ aliis hominibus alio modo ſe habent.

## CAPVT VI.

### *Venæ arterialis, & Arteriæ venalis hiſtoriam complectitur.*

VT perfecta omnibuſque ſuis numeris abſoluta ſit hæc de Venis & Arteriis tracta-
tio, colophonis loco hiſtoriam tertiæ Venæ & ſecundæ arteriæ nobis apponere
*Vena arterialis.* libuit. Vocatur [a] *Vena, arterialis*, & Vena quidem ab officio, quod Veteres ſanguinem a; Vid. 9.
deferre ex dextro cordis ventriculo crediſſent: at arterialis à tunica, arteriarũ mem-
*Arteria venalis.* branæ ſimili, cum ſimplex non ſit, vt Venarum, ſed gemina. *Arteria* contra, *venalis* dici-
tur, & arteria quidem, quod aerem deuehere, attractum per pulmones Antiqui ſta-
tuerint: Venalis autem, quod ſubſtantia corpori venarum reſpondeat, cum ſimplex ſit
tunica, nec admodum craſſa. Reiecimus autem vtriuſq; tractationem in hunc præci-
*Ortus.* pue locum, vt de vtraque ſimul ageremus, cum & ex eodem viſcere naſcantur, & in i-
*Inſertio.* dem inſerantur, prætereaque eadem diſtributione gaudeant. *Enaſcuntur* enim ex Cor-
de, & Vena quidem ex editiore ſede dextri ventriculi: Arteria autem ex ſiniſtri. *Im-
plantatur* autem & exhauritur vtraq; in Pulmonum ſubſtantiam, & Vena quidem per
*Diſtributio.* dextrum aſperæ arteriæ latus porrigitur, Arteria autem per ſiniſtrum. Mox in duos
vtraque *ſecatur* ramos, quorum alter ad dextram, alter ad ſiniſtram pulmonum partem
abit, vtroque iterum bifariam ſecto, atque his in ramos alios, donec in minutiſſimos
ſurculos diſpergantur. Rami autem maiores ſeſe inuicem comitantur, vt vena cum ar-
teria perpetuo incedat, multis anaſtomoſibus iunctæ, in quarum medio aſperæ arterię
rami excurrunt. Inſignia autem vaſa ſunt, maioraque longe, quam pulmonum magni-
tudo requirere videtur, cum partes illæ, vt diximus libro ſuperiore, quæ plurimum diſ-
ſipant alimenti, venas ampliores requirant, nulla autem ſit, quæ pulmonibus ob per-
petuum

Quare ab iis potius ſtandum exiſtimo, qui à dextro cord
per Venam arterialem ſanguinem tranſmitti credunt, & l
per anaſtomoſes deduci, à qua poſtea ad Cor tranſportatu
guis ille dextri ventriculi, & fit ſpirituoſus, ſicque per Ar
ſum corpus, pro vita ſingularum partium, pellitur. Nec ve
venalem rapi, cum foramina ibi nulla ſint, ſed aer qui per
monum arteriam raptus eſt, bronchia omnia refrigerat, q
bus vaſis communicetur (diximus enim vbique bronchi
rioſæ & Arteriæ venoſæ) refrigerat ſimul ſanguine
qui Cor ingrediens calorem illum nimium att
pterea opus non ſit aerem in ſubſtar
Cor transferri.

Finis Libri Sext

# ADRIANI SPIGELII BRVXELLENSIS,

# DE HVMANI CORPORIS FABRICA,

## Liber Septimus.

## Qui vniuerſam neruorum hiſtoriam complectitur.

### CAPVT PRIMVM.

*Neruorum naturam, actionem, & differentias explicat.*

EX vaſis ſupereſt vt de Nervis agamus, quos etſi in poſtremum locum reiecimus, ob cauſas, quæ ſuperius à nobis ſunt expoſitæ, primo tamen loco haberi ab ijs debent, qui vel ex Philoſophiæ ſtudio delectationem, vel ex Medicinæ vſu fructum aliquem eximium & præclarum cupiunt percipere. Quis enim eſt qui neſciat, animalium totam naturam in ſenſu motuque conſiſtere, quarum facultatum vectores ſunt Nerui? ſed multo minus quiſquam ita ignarus eſt, quin ſæpè ſæpiuſq; cognouerit, maximam morborum partem, qui noſtrum corpus infeſtant, has ipſas vires lædere, quibus affectis, Homo omnium animaliũ præſtantiſſimum, à trunco inutili & à ſtipite, non niſi ſola, & quam miſere etiam trahit, vita differre poteſt. Quare non ſolum jucundiſſima eſt Neruorum cognitio: ſed & ex omnibus maximè neceſſaria, vt ad vnguem teneatur: at cum in ea haud leues ſeſe difficultates offerãt, conabimur quantum in nobis eſt, ſumma omnia perſpicuitate ac diligentia perſequi. Exordiemur autem à definitione, quam poſtea nobis conſueto more breuiter enodabimus, cum primum vocis homonymiam, ne qua obſcuritas naſcatur, è medio tulerimus.

*Nerui*

mina hæc membrana *ſubſtantiam albam, ac medullarem*, quam ſi alicubi, perquam optimè tibi certe licebit cernere, in neruo optico, membranis ſuis inuoluto, & nonnihil digitis compreſſo. Subſtantia hæc nihil aliud eſt, quam ipſiſſimum cerebrum, à quo nerui omnes exortum ſuum trahunt, ſi quidem cerebri vocabulo quis intelligat, non illud tantum, quod caluaria continetur, ſed etiam per ſpinam vniuerſam producitur. Exortus autem hic non tantum ratione ipſius productionis intelligitur; ſed etiam facultatis, cum à Cerebro nerui & prodeant, & facultatem nanciſcantur. Sunt enim, vt reliqua omnia vaſa, canales quidam, in ſeſe deducentes facultatem, ad obeundas actiones illas in ſingulis partibus, quibus deſtinatum eſt id viſcus, à quo oriuntur, cum in ſingulis partibus ipſum eſſe nequeat. Vt ergo Cor, cum vniuerſum corpus ex vno corde extrui neutiquam potuerit, facultatem vitalem per arterias vndique diffundit: ita Cerebrum, quod in ſolo capite ſua ſubſtantia conſiſtit, vt viribus ſit vbique, neruos in omnes partes digerit. *Facultas hæc, ſenſus eſt, & motus*: non ita tamen, vt quæuis pars ad quã neruus pertingit, ſentiat, & moueatur: neque vt alius neruus ſit ſenſus delationi, alius motui deſtinatus, quemadmodum cenſuerunt nonnulli: ſed vt vnus idemque neruus, pro partis conſtitutione, vel vtrumque, vel alterutrum impertiat. Clariſſimum hoc eſt in ſexta neruorum coniugatione, quę laryngis muſculis vtrumque: Lieni, renibuſque, alterutrum tantum largitur. Et hunc eſſe neruorum vſum, ex eo licet ſatis concludere, quod neruo conſtricto, aut diſſecto, protinus ſenſus motuſque eius partis auferatur, in quem neruus ille inſeritur. Hoc in canibus eleganter demonſtrare licet: aut, quod melius eſt, in ſuibus, dum nerui Recurrentes dicti, filo conſtringuntur. Si enim alterutrum ligaueris, mediam tantum vocem edi: at ſi vtrumque, protinus totam auferri obſeruabis: redire autem iterum vocem confeſtim, ſi vinculum diſſolueris. *Nerui* ergo *ſentiendi, mouendiq; facultatem deferunt*: & horum *quidam ſolum ſenſum*, vt qui in cutim inſeruntur, & primum par Opticum vocatum: *nonnulli motum ſimul & ſenſum*, quemadmodum ſecundum par, in oculorum muſculos digeſtum. Quin imo nec vnum tantum ſenſum, vtcunque ipſe neruus vnicus ſit, ſed interdum plures diſpenſat vni organo, vt dictus Opticus, oculo non videndi tantum, ſed & tangendi facultatem offert. Ita ſextum par neruorum cerebri, laryngi motum & ſenſum: cordi ſenſum ſolum tactus, Ventriculo autem, præter hunc etiam famis & ſitis ſenſum largitur. Repudianda ergo eorum eſt ſententia, qui octo neruorum paria intra caluariam orta, ſenſorijs tantum dicata putant; reliqua vero extra nata motui, cum clariſſimum cuius ſit, ſecundum neruorum par, oculorum; ſextum autem, laryngis muſculis, motum tribuere. Cæterum *motus* hic *voluntarius* eſt, qui & ſiſti cum cupimus, & concitari poteſt: *facultas* ipſa à Galeno *animalis* dicitur, quod ſolis animalibus inſit, & per eam animalia à plantis diſtinguantur. Cum autem nulla facultas ſi propriè loquamur, ab anima ſeparabilis ſit, dicimus tamen ipſam ad hanc, aut ad illam partem deduci, quod anima immediatum illius facultatis organum eo tranſmittat, ſpiritum nempè animalem in cerebro, ex vitali ſpiritu elaboratum. Reuera enim ipſius ſpiritus ſubſtantiam à Cerebro per neruos deduci, ex eo videtur perſpicuum, quod partes compreſſæ, & ſtupentes, vbi motum recipiunt, aliquid formicarum inſtar repentium perſentire videntur. Id enim profecto neutiquam contingeret, niſi pars affluxionem ſpirituum interceptam anteà, redire ad ſe per-

*Cerebrũ vt hic ſumendum.*

*Facultas quam vehũt nerui.*

*Non eſſe alios neruos ſenſorios, alios motorios.*

*Facultas animalis.*

*Spiritus in ſubſtãtia neruos peruadũt.*

1.

ſe perciperet. Probare hoc conatur & alio modo, nec malè profectò Galenus, 7. placit. 4. exemplo oculorum, quorum vno clauſo, alterius pupilla ſubito dilatari ob ſpirituum affluxum, (non certe alia de cauſa) conſpicitur. *Neque vero* eſt, vt quiſquam neruorum anguſtias accuſet, quæ ſpiritum non admittat, cum cuiuis id notorium ſit, ſpirituum animalium tantam eſſe ſubtilitatem, vt fulminis inſtar omnia peruadat: & in viuo ſanoque corpore, non omnia ita collapſa eſſe, dum calore vitali adhuc perfuſa ſunt, quin pori ſatis aperti vbique & euidentes, etiam ipſis in oſſibus, reperiantur. Qui enim de poris cuiuſque partis, ac denſitate, rectè judicaturus eſt, eum modo mactatorum animalium carnes, neruos, viſceraq; contemplari oportet, quemadmodum ſæpè nos conſpicuos noſtris oculis poros in pluribus inuenimus, qui in diu extinctis prorſus latebant. Fruſtra quoq; nonnulli propterea ambigunt, quod ægrè animo comprehendant, qui temporis momento à centro corporis ad extimas vſq; partes, hic ſpiritus diffundatur. Sed ego profectò etſi mirer & ipſe, & in hac re immenſam Conditoris noſtri potentiam agnoſcam, non poſſum tamen non propterea facile, qui fiat id, animo concipere, cum idem in ſanguine videamus contingere, qui vno ictu oculi, modo à corde ad vultum effunditur, modo à facie ad cor iterum regurgitat. Quis enim non ſæpenumero vidit, vultum cuiuſpiam commiſſo aliquo ſcelere, temporis momento rubedine ſuffuſum; rurſus roſeum vultum nunciata aliqua deſideratiſſimi amici inſperato obitu in pallorem ſubito conuerſum? Quod ſi ſanguis, qui ſua natura terrenus eſt, ſpirituum vitalium beneficio, indicibili quadam velocitate agitur, quid non ſperemus de animalibus ſpiritibus, quibus neſcio an ſubtilius quid alicubi in tota hac rerum vniuerſitate reperiatur? Quamobrem jam concludamus, *vſum neruorum* non eſſe alium, quam *animalis ſpiritus à Cerebro tranſmiſſi, temporis momento, pro ſenſu motuq; voluntario partium, deductionem.*

2. *Reſpondetur ad uerſarijs.* 1. 2. Vſus.

Videamus nunc quæ differentiæ in neruis occurrant: quas vt ordine inueſtigemus omnes, ea conteplabimur, quæ ſingulis inſtrumentis inſunt, deducta à ſubſtantia, forma, magnitudine, numero, ſimilibuſq;. Prima ergo differentia eſt, quæ occurrit *ratione ſubſtantiæ*, cum ij, qui à cerebro proficiſcuntur, dum adhuc in cranio eſt, molliores ſint; qui vero, dum per ſpinam dorſi fertur prodeunt, duriores. Rurſus, ex ijs, qui à cerebro naſcuntur in cranio, molliores ſunt illi, qui ab anteriore parte, quam qui à poſteriore: & ex ijs, qui dum extra caluariam fertur, oriuntur, molliores ſunt, qui à ſuperiore, quã inferiore. Duri ergo erunt, qui ex ceruicis medulla emergunt: duriores, qui ex thoracis: omniũ duriſſimi, qui ex medulla in vertebris lumborũ, & oſſis ſacri contenta, enaſcuntur. Omnes autem ſummatim loquendo, quanto breuiores ſunt: tanto quoq; ſunt molliores: & quanto longiores, tanto duriores, cum in ipſo itinere magis magiſq; indureſcant. Cæterũ Galenus 16. vſ. part. 2. exiſtimat, molliores eſſe factos ad ſenſum, cũ facilius obiectorum ſpecies admittat, quod molle eſt; duros, ad motum, cum ſint robuſtiores. At ego longè aliud Naturæ conſilium fuiſſe ſtatuo, cum mollium neruorum quidam muſculos moueant, vt ſecundum par: & durorum aliqui ſenſum impertiant, vt è ceruice prodeuntes nonnulli, alijq; ſparſi ad cutem rami, adeoq; reſpexiſſe eo potius, vt quibus longum iter faciendum eſt, in ipſo itinere ſaluos integroſq; præſtaret. *In figura* hoc diſcrimen obſeruatur, quod etſi omnes nerui teretes ſint ac rotundi, circa

DIFFERENTIÆ. *A ſubſtantia.* *Cur quidam nerui molles alii duri.* *A figura.*

*A cauitate.* origines tamen nonnulli aliquantulum depreſſi videantur. In optico quoq; *ſenſibilem meatum* notavimus, cum Herophilo & Galeno; in reliquis vtcunq; magnis nunquam id obſervare licuit. Sed *magnitudo* cõplures ſuggerit differentias. *A magnitudine.* Reſpondet enim vbique (vt iuſta ſolet eſſe Natura in omnibus) magnitudini earum partium, quibus diſtribuuntur; inque primis illorum, qui motui inſerviunt. Nam qui ſenſum deferunt, potius ſentiendi magis minusve exquiſitam facultatem reſpiciunt, vnde oculi inſignem nervum obtinent, Hepar exiguum. Sunt ergo alij *craſsiſſimi*, vt qui in brachia & crura diſtribuuntur: alij *mediocres*, qui ad ſenſuum organa digeruntur; alij *graciles*, qui in muſculos exiguos propagantur. Notatu autem digniſſimum illud eſt diſcrimen, quod *ab exortu* petitur. *Ab exortu.* Nonnulli enim vno continuoq; principio prodeunt, vt Optici; alij pluribus, & diſtinctis, poſtea in ſe coeuntibus, vt tertium, quartum, & quintum par cerebri, dum in cranio adhuc eſt. Vtcunq; autem prodeant, alij, *ſecundum Veteres*, à Cerebro proprie & ſtricte ſic dicto; alij vero à ſpinali medulla exordiuntur; & hi iterum, vel à principio ipſius medullæ, dum ſcilicet adhuc in cranio eſt, vel à progreſſu, dum in ſpina fertur. At *nobis* omnes ad vnũ ex medulla cerebri oblongata prodire videntur, cum (quemadmodum vltimo libro docebimus) ſpinalem medullam, non vt vulgus, proceſſum cerebelli oblongatum, ſed tam cerebri, quam cerebelli productionem cum doctiſſimo Varolio credamus. *Alii* ergo dum hęc medulla calvarię adhuc incluſa eſt, enaſcuntur, quorum cõmuniter cum Galeno ſeptem paria vel coniugationes cenſentur, (vtrinque enim prodeunt) non incommode tamen octavum par addideris, quod olfactui inſervit: *alii* poſtquam cranium reliquit, & per dorſi vertebrarũ foramina procedit, iamque ſpinalis medulla proprie dicitur. *Horum triginta paria* ſunt; *ſeptem* medullę cervicali, *duodecim* dorſalis, *quinque* lumborum, tandemque *ſex* medullæ oſſis ſacri. Hi omnes eadem ſerie, & modo, in vtroque latere diſperguntur, excepto ſolo ſexto pari, eius medullæ, quæ in cranio adhuc eſt, cuius dexter nervus, aliter paulo ac ſiniſter diſtribuitur. *Ab illis* omnibus ſenſuum vociſque inſtrumentis, tum viſceribus rami tranſmittuntur: *ab his*, vniuerſis muſculis, qui ſub capite ſunt. Cæterum, vt breviter loquamur, nec obſcuritatem tamen inferamus iis, quibus noſtra de cerebro ſententia nondum cognita eſt, quam infra demum perſequemur; illos nervos, qui ab oblongata cerebri medulla naſcuntur, dum in cranio adhuc eſt, *Cerebri nervos* perpetuo vocabimus; *Cerebri nervi qui dicantur.* reliquos vero, qui oriuntur, dum per ſpinam deſcendit, *nervos à ſpinali medulla proprie ſic dicta profluentes*, dicemus. *Nervi ſpinalis medullæ, proprie ſic dictæ.* Priorum officia nonnemo duobus carminibus expreſſit, quæ cum digna ſint, vt memoriæ mandentur, huc deſcripſimus:

*Optica prima; oculos movet altera; tertia guſtat,*
*Quartaque, quinta audit; vaga ſexta eſt; ſeptima lingua.*

*Nervorũ paria 38.* Sunt igitur *nervorum in vniuerſum triginta octo paria*, quæ diligenter vnicuivis addiſcenda, qui fæliciter medicinam facturus eſt, vt ſciat, quo loco remedia applicanda ſint, dum ſenſum aut motum alicuius partis, vel imminutum, vel prorſus abolitum videt. Sed nos nunc ſingulorum hiſtoriam aggrediamur à Cerebri nervis exordientes.

CAPVT

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

humoribus pituitoſis malum hoc enatum fuit,nunquã convaluiſſe memini,niſi quendam lue venerea laborantem,qui hydrargyro inunctus,liquefactis omnibus humoribus,ſanitati reſtitutus fuit. Sed boni,piique Medici non eſt, ea in vſum revocare,quæ periculi plena, plus damni afferant,ſi noxia ſint,quam boni apportent, ſi proficua. Et

*Obſeruatio.* ſatius eſt profecto cæcitatem non pellere,quam mortem adducere: quamuis plærumque, quos ratio non iuvat, eos temeritas iuverit, vt eleganter inquit elegantiſſimus Medicorum Celſus. Interim in oculorum affectibus, qui in medica praxi verſantur, ea quæ per palatum pituitam educunt,adhibere diſcant potius,quam ad nares noxios humores attrahere. Vt taceam præter periculum quod evitant,plus etiam commodi ex maſticatoriis naſci, quod tum experientia longa hactenus docuit, tum Anatomia perſuadet,cum nerui optici in ſuo exortu non longe à palato diſtent: longius autem à ſpongioſo oſſe, & via ſit præternaturam ad quam humores ducuntur, vt dabitur dicendi occaſio inferius,& iam ante me à doctiſſimo Veſalio demonſtratum fuit. Quæ-

2. ritur deinde, quo pacto extra orbitam oculus, non rupto nervo optico poſſit excidere, cuius rei quamplurimas habemus hiſtorias. Sed non difficile eſt reſpondere ex iis quæ ante dicta ſunt, neruos ſcilicet admodum extendi ſecundum longitudinem poſſe. Dum ergo humiditatis plurimum hic ſuſcipit in inflammationibus oculorum, facile fit, vt laxetur: ipſi autem muſculi plurimum intumeſcentes, cum amplius in orbita contineri nequeant,extra proſiliunt. Plærumque enim ab inflammationibus oritur oculorum procidentia, quales ſunt hiſtoriæ doctiſſimi Vegæ, qui mulierem quidem,procurato menſtruorum fluxu:at iuvenem inunctionibus digerentibus curavit.

3. Digniſſima autem mentione quæſtio eſt, & cui explicandæ occaſionem mihi ſuggerit,quod legi apud nonnullos,cæcos à vulnere tranſuerſim fronti inflicto, nonnullos vero à copioſo alvi profluvio derepente exorto, viſum & quidem ſubito recepiſſe. Cauſa non fuit alia,quam compreſſio horum nervorum à conterminis vaſis,venis puta & arteriis ſanguine tumidis,enata,quas ſine mora vulnus tale evacuavit.Quamobrem & ego nonnunquam,nec ſine fructu,in ea cæcitatis ſpecie,quam Barbari *Guttam ſerenam* appellant, mediam frontis venam pertundo, ex quo ſanguinem eo vſque deduco,donec ſua ſponte fluere ceſſauerit.

*Secundũ par.* [b] SECVNDVM PAR à lateribus baſis anterioris cerebri, prope primi originem *Veteres* Anatomici enaſci dicunt: [c] *at nova diſſectio* demonſtrat, ad principii ſpinalis me- *b, 7.1.n.2.* *c, 10.10.2.K.K.*

*Exortus.* dullæ intimam partem prodire, & in ſuo exortu ſic vnitos, vt angulum communem efficiant,quæ cauſa eſt,cur ad eaſdem partes vterque oculus ſimul commoveatur. Te-

*Rami.* nuius eſt multo ſi cum primo conferas, & durius, exitque è cranio per [d] foramen ſecundum oſſis cuneiformis,quod oblongum eſt,ſicque oculi orbitam intrat. Mox in *d, 2.5.2. N.*

1. plures ſurculos diſpeſcitur, qui ad muſculos oculi vadunt: & *primus* quidem ſupra primum par,ſiue opticum aſcendens,in duos, tum palpebræ, tum oculi levatorem dige-

2. ritur: *alter* valde conſpicuus,pluribus ſurculis in adducentem diſſeminatur: *tertius* nec

3. ipſe obſcurus,primo in duas,mox in plures fibras diuiſus, in oculi depreſſorem: *quar-*

4. *tus*,in obliquum inferiorem, ſiue minorem circumagentem oculum verſus angulum exteriorem. Tandem fibras quaſdam tenues educit, quæ iunctæ cum primo pari,exterioribus oculi membranis diſtribuuntur,adeo vt ad quatuor tantum muſculos ocu-

li,hoc

li, hoc ſecundum par propagetur, tum ad eum, qui palpebram attollit. Vſus huius pa- *Vſus.*
ris eſt, facultatem motricem muſculis oculorum impertire.

e, 7.1.nu. [e] Tertium par ex inferna & poſteriore medullæ cerebri ſede, exiguo Tertium
3. nervulo oritur, rectaque ſub cerebri baſi verſus anteriora excurrit, ſecundæ coniuga- par. *Exortus.*
f, 2.5.2.N tioni, cum qua dictum [f] ſecundum oſſis cuneiformis foramen oculi orbitam ingredi-
g, 7.1 b. tur, atrenſum. Mox in quatuor ramos digeritur, ex quibus [g] *primus*, obliquorum oculi *Rami.*
h, 2.3.1.& ſuperiori, & maiori, ſive Trochleæ muſculo vocato, ramulum offert, inde per [h] 1.
2 D.D. foramen oſſis frontis ſupra orbitam exſculpto elapſus, in cutem, & [i] muſculum fron-
i, 4.1.1.A. tis, (quem potius ſupercilij muſculum dixeris) deſinit. Ramus hic diligenter notan- *Obſeruatio.*
dus eſt, quod obſeruarim olim, ipſo levi vulnere læſo, palpebram prolapſam, dum ſu- *Obſeruatio.*
percilij muſculus propterea paralyſim incurrerit. Vidi etiam eandem paralyſin natam
ex medicamentis frigidis & narcoticis, pro ſomno conciliando importunius adhi-
bitis. Sed & ex his ratio reddi poteſt, cur Hippocrates 1. prognoſtic. inter lethalia ſi-
gna retulerit, in acutis morbis, ſemiapertis oculis dormire. Malum enim hoc ſi-
gnum eſt propterea, quod ſignificet, ſiccatos eſſe admodum nervos, adeoque & ce-
rebrum, ex quo fit vt ægri tales, plærumque convulſi poſtea moriantur. Solet *Nota.*
quoque in nonnullis Epilepſiæ præludium in palpebris, facie tota, ac oculis, eo-
dem nomine oboriri, cum tertium hoc par ab humoribus epilepſiam generan-
l, 7.1.c. tibus vellicetur, ſicque convulſio oculorum & faciei naſcatur. [l] *Secundus* ramus, 2.
m, 2.3.1. deorſum fertur, & per [m] quarti maxillæ ſuperioris oſſis foramen, quod ſub oculi
&2.Y.Y. orbita eſt, excidit, ſtatimque in faciei anteriore parte in plures diſſectus propagi-
nes, in muſculos ſuperius Labium, & naſi alam abducentes: tum in ipſum labium, ac
n, 7.1 d gingivas dentium inciſoriorum abſumitur. [n] *Tertius*, per [o] foramen ſecundi oſſis maxil- 3.
o, 2.3 1. & læ ſuperioris, poſt carunculam lacrymalem in oculi interiore angulo poſitam, in na-
2.T. rium amplitudinem tranſmittitur, per tunicam eius diffuſus, ex quo fit, vt acutiſſi-
p, 7.1.e. mo ſenſu ſit prædita, leviterque tantum attacta ſternutationem efficiat. [p] *Quartus*, 4.
q, 2.3.n. per [q] eam rimam, quæ inter primum ſuperioris maxillæ os eſt, & cuneiforme in ex-
terno oculi angulo, ſiue per quartum foramen oſſis ſphænoidis egreditur, & ad inte-
riorem temporalis muſculi partem ſecedit. *Vſus* huius eſt, dictis muſculi vim ac facul- *Vſus.*
tatem movendi adferre.

r, 7.1.n.4. [r] Qvartvm par ex medulla cerebri, ſede poſteriore enaſcitur, per fora- Quartũ
ſ, 2.5.1. men oſſis cuneiformis [ſ] ſextum è cranio egreditur, rectaque deſcendens, tres ra- par. *Exortus.*
Q.Q. mos à ſe propagat. [t] *Primus* eſt ſtatim à tranſitu, qui vitis aut cucurbitæ capreo- *Rami.*
t, 7.1.f. lorum in morem aliquoties contortus, & [u] duobus ſurculis [x] nervi auditorij, (de 1.
u, n.&o. quo iam dicturi ſumus) vnitus, poſtea in maxillæ inferioris attollentem tempora-
x, num.5. lem & abducentem, tum buccarum, ſurculos digerit. Hinc vlterius deſcendens, [y]
y, g. *ſecundum* promit, qui in gingivas ſuperiorum dentium molarium, ipſos etiam den- 2.
z, h. tes, ſurculos ſeriatim propagat. [z] *Tertius*, à poſteriore parte egreſſus, [a] maxillæ 3.
a, 2.7.3. inferioris foramen ad proceſſuum fundamenta, in ſuperficie interna inſculptum in-
b.b. grediens, radicibus dentium ordinatim ramulos largitur, ac tandem per anterius
b, c.c. [b] foramen in exteriore ſuperficie poſitum, egrediens, in inferius labium, eiuſque
c, 7.1.l. cutem terminatur, quod reliquum eius eſt, in linguæ tunicam, iuxta radicem ex-

 hauri-

*Nota.* hauritur, & ſic aptitudinem ſaporis dignoſcendi offert. *Notetur autem hoc loco*, quo hæc paria quæ nunc recenſuimus, tertium inquam, & quartum, ab Anatomicis communiter pro vno recenſeri, eoque tertio: ſed hac tamen diſtinctione, vt dicant hoc ipſum duplici radice oriri, altera quidem tenuiore, altera craſſiore. Tenuiorem radicem vocant, quam nos tertium par ſtatuimus: Craſſiorem, quam nos quartum. Sed nos diſtinguimus, quod reuera, neque in exortu ſuo, neque in progreſſu inuicem coniungantur. Quartum autem par quod ipſi ſtatuunt, à tertio non videtur diſtinguendum, vt Valuerda ipſe, libr. 7. Anatomiæ, capite 4. concedit.

Quintum par. *Exortus.* [d] QVINTVM PAR ex medulla cerebri oblongata, ea ſede, qua cerebelli portio annectitur, prodit: enatum ex duobus neruis, quorum alter mollior, alter durior eſt. *d, 7.1.nu. 5.* Egrediuntur hi vna membranam, & per foramen oſſis temporum, quod in proceſſu eius petroſo inſculptum eſt, inſigne ſatis & tortuoſum, auditus organa intrant. Duæ portiones. *Durior.* Inde *durior* illa portio confeſtim in priora abit, per canalem peculiarem vecta, ac rurſus per idem os, oblique ad poſteriora recurrit, & in primam auris internæ cauitatem ſecedit. hinc reflexus magis, duas propagines educit, vnam ſupernè, alteram infernè: ſed vtrinque per proprium foramen tranſit. [e] *Superior* per tranſuerſum eiuſdem oſſis foramen fertur, per quod venula quoq; in auditus organum pertranſit, & paulo poſt egreſſum [f] quarti paris ramo, (prout nos tradidimus; vel vt cõmuniter alij paria numerant, tertij,) quem capreoli vitis ritu in orbem agi diximus, commiſcetur. [g] *Inferior* per tertium eiuſdem oſſis foramen, quod anguſtum valde eſt, & tortuoſum exit, & tranſuerſim ſupra muſculum maxillæ inferioris lateralem delatus, in fauces deſcendit, aliquammultis propaginibus in nares diſſeminatis. Confeſtim autem [h] quarti paris propagini capreolum imitanti commiſcetur, ſiue ſurculo illi, qui ad linguã abit, à qua ad dentium radices, & muſculos buccarum, vti & cutim auriculæ radicem ambientem, abit. Per hunc ramum Anatomici credunt fieri, vt qui ſurdi naſcuntur, etiam muti ferè fiant. *e, n. f, f. g, o. h, f.* *Mollis.* Cæterum *mollis* illa portio, cum dura portione fertur: at vbi ad primam auris illam cauitatem peruenit, membranæ in modum per ipſam expanditur, ſicq; merito Neruus auditorius dici meretur, cum ſpiritus omnes ad auditum ipſe ſuggerat.

Sextum par. *Exortus.* [i] SEXTVM PAR paulo magis verſus inferiorem ac poſteriorem partem, quam quintum exoritur: nec vno, ſed compluribus à ſe diremptis neruulis, qui tamen ſtatim ſimul junguntur, etſi non adeo coaleſcant, vt vnicum omninò efforment, ſed duos diſtinctos ſemper, vna tamen membrana, à dura cerebri meninge enata coërcitos, quæ res impoſuit multis, vt pro vno habuerint. *i, 7.1.nu. 6.* Sic juncti deſcendunt ſimul è cranio per [l] ſecundum & tertium foramen occipitij, per quod idem minor Carotidis arteriæ, & maior venæ Iugularis ramus caluariam ingrediuntur. *l, 2.5.1.L.* Minor neruus. Duo ergo cum ſint nerui, *alter* in egreſſu magis vergit ad partem priorem dicti foraminis, ac *minor* eſt: *alter*, ad poſteriorem, ac *maior*. Maior neruus, & eius propagines. *Ille*, mox ab egreſſu è cranio recta deorſum ad linguæ faucium que muſculos tendit, & ad partes in ore collocatas, in quas totus abſumitur: *hic* contra, [m] *primam propaginem* ad eos, qui poſteriorem ceruicis partem occupant, præcipuè in primum ſcapulæ muſculum, ſiue Cucullarem: deinde ſeptimo pari, dictæque Arteriæ & Venæ, membranarum quarundam beneficio adhærens, ad laryngis latera deſcendit, *m, 7.1.p.*

corde dolorem ob dolentem hunc neruum. z Atque hæc vera cauſa eſt, nerui ſcilicet z, 7.1.G.
Interioris trunci propagines. huius communio, non vicinitas vtriuſque viſceris, vt alij dicunt. *Interior ramus* ad interiorem ſedem radicis primæ coſtæ thoracis abit, & ſub pleura vertebris adhærens, per radices reliquarum coſtarum deſcendit, à ſingulo intercoſtali neruo è dorſi ſpina prodeunti a ramulum aſſumens, inde cum Arteriæ magnæ trunco deſcendente dia- a, β.
phragma permeans, ad os vſque ſacrum defertur, ad cuius regionem ternas profert
Rami tres. propagines, quæ in viſcera naturalia diſtribuuntur. b *Prima* inferiorem omenti mem- b, H.
branam adit, perque eam deſcendens, in ramulos tres dirimitur, quorum c *vnus* dextro c, γ.
1. eiuſdem membranæ lateri diſtribuitur, coloque inteſtino, qua parte ipſi committitur, d *alter* minimus & exilis admodum, inteſtinis duodeno, & jejuno circa princi- d, δ.
pium: e *tertius*, ventriculi fundo parte dextra, & ſuperiori omenti membranæ, quæ ta- e, ε.
men paulo amplior eſt. Quod f reſtat huius propaginis in jecoris cauam partem, & fel- f. ζ.
2. lis veſiculam abſumitur. g *Secunda*, in dextrum renem abit, & eius membranam. h *Ter-* g, I.
3. *tia*, quæ grandior vtraq; jam dicta, ad primam lumborum vertebram deſcendens, in h, K.
meſenterij dextram partem, & inteſtina alligata porrigitur, meſenterij centrum cum
Arteria & Vena comite ingreſſa. i Reliqua pars in veſicam, & in mulieribus in fundi i, η.
SINISTRI nerui ramorũ hiſtoria. vteri dextram partem abit. l SINISTRI autem *nerui* m *ramus exterior*, niſi in deſcenſu l, 7.1.6 †.
*tum* ad Pleuram & Pulmonis tunicam, (idque extrorſum) *tum* Pericardio ac Cordi i- m, L.
pſi ſurculos introrſum obtulit, ad arteriæ magnæ truncum deſcendentem, ea ſede, qua
primum è corde prodit, & ad ſpinam inflectitur, n tres educit ſurculos, qui ad dictam n,
*Exterioris propagines.* arteriam reuoluti, in vnum coëunt neruum, qui *ſiniſter* o *Recurrens neruus* vocatur, & ſi- o, 1.vi.ta.
militer vt dexter ſurſum progreditur, & in laryngis muſculos propagatur. Inde *te-* 1.lib.9.
*nuem* educit *ſurculum*, qui per cordis baſin, eiuſque tunicam, capillorum modo diſtri-
1. buitur. p Reliquum poſtea deſcendit, ad dextram oblique ſe inclinans, ad orificium p, x.
2. ſuperius Ventriculi abit, in cuius partem dextram, vt dexter antè in ſiniſtram diffun-
3. *Recurrẽs ſiniſter.* ditur, multos in ramulos, retis in modum, diſtributum. Ab hoc *ſurculus* ſecundum elatiorem Ventriculi regionem ad pylorum defertur, quem vbi nonnullis ſurculis quaſi
4. implicauit, q in cauum jecoris proficiſcitur. qq *Interior ramus* primum ab intercoſtali- q, λ.
5. bus propagines aſſumit, deinde diaphragma penetrans, in tres propagines diuiditur. qq, M.
6. *Interioris propagines.* r *Prima*, quæ tranſuerſim ad ſ Lienem proficiſcitur, & in itinere *duos ſurculos* educit, r, μ.
t *vnum* qui ſimiliter in inferiorem omenti membranam, & coli inteſtini partem, quæ ſ, ν.
ipſi attenditur, u *alium* in Ventriculi fundum ſiniſtrum, ſuperioremque omenti mem- t, ο.
1. branam mittitur. x *Secunda*, in meſenterij ſiniſtram partem, eiuſque loci inteſtina ab- u, π.
2. it. Nonnunquam etiam ſurculos promit, qui cum vaſis ſeminarijs ad teſtes per pro- x, ρ.
3. ceſſus peritonæi excurrunt. y *Tertia* ſiniſtrum renem, eiuſque pinguem membra- y, σ.
*Vſus.* nam: quod z reliquum eſt, ad ſiniſtram veſicæ, & vteri fundi partem accedit. *Vſus* z, τ.
huius paris ſatis manifeſtus eſt, vt nobiliſſimus, cum *exterior ramus* viſceribus mediis: at *interior* omnibus infimi ventris ramulos largiatur, & dexter quidem, dextri: ſiniſter autem, ſiniſtri lateris. Præter hunc vſum, Recurrentibus quoq; ramis ad vocem formandam confert, facultatem motricem Laryngis muſculis impertiendo.

Septimũ par. a SEPTIMVM PAR in poſtrema occipitij ſede, vbi medulla cerebri jam jam a, 7.1.
cranio egreſſura eſt, exoritur, adeoque omnium in Caluaria naſcentium neruorum nu.7.
duriſſi-

duriſſimum habetur. Oritur autem aliquot radicibus inter ſe disiunctis, quibus vtrinque in vnum coëuntibus, per [b] quartum & quintum occipitij foramen, quæ inter maximum illud, vnde ſpinali medullæ deſcendenti via patet, & illud, ex quo ſextum par exit ſita ſunt, cranium egreditur, ſtatimque poſt egreſſum cum ſexto pari membrana communi inuoluitur, vnde quidam non diligenter aduertentes commiſceri crediderunt, ſicq; vna deſcendunt. Vbi ad linguæ radicem peruenit, in omnes eius muſculos [c] ſurculos digerit, nonnullos etiam ad quoſdam oſſis hyoidis, & laryngis transmittens, quemadmodum & eos, qui à ſtyloide appendice initium petunt. *Vſus* huius coniugationis eſt, facultatem ſentiendi mouendique à cerebro linguę muſculis deferre.

*Exortus.*

b, 2.5.1. a.a.

c, 7.1.v.

*Vſus.*

Septem his paribus, quæ vulgo ſic recenſentur, [d] OCTAVVM addimus, quod neruos olfactorios conſtituit, per quos à cerebro ad externos rerũ odores apprehendẽdos facultas defertur. Hos vulgo ex cerebri ſubſtantia medullari in baſi ipſius juxta primum par pronaſci, aſſerunt: at ſectio cerebri noua, quæq; inuerſo adminiſtratur ordinẽ docuit, ad cerebri extrema latera oriri, ea ſede, quæ ſupra auditus foramina eſt, vnde patet, hactenus dimidia tantum ſui parte demonſtrata fuiſſe. Sunt autem in exortu ſuo admodum acuti, & à ſe diſtantes: cæterum, ſenſim verſus priora proficiſcentes, inter ſupremam & mediam cerebri prominentiam craſſiores euadunt, & ad ſe inclinant propius, ſicq; tandem ſupra oſſis ſpongioſi ſinus intra cranium recumbunt. Intruduntur hi in cerebri proceſſus mammillares: at Galenus, & Marinus, (quos fere tota Anatomicorum cohors ſequuta eſt) Neruorum nomine vocare noluerunt, etſi colore, ductu, & vſu ipſis omnino reſpondeant, quod nec productiones reliquorum neruorum inſtar habeant, nec cranij cauitatem egrediantur: ſed mihi non aliud profecto committere ſophiſma videntur, quam ij, qui dentes à numero oſſium expulerunt, quod membrana exterius non inueſtiantur, vt alia, etſi hoc neq; ad oſſium, neque illud ad neruorum eſſentiam quidquam faciat.

d, 7.1.nu. 8.& 10.10 F.F.

*Octauum par.*

*Exortus.*

*Cur inter neruorũ paria non recenſeatur.*

## CAPVT III.

### *De neruis ſpinalis medullæ proprie ſic dictæ, & primo quidem vertebrarum Ceruicis.*

NATVRA ſolers rerum parens, quemadmodum Neruos condidit, vt eſſent vehiculum facultatis ſpirituumq; in Cerebro genitorum, quod Cerebrum ipſum per totum corpus diffundi haudquaquam poterat: ſic cum idẽ minime poſſet Neruos vniuerſis partibus opportunè largiri ob nimiã diſtantiã, *Spinalem medullam* effinxit, quę nihil aliud eſt, quam *cerebri cerebelliq; medulla per longum dorſi vertebrarũ ductum extenſa*. Proinde viſis jam ijs neruis, qui à Cerebri medulla, dum adhuc in cranio coërcetur, originem ſuam ducunt: reliquum nunc eſt, vt & eos inſpiciamus, qui proficiſcuntur ab eadem medulla ſpinæ vertebris incluſa. Dicitur autem medulla, non quod affinitatem aliquam cum medulla oſſium, ratione ſuæ ſubſtantiæ obtineat: ſed quia medullæ inſtar, vertebrarum oſſibus incluſa eſt: at ſubſtantiam continet cerebro ſimilem, quod & ipſum Plato medullam vocabat, & hoc nomine *ſpinalis* vel *dorſalis* dicitur, ad differentiam

*Spinalis medulla.*

*Cur medulla dicatur.*

rentiam vtriuſque, in ſpina non coercitæ, ſed vel in calvaria, vt Cerebrum, vel in oſ-
*Mēbranis duabus involuitur.* ſium cavitate, vt quæ proprie medulla indigitatur. Subſtantia hæc duabus tegitur membranis, non ſecus ac Cerebrum ipſum, vnde originem deducit, altera craſſa, altera tenuiore, quas involucrum quoddā tertium, validum, & membraneū inveſtit,
*Vſus.* quod Galenus vertebrarū ligamentum putavit. Facta autem in eum *finem* eſt, vt motū & ſenſum, muſculis & membranis, ad quas Cerebri illa paria nō pertingūt, diſtribuat.
*Coniugationes, ſiue paria ſpinalis medullæ.* Proinde cū nervorum ab ea naſcentiū, bene magna ſit multitudo, eam tamē ad certas quaſdam claſſes facile reduxerimus, ſi dicamus, omnes *triginta* cōſtituere *paria*, ex quibus *ſeptem* ad medullam pertinent, dum per cervicis vertebras vehitur: *duodecim*, dum per thoracis: *quinque*, per lumborum, & tandem *ſex* ad eam, quę ſacri oſſis foraminibus
*Vnde prodeāt nervi ex ſpina.* continetur. *Egrediuntur* autem nervi hi, per foramina vertebrarum, & *vel gemino exortu*, priore ac poſteriore parte, quemadmodum accidit in primis duabus colli, & quinque ſacri oſſis coniugiis, quæ non à lateribus, hoc eſt, dextra vel ſiniſtra parte oriuntur, ſed anterius & poſterius binos ramos educunt: *vel ſimplici*, per vnum in vtroque vertebrarum latere exſculptum, vt in reliquis ad vnum omnibus evenire ſolet, in quibus vnus nervus à dextro, alter à ſiniſtro latere procedit. *Primum autem & ſecundum par à gemino initio incipit*, ne ſi ſimplici inchoaret, à vertebrarum commiſſura læderetur, quod craſſius foret: aut ſi foramen maius fieret, vertebrarum os, (quod per ſe ſatis tenue fuit) ruptioni obnoxium redderetur. Vtrumque ergo malum vt evitari poſſet, duplex initium ſapiens Opifex exſtruxit: vnum quidem ab anteriore, alterum vero à poſte-
*Nota.* riore parte. *Cæterum* vbique dextri rami ad dextrum latus, ſiniſtri ad lævum abeunt, & eodem vtrobique modo diſtribuuntur.

Primum par cervicis. [a] PRIMVM ergo *par*, [aa] *primo & priore principio*, ab anteriore ſpinalis medullæ parte exoritur, & inter occipitis os, ac primam cervicis vertebram egreditur, iuxta latera illius ligamenti teretis, quo ſupra dentiformem ſecundæ vertebræ proceſſum occipitis
*Prius principium.* oſſis anteriori lateri alligari diximus, atq; ſic in muſculos collo inſidentes, & œſophago ſubſtratos, cervicis, inquam, flexores, diſtribuitur. [b] *Altero, & poſteriore*, ſimiliter per
*Poſterius principium.* foramen, quod occipitis oſſi, ac primæ cervicis vertebræ commune eſt, iuxta poſteriorem partem excidit, ſed *gemino ſurculo*, quorum *alter* gracilis, in rectos minores & ſuperiores obliquos capitis extenſores abſumitur, alter in principium muſculi ſcapulam attollentis exporrigitur.

a,7.2.n.1. aa, B. b, 7.3.C.

Secundū par. [c] SECVNDVM par [cc] *priore principio* (quod gracilius eſt poſteriore, quamquam vtrumque ſat gracile videatur) ab anteriore medullæ parte enato, inter primam & ſe-
*Prius principium.* cundam vertebram ad latus proceſſus dentiformis exit, quod in muſculos collo incumbentes, quemadmodum & primi paris ramus prior, qui inter ſe complicātur, diſ-
*Poſterius principiū.* tribuitur, totumque fere in faciei cutim exhauritur. [d] *Poſteriore* per latera poſterioris ſecundæ vertebræ proceſſus elabitur, ſed mox in duos ramos inæqualis amplitudinis finditur, quorum *ille, qui* [e] *craſſior* eſt, à priore parte ad poſteriorem contendit, qua inter ſe muſculi, vtrinque cervicis partem poſteriorem occupantes congrediuntur, ibique [f] commixtus cum tertii paris nervorum ſurculo tertio, per medium dictorum muſculorum excurrit, ex poſterioribus ad anteriora revertens, ſicque in [g] vniuerſam capitis cutem ad vſq; ſummum verticis, quemadmodum & ad aures diſtribuitur. *Alter, qui*

c, 7.2.n.2. cc, D. d, 7.3.1.E. e, F. f, G. ff, M. g, H.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tu Homo ſeruatur, cum videamus reſpirationem illam parvam eſſe, & debilem, ac quanta ſufficit, vt pulmones moveri aliquantulum poſſint.

Quintū par. yy Qvintvm *par*, inter quartam & quintam vertebram exit, & perinde vt duo proxime præcedentia, in duos ramos finditur. z *Anterior* aliquot ſurculos educit. a *Pri-* yy, 7.1 nu. 5.
*Ramus anterior.* *mus* ceruicis flexores petit: b *alter*, cum quarti & ſexti paris propaginibus, quandoque z, V.
*Propagines.* & ſeptimi, tum ſcilicet cum quarti ramus deeſt, iuxta latus œſophagi, per vertebrarum a, inte V. & 6.
ceruicis anteriora deſcendit, & diaphragmati inſeritur, ſicq; nervum phrenicum con- b, X.
1. 2. ſtituit. c *Tertius*, ad ſecundum humeri muſculum, attollentem ſcilicet, Deltoidem di- c, Y.
3. ctum, per humeri ſedem ſuperiorem & externam fertur, vnde ramuli primo & ſecun-
4. do, hoc eſt, Cucullari, & leuatori ſcapulæ muſculo tranſmittuntur. d *Quartus*, ad ſcapu- d, b.
læ ceruicem in duos ſcinditur, quorum e *prior* in Deltoidem qua parte à clauicula e- e, c.
naſcitur, abit: f *poſterior*, & craſſior, in quartum par oſſis hyoidis, quod coracohyoideum f, d.
vocant inſeritur, inde muſculo ſuperſcapulari ſuperiori, & deltoidi, qua parte à ſcapu-
*Poſterior.* læ ſpina oritur, ramulum impertiens. g *Poſterior*, verſus ſpinam torquetur, & eodem g, 7.3.1
modo ac poſterior quarti paris ramus, diſtribuitur.

Sextum par. gg Sextvm *par*, ſub quinta vertebra egreditur, ſimiliter vt reliqua paria in duos gg, 7. nu. 6.
*Ramus anterior.* ramos diuiſum. h *Anterior, & maior*, vbi *ſurculum* i illum propagauit, quem cum l quarto h, f.
*Propagines.* quintoq; pari diximus iungi, ad m nervum phrenicum conſtituendum, vlterius pro- i, g.
cedens, cum duobus ſequentibus, ſeptimo inquam colli, primoque thoracis pari vni- l, S. &
tur, rurſuſque ab illis diſiungitur, & iterum cum iis vnitus, ſic retiformem quendam m, i.
*Poſterior.* plexum efformat, à quo nervi prodeunt, qui ad brachium feruntur. n *Poſterior* fertur ad n, 7.3.1
Septimū par. muſculos poſticos, caput & ceruicem extendentes.

*Anterior ramus.* o Septimvm *par*, à medulla deriuatur ceruicis, & per commune foramen ſextæ o, 7.2. n
ſeptimæque vertebræ prodit. Huius *ramus anterior, & maior*, p cum ſexta colli ac prima p, m.
thoracis ſtatim ab egreſſu ſuo coniungitur, & ad brachium maxima ex parte cum cæ-
*Poſterior.* teris fertur, q *Poſterior, & minor ramus*, ad muſculos ceruici incumbentes, & quadratum q, 7.3.1
buccas detrahentem abit.

## CAPVT IV.

### *De nervis medullæ vertebrarum Thoracis.*

A Spinali medulla dum per dorſi vertebras excurrit, duodecim coniugationes prodeunt, vt recte doctiſſimus Veſalius cenſuit, vtcunque in totidem vertebris vndecim tantum foramina ſint exſculpta, quemadmodum obiiciebat Columbus, quia inter extremam ceruicis vertebram, & primam dorſi, primum par intercedit,
*Omnia Thoracis coniugia bifida.* quare inter thoracis potius quam colli paria adſcribi debet. *Omnia hæc coniugia* poſt egreſſum bifariam diuiduntur, *alterque* ramus, qui *maior* eſt, ſemper antrorſum; *alter, qui minor*, ad poſteriora reflectitur, & ad muſculos dorſo incumbentes.

Primum par. r Primvm ergo *par neruorum, qui à medulla thoracis prodeunt*, ex communi foramine r, 7.2.
ſeptimæ cervicis vertebræ, primæque thoracis, egreditur, eodem modo atque quinq;
*Anterior ramus.* proxime dicta paria eademque etiam ratione in duos ramos confeſtim diuiditur. ſ *An-* ſ, o.
*terior, & maior*, t partim ſeptimo cervicis, partim ſecundo thoracis nervo vnitur, eo t, p.

modo,

u, 33. modo, quem antea expoſuimus, [u] totuſque ſic in brachia poſtea exhauritur, [x] vnica
x, 7.2.q. propagine excepta, quæ ad principium ipſius enata, dictis coniungitur, & in priora,
iuxta primæ thoracis coſtæ longitudinem ad ſternum excurrit, ſubclauio muſculo ſurculum elargiens, deinde reflexus ſurſum, in muſculos qui à ſterni ſummo originẽ ducunt, abſumitur. Tales ſunt flexor capitis, Maſtoideus dictus, detrahens hyoides, ſiue ſternohyoideus, & primus thyroidem laryngis cartilaginem extendentium, ſiue ſternohyoideus. In hos tamẽ poſteriores duos nonnunquã rami à ſexta cerebri cõiugatione, & tertia thoracis tranſmittuntur. Idem etiam ramus, vbi alam exceſſit, commigraturus ad brachium, aliam quandam ſobolem à poſteriore ſui ſede educit, quæ ad muſculum ſcapulæ cavitatem occupantem abit.
y, 7.3.1. [y] *Poſterior ramus, & minor*, ſub muſculis, qui vertebris adnati ſunt, latitat, & ſoboles aliquot in ſecundum cervicis flexorem muſculum, & extendentes Caput ac Cervicem, impertit: at vbi ſeptimæ vertebræ ſpinam attigit, tranſverſim ad humiliorem ſedem abit, & in inferiorem partem primi ſcapulæ muſculi, ſeu Cucullaris, & tertii eiuſdem, ſiue Rhomboidis, tum ſerratum poſticum ſuperiorem ſurculos digerit. *Poſterior.*

z, 7.2.n.9 [z] SECVNDVM *par*, inter primam & ſecundam thoracis vertebram erumpit, & *Secundũ par.*
a, s. perinde in duos ramos finditur. [a] *Anterior* cum primo thoracis pari vnitur, atque ſic cum quinto, ſexto, ſeptimoque cervicis, primum ac ſecundum thoracis nervorum paria vniuntur invicem, vt alii ab aliis non dignoſcantur, ſed rete efficiant, haud diſſimile illis galeris, quæ ex Cardinalium pileis dependent, ex quo poſtea omnes nervi, qui ad brachia vadunt, emergunt, & originem trahunt. *Ramus anterior.*
b, t hic [b] ramum ſpargit, qui per primum coſtarum intervallum ſecundum primæ coſtæ ductum, ad vſque pectoris os progreditur, primum intercoſtalem nervum conſtituens, à quo [c] ſurculi in muſculos
c, u. thoraci incumbentes, diſtribuuntur. [d] *Poſterior ramus*, eandem quam præcedentis pa- *Poſterior.*
d, 7.3.1.x. ris, diſſeminationem habet.

e, 7.2.nu. 10. 11. 12. &c. vſque ad 19. incluſive. [e] RELIQVA decem *paria nervorum thoracis*, eandem & exortus, & diſtributionis rationem obſervant. Omnia enim è communibus vertebrarum foraminibus ad latera prodeunt, & ab egreſſu ſtatim in duos inæquales finduntur ramos, quorum alter anterior eſt & maior, alter poſterior & minor. *Reliqua decem paria.*
f, y. [f] *Anteriores* (qui intercoſtales nervos conſtituunt) in priorem partem feruntur, & ſinguli ramulum ſecundum longitudinẽ ordine largiuntur, interiori ramo ſexti paris, qui ſub pleura ad coſtarum radices deſcendit. Rami hi cum Venis, & arteriis intercoſtalibus iunguntur, cum quibus ſimul tranſeũt ſecundum coſtæ longitudinẽ ad partem priorem, per ſinum, qui ab inferiore & interna coſtarum ſede inſculptus eſt. Cæterum *qui ad venas coſtas pertinent*, ad ſternum vſque progrediuntur: *at qui ad ſpurias*, in abdominis anteriora ſupra peritonæum feruntur. Ab his multi rami in muſculos intercoſtales diſſeminantur, non tantum internos, ſed & *Anteriores rami.*
g, z. exteriores, quemadmodum & alios [g] qui thoraci incumbunt, quales ſunt quartus &
h, β. quintus ſcapulæ muſculus, ſive duo ſerrati antici, tum & [h] latiſſimus humerum abdu-
i, a. cens. Similiter [i] in primum par muſculorum abdominis, tum cutem thoracis, ab intercoſtali quinto circa coſtæ medium, propago muſculum intercoſtalẽ perforans abit: &
l, γ. quadripartita in pectoralem humerum adducentẽ, tum cutim diſtribuitur, à quibus
m, 7.3.1. δ. [l] ſurculi papillas poſtea petunt, & acutiſſimum ſenſum impertiunt. [m] *Poſteriores* retror- *Poſteriores.*

ſum ad ſpinam contendunt, inter muſculos vertebris adnatos, qui thoracis extenſioni præſunt. Nec tamen in hos toti exhauriuntur, ſed vbi ſpinarum apices jam attigere, inter vtriuſq; lateris muſculos, qua parte ſibi mutuo junguntur, excidunt, ſicque poſtea muſculis omnibus, qui ab apicibus ſpinarum vertebrarum exoriuntur, neruos concedunt. Tales muſculi ſunt primus caput extendentium Triangularis, vel Splenius dictus, tertius ſcapulam mouens, ſiue Rhomboides, primus ſcapulæ Cucullaris, tertius humerum abducens, latiſſimus, Aniſcalptor vocatus, tum ſerratus poſticus. Aliquammulti quoque ſurculi in cutem dorſi diſtribuuntur.

## CAPVT V.

### *De neruis medullæ vertebrarum Lumborum.*

A SPINALI medulla dum per lumbos fertur, tametſi quatuor tantum foramina ſint, quinq; tamen paria oriuntur, cum inter extremam thoracis vertebrã, & primam lumborum, primum par intercedat. Perinde autem, vt de thoracis neruis diximus, & egrediuntur per communia foramina, & diſtribuuntur egreſſa, cum à ſingulis ſtatim ab exitu *vnus ramus, isq; grandior*, ad anteriora: *alter minor*, ad poſteriora diſpergatur. *Anteriores rami* ad abdominis muſculos; *poſteriores*, ad eos excurrunt, qui vertebrarũ ſpinis, oſſibuſq; innominatis incumbunt, vnde ramulos nonnullos & cuti lumbos inueſtienti impertiunt. Eodem autẽ modo anteriores inuicem nectuntur, primus cum ſecundo, ſecundus cũ tertio, tertius cum quarto, & quartus cum quinto, quemadmodum diximus brachij neruos inter ſe, dum plexũ retiformem conſtituunt, complicari.

Primum par. *Anterior ramus.* [n] PRIMVM ergo *par*, quemadmodum & cætera, ſub peritonæo egreſſum vertebrarum commune foramen, quod inter vltimam thoracis, & primã lumborum vertebrã eſt, protinus ab egreſſu in duos finditur ramos. *Anterior*, qui maior eſt, in diaphragmatis carneas portiones, tum principium primi femur flectentium muſculi, ψόας dicti, abit. [o] Ab hoc ſurculus quidam principium ducit, cum præparante arteria ad teſtem plerunq; porrectus. [p] *Poſterior*, in muſculos lumborum vertebris à poſteriore parte incumbentibus, vt ſunt primus & tertius thoracem extendentium, quorum ille dorſi longiſſimus, hic ſacrolumbus dicitur cum lumborum extenſor: at vbi à ſpinarum apicibus prodeunt, qua parte muſculi dicti ſibi junguntur, ad latera excurrunt. & in latiſſimum humeri abductorem implantantur. *n, 7. 2. num. 20. o, 39. p, 7. 3. i. num. 42.*

Secundũ. [q] SECVNDVM *par*, ſub primo femur flectentium muſculo ψόας egreditur, inter primam & ſecundam lumborum vertebram. Huius *anterior propago*, ad ſecundum femur flectentium ilis oſſis cauitatem implentem, & primum tibiam flectentium, faſcialem, tum cutim femoris digeritur. *Poſterior*, abdomen egrediens, tribus femur extendentium, ſiue Glutæis, & tibiæ extenſori membranoſo diſtribuitur. *q, 7. 2. num. 21.*

Tertium. [r] TERTIVM *par*, ſimiliter ſub primo femur flectentium muſculo, inter ſecundam & tertiam vertebram prodit. *Anterior ramus* propè ilium oſſa tranſit, duas propagines digerens, *vnam*, quæ ad genu, eiuſq; cutem proficiſcitur: [ſ] *alteram*, quæ Venam malleoli interni, Saphenam dictam comitatur. *Poſterior*, reflectitur, & in muſculos lumbis inſtratos diſſeminatur. *r, 7. 2. nume. 22. ſ, 51.*

QVAR-

conſtituuntur,orta à quinto,ſexto,ſeptimoq; pari neruorum, à medulla ceruicis prodeuntium, & à primo ac ſecundo illorum,qui è thorace emergunt.*Egrediuntur* hi nerui per communia vertebrarum foramina, vtrinq;, & protinus ab exitu inter ſe anterioribus maioribuſq; ramis vniuntur,mox à ſe iterum ſeparantur,rurſus junguntur,& *Plexus neruorũ brachij.* poſtremo ſeparantur,adeo vt videantur retiformem quendam *plexum* efformare, qui non melius,quam cum galeris illis Cardinalium comparari poteſt.Neruorum hic implexus ſub clauicula, eo loci, quo Venæ Arteriæq; axillares thoracis cauitatem egrediũtur, prodit,& ab hac omnes brachij nerui originem ſuam ducunt. Incertus tamen admodum exortus eſt, ob nexum, quamobrem nos in ipſis referendis cæterorum veſtigijs,quam noſtris obſeruationibus potius inſiſtemus,ne temere & præter neceſſitatem nouarum rerum ſtudioſi fuiſſe videamur.

Primus. [a] PRIMVS ergo *neruus*,qui ad brachium fertur,ſoboles eſt duplex,tertia nempè & quarta anterioris rami quinti paris ceruicis. [b] *Alter* enim ramus, ad ſecundum humeri muſculum,deltoidem, fertur, & cutem ipſi inſtratam: [c] *alter*, verſus ſcapulæ ceruicem, vbi in duos finditur, quorum [d] *prior* in deltoidem, qua parte à clauicula oritur, abit; [e] *poſterior*, in quartum par muſculorum oſſis hyoidis, coracohyoideum inſeritur, inde ſuperſcapulari ſuperiori, & deltoidi, quo loci à ſcapulæ ſpina oritur, ramulum largitur. *Hic* per humeri elatiorem partem excurrit: at *reliqui quinq;* nerui, per alam ad brachium feruntur, ibidemq; in plures diſperguntur ramos.

Secũdus. *Progreſſus* [f] SECVNDVS craſſior eſt,& à plexu illo retiformi, de quo diximus, originem ſumit, neq; tamen à quo neruo ſatis perſpicuum eſſe poteſt. Hic per anteriorem & mediam brachij partem defertur,quod ſub primo cubitum flectente,ſiue bicipite muſculo ea ſede ingreditur,qua duo eius capita inter ſe vniuntur, & vbi tendines inſerũtur, tum pectoralis humerum adducentis,tum deltoidis,eundem attollentis. Sub hoc ergo muſculo reconditus, [g] *duos ſurculos* vtrinq; vnum emittit, qui duo capita bicipitis ingrediuntur,deinde circa mediũ longitudinis humeri, ſub eodem bicipite muſculo incedens, [h] *alium ſurculum* profert, quo mediante cum tertio neruo jungitur indeque deſcendens ab externo latere in progreſſu [i] *ſurculum* diſtribuit capiti longioris radium pronatoris. Vbi jam ad cubiti flexuram peruenit, juxta externum latus tendinis dicti bicipitis muſculi,ad membranam carnoſam ductus,in cutem digeritur,duos in ramos diuiſus,quorum alter externus eſt,alter internus: ille, gracilior; hic, craſſior. [l] *Externus* ergo,cum venę cephalicę ramo per cubiti ſedem externã aliquo vſq; delatus,ad pollicis internodium ſecundum [m] diſtribuitur. [n] *Internus*,in duos ramos ſub communi brachij vena,ſiue Mediana ſubdiuiditur,quorum qui [o] *exterior* eſt, obliq; ſub cute procedens,relicta vena verſus radium abit vſq; ad carpum: [p] *interior* vero, baſilicæ ramo interiori,cum obliquius incedat, attenſus, in cubiti regione in duos ramos præcipuos finditur,quorum [q] *vnus* per radij, [r] *alter* per cubiti regionem ad carpum,indeq; hoc ſuperato,in manus internæ cutim diſtribuitur.

Propagines. 1. 2. 3. Rami. *Externus.* *Internus.*

Tertius. *Soboles ante ingreſſum brachij.* [ſ] TERTIVS *brachij neruus*,ſiue tertius, qui ad brachium fertur, proximè ſecundo ſubiacet, & perinde vt ipſe à plexu illo retiformi oritur. Hic dum per alam progreditur,antequam adhuc brachium attigit, [t] ſobolem expromit, qui inter pectoralem humerum abducentem,& deltoidem eundẽ eleuantem,ſub cute diſpergitur. Cum primum

ternodia flectentes,& ille qui tertium pollicis articulum curuat. Inde aliam expromit propaginẽ quæ inter dictos hos muſculos, per radium vna cum Vena arteriaq; ad carpum defertur, ſub tranſuerſo ligamento tranſiens, tenues quoſdã ſurculos diſſeminat in abductorem pollicis muſculum,& duos primum eiuſdem articulũ flectentes. Poſt-
z, X. hęc vbi ad volã manus peruenit, in tres ramos [z] dirimitur, è quarũ *prima*, ſurculos duos pollici; à *ſecunda*, duos indici,& *tertia* vnũ, medio digito in internum latus diſpergitur.

a, 7.3.Ψ. [a] QVARTVS *neruus*, omnium qui ad brachium feruntur ampliſſimus eſt, cum tri- Quartus.
plo ferè cæteros craſſitie vincat. Oritur hic nõ minus ac reliqui à plexu retiformi, inde que per brachium ſimiliter ac tertius, vbiq; inter muſculos in profundis latitans, vena
b, ω. baſilica arteriaq; axillari ſocijs, defertur. Protinus autem ac brachium ingreſſus eſt, [b] Propagines.
*plures, ſed exiguos ſurculos* in capita muſculorum cubitum extendentium deriuat,& antequam ad dimidium longitudinis humeri peruenerit, obliquè deorſum ad os humeri 1.
contorquetur, interq; hoc, & muſculos cubitum extendentes progreditur. Prius ta-
c, Γ. men, quam totus reflectatur, ab interno ſui latere [c] *ſurculũ* educit, qui inter dictos muſ- 2.
culos, tum ſecundũ cubitum flectentium incedit, & in cutim internã brachij ſedem inueſtientẽ abſumitur, ſurſum deorſumq; fibris nonnullis propagatis. Sobole hac diſſeminata, ſenſim per poſteriorem ſedem ad externum brachij latus, per ſinum externi humeri oſſis tuberculi in poſtica ipſius regione exſculptum, inuectus, properat, vbi
d, Δ. ſimiliter [d] *ſurculum* promit, cutem accedens humiliori ſedi externi lateris brachij ob- 3.
e, Θ. ductam: deinde [e] alium, qui in cutim vſq; in carpum digeritur. Inde juxta cubiti arti- Rami duo.
culũ *in duos ramos diuiditur*, externum & internum, qui in profundo & inter muſculos
f, Λ. abditi, queadmodum & totus truncus, ad carpum deſcendunt. [f] *Externus*, ſecundum ra- *Externus*.
dij longitudinem incedit,& vbi ad carpum peruenerit, tranſuerſum ligamentum ab
g, Ξ. exteriore parte tranſit, moxq; in duos ramos [g] ſubdiuiditur, quorum *vnus* duplici ſur-
h, Π. culo in externam pollicis ſedem; *alter* partim in indicem, partim medium, abſumitur. [h]
i, Σ. *Internus* vero ſecundum cubiti longitudinem porrectus, ſoboles porrigit plures, & [i] *Internus*.
l, Φ. *primam* quidem in muſculum primum digitorum extenſorem; [l] *ſecundam*, in extenden-
m, Ψ. tium digitos ſecundum: [m] *tertiam*, in extendentem carpum interiorem. In ipſo autem [n]
n, Ω. progreſſu tribus muſculorum principijs ab vlna, ſiue cubiti oſſe originem ducentibus
o, 31. propagines largitur. [o] Reliquum quod eſt in carpum terminatur.

p, 7.2.nu. 32. [p] QVINTVS *neruus*, inferius quam quiſquam commemoratorum ex eodem plexu Quintus.
retiformi productus, quartoq; junctus, per brachij internã ſedẽ, inter flectentes,& extendentes cubitum muſculos, deſcendit. Nullam hic ſobolem de ſe ſpargit, ſed integer

remanet eo vſq;,dum ad internum humeri tuberculum deuenerit,ad cuius poſteriorē
ſinum reflectitur, & pari poſtea ſerie cum tertio nervo, qui per anteriorem regionem
eiuſdem tuberculi procedit,diſtribuitur. Vterq; enim [q] *propagines* largitur muſculis,qui *q*, 33.
ab interno humeri tuberculo enaſcuntur, & cubiti internam ſedem occupant. [r] *Surcu-* *r*, 34.
*lum* quoq; educit,qui per radium vectus,inter muſculos ſecundum ac tertium digito-
rum internodia flectentes incedit,ſicq; ad volam manus abit,& ramū educit primum,
qui bipartitus,minimi digiti interiori parti inſeritur:deinde alium, qui & ipſe bifariā
ſectus, in annularem, ac tandem alium, qui ad externam ſedem interni lateris medii
digiti proficiſcitur. Cæterum ex eodem hoc quinto nervo, & ab externo latere iuxta
medium longitudinis radij [ſ] *alius quidam ſurculus* enaſcitur,qui diuiſus in tres ramos,in *ſ*, 35.
externam partem medij,annularis, ac minimi digiti diſſeminatur.

Sextus. [t] Sextvs *nervus*,ab infima ſede plexus retiformis emergit,& per axillam,humeri- *t*, 7.2.n.
que & cubiti interiorem ſedem,ſub cute incedens,ad internum humeri oſſis tubercu- 36.
lum properat, pluribus in hoc itinere ſurculis ad [u] cutim vicinam diſperſis. Cum pri- *u*, 37. 37.
mum autem tuberculum hoc attigit, in multas *propagines* ſcinditur, quarum *alia* baſili-
cæ Venæ ramis ſubiiciuntur; aliæ incumbunt, ſicque ſub cute delatæ, vbi ad carpum *x*, 38.
deuenerint,[x] terminantur.

## Capvt VIII.

### *De nervis per Crura digeſtis.*

Nervorvm qui per crura propagantur quatuor ſunt paria. Oriuntur hæc à tribus
inferioribus lumborum, & quatuor ſuperioribus oſſis ſacri coniugiis, quæ vbi
per communia vertebrarū foramina egreſſa ſunt,non ſecus ac nervi, qui ad brachium
diſtribuuntur, retiformem quendam plexum, illo tamen longe maiorem efformant.
Nec tamen æquali magnitudine præditi ſunt,ſed [y] *primus, &* [z] *tertius* tenuis eſt,vnde & *y*, 7.2.n.
ad femur tantum perueniunt; [b] *ſecundus*, paulo craſſior, & tibiam attingit:at [a] *quartus*, 46.
tres reliquos etiam iunctos,ſolus craſſitie ſuperat, & extremos vſque ad digitorum a- *z*, 56.
pices defertur. *a*, 50. *b*, 61.

Primus. [c] Primvs ergo,ex elatiore plexus retiformis parte, [d] qua tertius lumborum nervus *c*, 7.2.n.
cum quarto coit,exoritur. Fertur autem deorſum ſtatim ſub peritonæo ad femur, ex- 46.
terno lateri tendinis primi femur flectentium muſculi, incumbens, ad quod vbi per- *d*, 47.
uenit, [e] *ſobolem* educit, quæ per cutem anteriorem femoris,vſque ad genu articulum *e*, 48.
excurrit, ibique terminatur, & [f] primo tibiam flectentium muſculo, tum ſecundo & *f*, 49.
tertio eandem extendentium, ſurculos offert.

Secūdus. [g] Secvndvs *nervus*,ex eodem plexu naſcitur,& quidem infra primum,è regione *g*, 7.2.n.
connexionis tertiæ & quartæ lumborū vertebræ. Hic cum vena & arteria crurali (quę 50.
ſunt rami iliaci exteriores,) in femur per inguina deſcendit, ꝙ vbi attigit,ſtatim [h] *pro-* *h*, 51.
*paginem inſignem*,à latere interno exigit, Venæ ſaphenæ, ſeu malleoli interni toto ductu,
quo ſub cute per interiora cruris ad magnū pedis digitū fertur, ab anteriore parte in-
cumbens. Vt autem ipſa ſaphena in itinere nōnullos ſurculos ad proximam cutim di-
gerit,ita & nervus hic complures propagines educit,quas inter [i] præcipua illa eſt, quā *i*, 53.
*Trunci progreſſus* anteriori genu regioni offert. Cæterum ipſe [l] truncus, vbi hanc ſobolem eduxit, vna *l*, 54.

cum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# ADRIANI SPIGELII BRVXELLENSIS,

# DE HVMANI CORPORIS FABRICA,

## Liber Octavus.

### Qui hiſtoriam infimi ventris continet.

## CAPVT PRIMVM

### *De Cute.*

*Ratio ordinis.*

HACTENVS ſimilares noſtri corporis partes vidimus: nunc ad diſſimilares accedamus, ad quarum conſtitutionem ipſæ concurrunt. Hæ merito ratione trium Ventrium dividuntur, ex quibus de infimo primũ agendum eſt, quod ſectionis quoque initiũ ab hoc fieri ſoleat, teſte Galeno, 5. admin. Anatom. 6. ſiquidem facillime omnium ob inteſtina, & his incluſas fæces, putredine corripiatur. Cæterum cum huius appellationes libro primo, ſtatimque ab initio perſequuti ſimus, nunc partes ipſas inſpiciamus, quas optime in externas & internas diuidemus. *Externæ*, Abdominis nomine vulgo, & quidem proprie veniunt, quia abdunt conteguntque viſcera imi ventris: & iterum vel communes ſunt, vel propriæ: *Communes* dico, quæ cæteris quoq; Ventribus competunt, cum vniuerſum corpus involvant, quales ſunt illæ, quas communia noſtri corporis integumenta vocant, Cuticula inquam, Cutis, Pinguedo, & Membrana carnoſa. *Propriæ* ſunt, quas ſolum Abdomen habet, vt decem abdominis muſculi, & peritonæum. Harum partium ſitus in corpore ille eſt, vt diſſecantibus primum Communes occurrant, his Propriæ ſubiaceant, & eo quidem ordine quo ipſas nunc enumeravimus. De externis primum dicamus, deinde & internas perſequamur.

*Partes infimi Ventris.*

Primum

Primum igitur integumentum ex communibus Cutis eſt, quam Græci δέρμα vocant, Hippocrates δέρεν, Herodotus ἀνθρωπίνην. Latini, *Cutem*, *Pellem*, *Corium*, & in quadrupedibus, *alutã*. Dicitur δέρμα, & δέρις, vel ἀπὸ τοῦ δέρεσθαι, quod facile excorietur; vel certe, quaſi τέρμα, cum terminus ſit & ſuperficies totius corporis. *Figura* Cutis, membranarum in modum plana & depreſſa eſt, omnium tamẽ quæ in corpore ſunt, craſſiſſima & ampliſſima, quod ſola vniuerſum corpus involvat, & tegat. *Subſtantia* conſtat duplici, vna externa, & quæ ſuperficialis eſt, altera interna. *Externam* Græci ἐπιδερμίδα vocant, Latini CVTICVLAM, *Cutis operculum*, *& ſummitatem*. *Interna*, totius nomine gaudet, quod reſpectu externæ maxima mole ſit prædita, & quaſi totam cutis ſubſtantiam conſtituere videatur. Dicitur autem externa ἐπιδερμὶς, & ἐπιδερματὶς, ὅτι ἐπὶ τὸ δέρμα τίθεται, quia cuti incumbit, quaſi dicas, quid ſupra cutim poſitum; nõ (vt quidam male interpretati ſunt) Cuticula diminutive. Vocabula enim in ὶς deſinentia, non ſunt diminutiva apud Græcos, ſed quid ſimile referunt ei, à quo denominationem habent. Sic ἐπωμὶς, muſculus, quo nomine dicitur Deltoides humeri os attollens, non parvum aut exilem humerum, ſed potius muſculum humero impoſitum ſignificat. *Subſtantia* huius tenuiſſima eſt, & quædam quaſi cutis veræ efflorefcentia, quam tunicis cæparum Anatomici non inepte aſſimilarunt. *Exſanguis* etiam, & *ſenſus expers*, denſior tamen cute, vnde fit vt ecthymata, & puſtulæ naſcantur, cum humores aquei à centro ad circumferentiam pulſi, cutim quidem penetrarint, ſed enim cuticulæ cancellos egredi nequeant. Sic tamen denſa eſt, ne tranſpirationem impediat. *Oritur* autem, non vt quidam noſtræ ætatis crediderunt, ex recrementis tertiæ coctionis, cum tenue per poros inſenſibiliter evaneſcat, craſſum autem ſordium ſpecie cuti forinſecus adhæreat, & facile in balneis abſcedat: ſed potius à viſcoſo vapore ſanguinis, à calore interno elevato, & tum aeris ambientis, tum cutis, reſpectu partium internarum frigiditate, condenſato. Simile quid enim hîc accidit illi, quod videmus in pultibus fieri, in quibus ſi oleoſi & viſcidi plurimum abundet, concreſcit in ſuperiore parte levis quædam cuticula. Eſt autem neceſſario vapor hic viſcidus, quia ſimplex facile digeritur, & in halitus inſenſibiles abit: at viſcoſus adhæret externis partibus, ibique condenſatur. Sunt ergo tres cauſæ ad cuticulæ generationem concurrentes, *Materialis* quidem vapor, & is oleoſus, ac viſcidus: *Efficiens*, *interna*, hunc ipſum elevans, calor viſcerum, & cæterarum partium; *Externa* autem, condenſans frigus. Hæ prout intenſiores fuerint, aut remiſſiores, ita craſſior, aut tenuior Cuticula reddetur. Adnaſcitur autem generata cuti tam valide, vt difficulter novacula, aut cultro ſeparetur: vi tamen ignis aut ferventis aquæ nullo negotio decedit in cadavere: in vivo homine attritione etiam, & veſicatoriis medicamentis. Obſervarunt autem nonnulli, Veſicantibus adhibitis, cuticulam hanc duplicem fuiſſe, prioreque ablata, aliam ſubtus ſuperiore longe craſſiorem, comparuiſſe. Huius *vſus* eſt, vt ſubiectam ſibi cutem, quæ exquiſitiſſimi eſt ſenſus, ab externo frigore, aut intenſo calore defendat. Frigido enim tempore nimium conſtricta cutis, tranſpirationem præpediret, niſi cuticula frigoris ambientis vim, immediato contactu prohibiti, hebetaret. Contra calido nimium attenuata, omnem diſſipaſſet internum calorem, niſi denſitate ſua Cuticula caloris exitum interciperet. *Sunt* & nonnulli, inter quos Galenus eſt, qui ſtatuunt, cuti,

[Margin notes: CVTIS. *Synonyma.* *Figura.* CVTICVLA. *Subſtantia.* *Ortus.* *Cauſa.* *Cõnexio.* *Vſus.* 1.]

cuti, quatenus tactus inſtrumentum eſt, inſeruire, cum medij cuiuſdam officio fungatur.
3. *Tertius* vſus eſt, ne Ichor ex Venis & Arterijs emanet, quem vſum facile ipſa Natura oſtendit, vbi cuticula deceſſit ex attritione, aut alijs cauſis. Exſudat enim continuus quidam magno cum dolore humor.

*CVTIS VERA.* CVTIS VERA, Cuticulæ, quæ ſextuplo craſſior eſt, ſubijcitur. Huius *ſubſtantia* non ex Vena & Arteria conſtat, vt hactenus plurimi crediderunt, perſuaſi fortaſſis à principe Philoſophorum Ariſtotele, libr. de ſpirit. capit. 4. vbi, Cutis, inquit, „ tribus hiſce, vena, arteria, & neruo conſtat. Vena quidem, nam dum pungitur ſanguinem emittit; è neruo autem, quia tendi poteſt: ex arteria quoque, quia perſpirationem habet. nam ſola arteria ſpiritum ſuſcipit. Sed enim ſi in propria ſignificatione Philoſophus horum nomina accepit, vera hæc ſententia omnino eſſe nequit. *Ex Vena* enim *conſtare non poteſt*, quod cætera animalia, quæ exſanguia ſunt, cute carerent, cum tamen cutim & polypus, & ſepia, & lolligo habeat. Quod ſi vena alicubi cutim ingredi videatur, id non tam generationis, quam nutritionis gratia accidit. *Sed nec arteria* ad eius conſtitutionem quidquam facit, cum non niſi tribus in locis arteriæ cutim accedant, cæteræ per totum ferè corpus in profundo lateant. *Nec tandem neruus ad cutis compoſitionem concurrit*, cum pauci admodum nerui ſub ipſa cute appareant, potiuſque in partes interiores diſſeminentur. Quod ſi per neruum corpus intelligat, quod diſtendi & contrahi nerui in modum, queat, ab Ariſtotelis partibus jam merito ſim, qui Cutis ſubſtantiam ſui generis eſſe, nec ipſi ſimilem in vniuerſo corpore reperiri poſſe, adeoque verè ab Anatomicis neruum carne præditum vocari ſtatuo. Et *neruum* quidem, vocabulo in communi ſignificatione accepto; at *carnem*, ſui generis. Conſtat enim ex fibris quibuſdam nerueis, quarum beneficio & diſtenditur, & iterum ſtringitur: Caro autem vocari poteſt, quæcunque ſubſtantia, quæ fibris, huiuſmodi intertexitur. Eſt autem ſubſtantia hæc in Cute glutinoſa, & ſpermatica: & *glutinoſa* quidem, quod, vti Ariſtoteles, libr. 3. hiſt. anim. teſtatur, in omni cute mucoſus quidam humor ſit, ſed in quibuſdam paucus, in alijs vberior, vt in bubulo corio. *Spermatica* autem dicitur, quia ſemen ſuæ conſtitutionis materiam habet. Ex quo fit, vt cutis coalitus κατὰ δεύτερον σκοπὸν, & per medium heterogeneum, quod cicatricem Chirurgi vocant, accidat, quæ ſemper reliqua cute durior eſt, & poris caret, vnde nec pilis vnquam tegitur: contra cuticula etſi deperdatur, facile reſtituitur. In pueris tamen propter cutis tum humiditatem, tum humoris glutinoſi copiam, obſeruatum eſt, conſolidationem vulneris per cutem veram factam fuiſſe. Sunt autem Cutis complures differentiæ, quas ſcire & ad perfectã ipſius cutis cognitionẽ, & vſum in medica arte plurimum intereſt. Ac cum Ariſtotele teſte, 5. de generat. anim. 2. cutem præ cęteris animalibus Homo ſuapte natura pro magnitudine corporis tenuiſſimam habeat, maximum tamen ratione ætatis, ſexus, regionis, temperamenti, partium, & morborum, diſcrimen in craſſitie & denſitate obſeruatur. Ratione ætatis quidem, cum pueris tenuis ſit cutis & poroſior; adultis, craſſior, & denſior. Ratione vero ſexus, cum, Fæminis tenuior ac rarior, quam Viris. Totum enim corpus fæminis ſpongioſum eſt, vt inquit Hippocrates, libr. de morbis. In frigidis quoque *regionibus* cutis & craſſior multo eſt, & denſior, quam in calidioribus, in quibus rarior acte-

*Quomodo cutis neruea dici queat.*

*Differentia cutis A craſſitie & denſitate.*

ne ſanguis ad extrema feratur: at Viris, qui corpus continuis exercitijs defatigant, rubet magis, niſi fortè pinguedinis copia prohibeat. Ratione *regionis* color quoq; valdè differens eſt. Scytharum enim gens, teſte Hippocrate, libr. de aëre, aquis, & locis, fului coloris eſt, cuius cauſam ſubijcit, intenſum eſſe frigus. Nec enim ad eos ſol propius accedit, ex quo fit vt à frigore albedo exuratur, & fulua fiat. Phaſiani flauum habent colorem, ſimilem illis, qui ictero detinentur, eodem teſte. Cum enim ſtagnantibus vtantur aquis, & fructibus non benè maturis, fit vt obſtructiones in viſceribus cumulent. Verſantur præterea toto vitæ ſuæ tempore in paluſtri aëre, humidis craſſiſq; vaporibus inquinato. E diuerſo Aſiani, tum quoad corporis colorem, tum quoad formam pulcherrimi ſunt, & quidem ob contrarias cauſas, nempè aëris temperiem, & omnium, quæ in alimentum ipſis cedunt, perfectam maturitatem. Qui ſub Æquinoctiali linea habitant, nigri ſunt, à qua qui diſtant magis, albidiores videntur. Vnde duplex genus Æthiopum naſcitur, vnum quod nigerrimum eſt, quale eſt quod Nigritarum regna, magnamq; Abyſſinorum partem incolit: alterum vero, quod inter fuluum, nigrum, & rubrum quodammodo ambigit, quales ſunt Mauritani, & qui Feſſæ regna occupant. Hiſpani qui non procul à Freto Herculeo habitant, nigriores ſunt Gallis, & Italis; hi rurſus, Germanis, & Belgis. Peruuiana autem regio quantumuis ſub Æquinoctiali linea ſita ſit, formoſos tamen & candidos alit homines, quod à montibus & ventis, maximeq; à terræ vaporibus, aër apprimè temperetur ibi. Cæterum Æthiopes nigri ſunt, cum cutim, & cuticulam habeant molliorem, poroſq; amplos & valde laxos. Ex quo euenit, vt ipſis, dum calidiſſimo in aëre verſantur, vna cum ſudoribus, aduſtorum humorum vapores, quibus ob continuum æſtum abundant, exſpirent, ex quorum craſſiore ſubſtantia ſiccata, & veluti torrefacta, cuticula nigra generatur. Nam & ſanguinem calore exſiccatum atrum fieri, & carnem, quæ ex ſanguine conſtat, nigreſcere, ſi ſoli exponatur, nemo eſt qui non viderit aliquando. Sunt autem Æthiopes infantes adhuc & recenter nati, non nigri, ſed rubicundi, quod ideo fit, quia cuticula ipſis, vt nobis quoq; progreſſu tantum temporis cum augeſcere incipiũt, creſcat: atq; hæc quidem mea eſt de nigredine Æthiopum ſententia. *Temperamenti autem ratione* color cutis ſic variat. *Frigidis & humidis* albo colore cutis candicat: at *calidis & ſiccis* ſubflaua eſt, & roſea. *ſiccis & frigidis*, fuſca; *calidis & humidis*, rubicunda. Vt enim quiſque in corpore humor abundat, teſte Hippocrate, libr. de humoribus; ſic diuerſus in cute color effloreſcit, quæ tamen ſententia de ea tantum cute intelligenda eſt, quæ alba cuticula tegitur, non de Æthiopum, quæ nigra, vel fulua. Sic ergo pituitoſis, pallet, vel albicat; bilioſis, flaueſcit; melancholicis, fuſca eſt; at ſanguineis, rubet. *Partes* quoque diuerſos colores monſtrant. In Genis rubedo plerumque eſt, quod venæ, à jugularibus ortæ, complures ibi excurrant, & cuticula tenuior ſit, quam alibi, vnde facili negotio venarum ille calor tranſparet, & ex rubeo illo ſanguinis, & candido cuticulæ, diuinus quidam, roſeuſque emergit. Quod ſi vel rariores ibi venæ ſint, vel cuticula craſſior, pallor faciem perpetuus occupat. Rubedo enim illa perpes non eſt, ſed pro varietate humorum, & paſſionibus animi vehementer mutabilis. Circulus mammillas ambiens, quem Aream ſupra vocauimus, in Virginibus quidem pallet, at in Grauidis, & Lactantibus fuſcus eſt, in Vetulis niger, & ijs qui antiquo aliquo affectu

laborant

miles ſunt: in ijs autem, qui Veneno peſteque exſtincti ſunt, dorſi cutem p
partibus contaminatam fuiſſe ſæpe obſeruauimus. Cui quidem rei cau
ſe exiſtimo, quod paulo ante mortem deiectis ob vim veneni omnibu
ſuſtinere ſe, & tueri in latere ægri nequierint, adeoque in dorſum voluer
quicquid ſanguinis in corpore fuit, ad partem decliuem per venas & arteria
Cauæ & Aortæ trunco per dorſum excurrentes, repente ad cutim decubue
nigro ipſa colore poſtea ſuffuſa fuit. Habet autem cutis temperamentum
quidem *qualitatibus*, inter calorem & frigus, inter humidum & ſiccum: *in ſ*
tem, inter durum, & molle, medium. Cum enim tactui inſeruiat, vt exte
rias, antequam ab ipſis internæ partes lædantur præſentiat, medium inter
qualitates temperamentum habere debuit, cuius beneficio omnia extrema
actiſſimè cognoſceret. Cutis tamen, quæ internam manus ſedem inueſtit
mediam temperiem nacta eſt, quod manus, quæ apprehendendi organum
lijs omnibus partibus externis malis opportuna fuit. *Senſu* quoque omn
eſt, in alijs tamen alijſque partibus magis. Exquiſitiſſimus ſenſus illi eſt, in
plures nerui inſeruntur, vel quæ cum membranis immediatè connectitur,
tenuitas accedat. Hinc obeſi valde, quibus pinguedo copioſa inter cutem
branam carnoſam intercedit, minus ſentiūt: at circa lumbos à leui tactu titi
leſta percipitur, quod ibi muſculorum membranæ copioſæ ſtatim ſubſint, &
nuior ſit. *Læuis* eſt tota cutis extrinſecus, intus ob connexum cum alijs part
ra & inæqualis. In quibuſdam tamen partibus rugis & ſectionibus inſign
fronte, ex quibus nonnullæ tranſuerſæ ſunt, quædam rectæ. Sunt etiam in
nus, tum planta pedis, quas Chiromantæ contemplantur. Mulieribus quo
rugæ in abdominis cute naſcuntur; quas propterea nonnullæ, quæ turpite
tatem perdiderunt, vt factum diſſimulent, certis remedijs tollere conant
iam continua cutis, niſi vbi meatibus quibuſdam, partim manifeſtis, quo
vocabimus, partim obſcuris, quos *Poros* dicemus, donata eſt. Sunt autem
niti illi meatus, exigui, quos extrema venarum & arteriarum oſcula conſt
cute, quam cuticula, maiores, qui paruitate oculorum obtutum fugiunt
tamen vbi craſſior eſt, vt in plantis pedum, conſpicui. Ob hos poros, cum
ſint, cutem naſſæ piſcatoriæ doctiſſimus Plato aſſimilauit. Hi in cadauere
ſe offerunt, ſi candela, aut feruente aqua cutis amburatur. Solent quoq
hyberno tempore conſpici, cum derepente corpus denudatur, vbi cutic
deplumati cutem æmulatur. *Foramina*, grādia ſunt & maxime conſpicua, qua
lis, naribus, ore, auribus, vmbilico, pudendis, & ano, reperiuntur, quæ à
tantum magnitudine, ſed & forma ipſa differunt, quæ poris rotunda eſt, p
narum & arteriarum teretem figuram, cæteris vero varia, pro vſu ſingularu

*A motu.* quibus inſunt, commodiore. Eſt autem tota cutis immobilis in homine, excepta illa, quæ frontem inveſtit. In nonnullis tamen, ſed rarum admodum id invenitur, occipitij cutis movetur, quibus peculiares propterea muſculi ſunt tributi. *A ſitu.* *Situs*, & ſedem cutis, & connexionem denotat. Sedes eſt in extrema corporis parte, quod vniuerſi corporis tegumen ſit, & munimentum. *Connexio* autem eadem non vbivis cernitur. In quibuſdam enim partibus maior eſt, adeo vt difficulter, & vix ſeparari queat, quemadmodum in plantis pedum, & volis manuum, in quibus firmioris appræhenſionis gratia connaſcitur ſubiectis partibus: in quibuſdam minor, & facile ſeparabilis, vt in infimo ventre, brachiis, & cruribus. In nonnullis locis *connectitur Tendinibus*, vt in vola manus; in aliis cum *Venis*, vt in brachio; in quibuſdam cum *Muſculis*, & *Carne*, vt in fronte; in plæriſque omnibus cum *Pinguedine*; in nonnullis etiam cum *Membrana carnoſa*, vt in collo. *A pilis.* In brutis animalibus contextu perpetuo pilis munitur, in Homine autem interpellata admodum eſt, adeo vt paucis in locis piloſa appareat. Et quamquam per vniuerſum pæne corpus, ſed rari valde pili naſcantur, vola tamen manus, & planta *A Venis.* pedis prorſus ab omnibus immunis eſt. Venas habet, quas *Cutaneas* vocant, quæ inter cutem & membranam carnoſam feruntur. Sunt autem *duæ à Iugularibus*, per caput & collum diſſeminatæ: duæ *ab Axillaribus*, per brachia, pectus, ac dorſum propagatæ: vna denique *ad inguina*, à ramo venæ Cavæ epigaſtrico. In pede Saphæna eſt, ſive Malleoli interni vena, per totam cruris internam ſedem recto itinere excurrens. Harum dextræ cum ſiniſtris, inferiores cum ſuperioribus iunguntur. Dextræ quidem cum ſiniſtris, vt Iugulares circa frontem, vbi in vnam venam coeunt, quæ Frontis dicitur, itemque circa mentum. Superiores cum inferioribus, in lateribus abdominis & thoracis, vbi vena ab epigaſtrica aſcendens, cum mammaria deſcendente, eodem modo ac ſub abdominis rectis muſculis, quem- *A Arteriis.* admodum diximus libr. quarto, iungitur. *Arterias* paucas obtinet, eaſque exiles, ad tempora & frontem, penem, ſcrotum, & digitos ſitas. *A Nervis.* *Nervos* nullos habet proprios, ſed fibras tantum ex nervis, quæ ad ſubiectas partes tranſmittuntur, propagatas.

*Actio Cutis.* Quod *actionem cutis* ſpectat, nullam ipſi diſſectionum Profeſſores aſſignant, quod pars ſit ſimplex & ſimilaris, non organica & inſtrumentalis. Id tamen de communi tantum intelligendum volunt, cum privatas neceſſario habeat, ob ſui nutritionem. Attrahit enim alimentum, idemque retinet, concoquit deinde, & ſi quid tandem excrementoſi relictum eſt, id etiam expellit. Sed revera & Communem habet actionem, ſenſum nempe tactus, cuius vtilitas ad vniuerſum, quod inueſtit corpus, redundat, dum de quorumvis, quæ extrinſecus occurrunt, caliditate vel frigiditate, duritie, mollitie, aſperitate aut levitate, cæteriſque tum primis, tum ſecundis qualitatibus diiudicat. Non enim ſenſu tactus per ſe ad ſui conſervationem tam exquiſito indiget: ſed ob partes internas, quæ facile ab externis iniuriis cōſumptæ forent, niſi ſenſus ope animal ea evitaret. Quis enim ignem fugeret, aut corpus adverſus frigora muniret, niſi cutis vtrumque deteſtans, noſtri defenſionem iniungeret? *Vſus.* Cæterum vſus habet multiplices, qui tamen omnes eo reſpiciunt, vt cutis & tegumentum ſit, & optimum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

*vmbilicum*, dum adhuc vteri cancellis fætus includitur, ſanguis maternus per vaſa vmbilicalia recipitur, cæterum nihil expellitur. *Per infinitos* autem *illos cutis poros* primo tenuior ac ſeroſior ſanguinis pars evaporat, quæ vbi copioſe prodit, aut concreſcit, ſudorem generat: ſin parce, aut non coeat, inſenſibiliter evaneſcit. Prodit & pars craſſior, & fuliginoſior, ex qua pili: tum tertiæ concoctionis excrementa, è quibus cutis ſordes: & oleoſi tandem ac viſcidi vapores, vnde Cuticula generatur. Tranſpirant autem hæc tum beneficio caloris innati, tum Medicamentorum diſcutientium, quam tranſpirationem Græci ἄδηλον διαπνοὴν, inſenſibilem appellant, quia externis ſenſibus inueſtigabilis non eſt, ratione tamen colligitur, cum videamus ſponte, vel ope medicamentorum tumores præternaturales ſic diſcuti, vt tota materia in ipſis in halitus inconſpicuos abſorbeatur. Quare cum per tot foramina, & infinitos cutis meatus partes corporis interiores expurgentur, non mirum eſt, quod ſcripſit Hippocrates, eos qui cutem rariorem, & frequentioribus poris perviam habent, ab internis minime lædi, denſam autem & duram cutem habentes, facile offendi, quod excrementis in corpore contentis non pateat liber per cutem exitus. Præclaram quoque aliam apud eundem legimus ſententiam. 6. Epidem. ſect. ſexta, vbi *cutis raritatem Ventris conſtipationem* pronunciat. Quæ certe ſententia etſi prima fronte apprime mira videatur, ita tamen vera eſt, vt merito oraculi loco ſit habenda. Humiditate enim excrementorum, ad cutem conuerſa, ſicca neceſſario alvi recrementa, & per conſequens alvus etiam ipſa dura redditur. Per hæc cutis ſpiracula inſigne quoque refrigerium corpori accedit, non tantum quia ſic à calidis excrementis liberatur, verum & quia nonnihil externi aeris per ea recipiat, cum & per hæc virtutes medicamentorum exterius vix corpus attingentium, vſque ad intima viſcera penetrent, vt ab iis, quæ periapta dicuntur, fieri videmus. Quod ſi cutis hæc ſpiracula occludantur, calor internus augetur vt fieri ſolet tempore coctionis alimenti, quo revocatis ad interna ſpiritibus & ſanguine, pori cutis occluduntur à privatione caloris, qui locum habet frigiditatis, ex quo retinetur intus calor, & augetur. Obtinuit autem cutis, qua parte craſſior eſt, poros evidentiores, quod inde plura è ſubiectis partibus craſſioraque excrementa ad cutim eleventur, tum etiam quia in craſſa cute, cum ductus longiores eſſe debebant, merito ampliores conditi ſunt, ne levi facta mora, in via hæreant, & obſtructiones facilius pariant. In faciei nonnullis partibus, & in vola manus, tenuiſſima eſt, & ægre à muſculis ſubiacentibus ſeparatur, quod eæ partes, aut exquiſitiori tactui ſunt deſtinatæ: aut firmiorem appræhenſionem præſtare debeant. Propter hanc cutis tenuitatem in vola manuum, calor maior, quam aliis partibus percipitur, ſi quando in Iecore aut Corde nimius eſt. In facie vero, ira, triſtitia, & aliæ animi perturbationes ſtatim ſe produnt, mutato variis modis colore. Dum enim commovetur in affectibus animi ſanguis, & vel ad cor recedit ab externis partibus, aut à corde in has effunditur, eius perturbationem cutis in tenuiſſima, ſtatim per coloris mutationē indicat. Mouetur autem cutis in fronte, quia muſculis arctiſſime connectitur, qui voluntarii motus ſunt organa. Voluit enim Natura, vt Homo ipſo vultu, omnem animi voluntatem, deſideriaque exprimat, ſi quando verbis aperire non liceret.

Reſtant

Reſtant adhuc duo in Cute conſideranda, quorum alterum apud Recentiores cōtroverſum eſt, alterum à me proponetur. Quæritur enim paſſim, an cutis Tactus ſit organum, quod ſummus Philoſophorum Ariſtoteles inſenſibilem eſſe ſcribat. Libro enim tertio de hiſtoria animalium capite vndecimo ἀναίσθητον, inquit, τὸ δέρμα τεμνόμενόν ἐστιν καθ' αὑτὸ, μάλιστα δὲ τοιοῦτον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ, διὰ τὸ μεταξὺ ἀσαρκότατον εἶναι πρὸς τὸ ὀστοῦν. Quæ verba quia doctiſſimus alias Theodorus Gaza haud ſatis fideliter expreſſit, ſic interpretari libet. Senſu autem cutis ipſa per ſecaret, maximeque hoc in capite contingit, quod inter cutim & os, omnium minime caro ſit interpoſita. Contra prima hiſtoriæ animalium quarto, tactum in corporis parte ſimilari ponit, vt in carne, aut aliqua huius generis. Opinionem hanc Ariſtotelis, & ratio videtur ſtabilire, cum videamus carnem detectam cute dolere magis, quam cutem, adeoque ſenſu pollere acutiore. Præterea cum cutis æqualiter omnia non ſentiat, ex Avicennæ authoritate, tactus organum minime cenſebitur, quod omne Senſorium & extrema & media obiecta æqualiter ſentiat, vti oculus, qui medios & extremos colores ſuſcipit. Galenus tamen contra, quem multi (& præſertim Medici) ſequuntur, Cutem tactus organum ſtatuit, motus temperamento, quod moderatiſſimum accepit, tum nervis, qui cum ſpirituum ſenſibilium latores ſint, infinitis extremitatibus in cute finiantur. Accedit, quod cutis tangilibus obiectis vicinior eſt, quam caro, cum totius corporis quidam ſit quaſi terminus. Sed enim vtraque ſententia conciliari facili negotio poteſt, tametſi Philoſophi & Medici tantopere inter ſe decertent. Id tamen neceſſarium eſt, vt prius recte Ariſtotelis mens accipiatur, quæ à quibuſdam nimis maligne torquetur. Plærique enim, qui eam animo imbibere ſententiam, Ariſtotelem prorſus Anatomiæ rudem fuiſſe, dum vnum atque alterum eius textum legere, miſero ſic malitioſe inſultant, vt neque quid velit Philoſophus, neque quæ loquatur, ſi à Galeno diſſentire ipſis videatur, conſiderare cupiant. Hinc indicta cauſa condemnaſſe ſufficit, quia præiudicium fatuum, ſanæ menti nullum relinquit locum. Idem certe & hic optimo Viro contigit, vt ex ignorantia vocum, quibus aliter paulo, quam Galenus vſus eſt, quod alio ſcilicet tempore ſcripſerit, graves calumnias audiat. Per Cutem enim cuticulam intelligit: per Carnem autem quicquid quocunque modo fibris nerveis intertextum eſt. Quamobrem & per carnem non tantum veram, & primario dictam intelligit, qualis eſt illa muſculorum, ſed etiam quæ Cutis Galeno dicitur, tum membranas nervoſque, & ſic revera tactus ſenſorium quam optime exprimit, cum illud certum ſit, vnum & immediatum eſſe conſtituendum. Quodcunque autem ex his ponas, alterum obiicietur, cui non quadrabit, quod à te ſtatutum ſit. Galenus autem per Cutim, veram cutim cum cuticula iunctam intellexit, & Cutim ad ſimpliciter, Cuticulam vero ad bene ſentiendum conditam eſſe ſtatuit. Cæterum vt conſtat, Galenus recte quidem cutim ipſam ſentire credidit, at immediatum tamen tangendi organum non ita bene, vt Ariſtoteles, expreſſit. Si enim verum eſt, cutim proximum tactus inſtrumentum eſſe, quæ cauſa erit, cur membranæ remota cute ſupraiacente ſentiant, & viſcera, quæ cute carent, itemque nervi? Caro ergo immediatum inſtrumentum eſt, non quidem illa muſculoſa, ſed quæ pars eſt ſimilaris, fibris

nerueis intertexta, quæ & muſculis, & membranis, ac cuti competat, etſi ſui quæque poſtea ſit generis. Sed de hac re inferius plura dicemus, cum de inſtrumento tactus agendum erit. Cæterum, quod dixi, cuticulam ad bene recteque ſentiendum datam eſſe, ex Galeni dogmate; facit vt hoc loco moneam, multum referre diligenter hoc annotaſſe. Videmus enim ſæpenumero grauiter eos, qui medicinam faciunt, errare, dum in quibuſdam tumoribus internis frigidos humores & pituitam cauſam conſtituunt, quod ægri de frigiditate quadam conquerantur, cum potius calidi humores ſint & bilioſi, qui peccant. Nam quod frigiditatem perſentiunt, non fit, quia frigidus humor ſit, ſed quia cutis ab interna ſua facie, & caro quæ cuticula caret, ſentiendi quidem, at ſenſibilia dignoſcendi & dijudicandi perfectum inſtrumentum non ſunt, nec percipere obiecta ſub propria forma queunt, hoc eſt, calidum ſub ſpecie calidi, ſed potius ſub forma frigiditatis. Nunc videamus, quæ cauſa ſit, quam propter Homo non quauis ſui parte, vt cætera quadrupeda animalia pilis tegatur, ſed in alijs tantum atque alijs partibus nonnihil pilorum habeat. De hac re vt judicium feramus, cauſas pilorum prius explicare neceſſe eſt. Communis ergo & recepta hactenus ab omnibus ſententia eſt, *materialem* pilorum cauſam eſſe tertiæ coctionis excrementa, hoc eſt, fuliginoſos vapores, per cutis ſpiracula, & poros tranſeuntes: probabo tamen libro vltimo, ſanguinis potius eſſe craſſiorem partem. *Efficientem*, calorem qui pilorum materiam, tum ad cutim propellit, tum ſiccat, & in pili formam reducit. *Finem* tandem, vt cutem, & ei ſubiectas partes tueantur, ornent, & à fuliginoſis excrementis corpus liberent. Cæterum homo, vt breuibus agamus, prona ſui parte piloſior eſt, quam ſupina. Pectus enim habet, ſiquidem mas ſit dorſo piloſius, & ventrem ab vmbilico vſque ad peritonæum denſiſſimis pilis horridum. In femore item, & tibia pili frequentiores longè antica parte, quam poſteriore videntur: ad ſolum caput in poſtica piloſum eſt. Contra euenit in canibus, plurimiſque alijs quadrupedibus, quæ ſupina parte piloſiora multo ſunt, quam prona, caput tamen minus, quam collum dorſumve pilis horret. Homo ergo piloſiſſimum habet caput parte poſteriore, & circa verticem, quod cum erectus corpore incedat, has partes habeat externis iniurijs, præſertim ex alto cadentibus, quales ſunt pluuiæ grandineſque, magis obnoxias. Prona autem parte capiti ſubiecta ſexus maſculeus in homine pilis abundat, præ ſupina, quod recta incedens inter progrediendum currendumque recto corpore hanc partem plurimis exponat malis. Si quis enim per pluuias niueſque & ventos obambulet, anteriorem partem maiores pluuiarum injurias perpeti, quam poſteriorem viderit. Ex quo fit, vt qui ſeptentrionales plagas incolunt, & Germani adeo ipſi anteriorem partem præ poſteriore veſtibus craſſioribus aut pluribus muniant. Fæminæ glabro magis pectore ſunt, & prona parte, quod carnoſiores ibidem, quam Viri. Canes contra, cæteraq; animalia quadrupeda cum prona incedant, prona parte minus cæli & tempeſtatũ iniuriis expoſita ſunt: ſupina magis, vnde in hac pilis craſſioribus, longioribus, ac denſioribus armantur. Et hi ipſi pili à dorſo paulatim verſus latera inclinant, vt cutis, quantum fieri poteſt, minimum madefiat, ſed aqua inſtillans protinus ad latera declinat, &

*Cur Homo interpellata ſerie pilis tegatur.*

*Pilorum cauſa.*

nat, &

miſcuè vtuntur,& quamcumque oleoſam ſubſtantiam cuiuſque animalis adipem aut ſæuum pro lubitu appellant,vt monuit Galenus,qui tamen & ipſe proprietatem hanc vocum ſæpè neglexit.Quin imo lib.11.ſimpl.cap.de pinguedine,Si voles,inquit,oleoſam & pinguem in animalibus ſubſtantiam omnem adipem appellato: ſed & pinguedinem appellare totum hoc genus licet.Sternitur autem pinguedo hæc, de qua nunc agimus,inter cutim & membranam carnoſam in homine: in brutis vero membranæ ſubijcitur,vnde fit,vt cutem vniuerſam moueant. *Materia* pinguedinis ſanguis eſt, vt teſtatur Galenus,2.de temperam.3.& Ariſtoteles 2.de part.5.quod ratione confirmare licet,cum nullum ex ijs,quæ ſanguine carent, vel adipem habet, vel ſæuum,ſiquidem ſanguis deeſt. Non tamen quiuis ſanguis eſt, ſed optime tantum elaboratus & concoctus. Vnde quibus concoctio laudabilis non eſt,pinguedine deſtituuntur,& quæ pinguia ſunt ſanguinem purum ac paucum habent: macri autem omnes atricolorem, crudum,ac copioſum,cum latis venis.Nec tamen & concoctus omnis pro pinguedine aptus erit, ſed qui oleoſus eſt. Vnde Galenus cum ex ſanguine pinguedinem gigni docuiſſet,2. de temperam.3.& 16.de vſ.part.2.addit,gigni ex ſanguinis portione oleoſa,ſiue pingui,per tenues venas effuſa.Oleoſum autem hoc ex aërea,maximeq; laudabili alimenti parte coctione conficitur & in ſanguine perquam benè reſpondet butyroſæ ſubſtantiæ, quæ ſic vocatur in Lacte. Vnde & videmus animalia pinguia butyri plus in lacte continere,minus macra. Gignitur autẽ maxime poſt tertiam concoctionem,Medicis ſic vocatam,quod tunc maxime aptus ſit,& elaboratus ſanguis.Vnde & Philoſophus 3. de part. animal.cap.9.finem probæ concoctionis ſanguineæ adipem & ſæuum eſſe teſtatur.Loquitur autem de coctione ſanguinis,quæ in renibus fit, in quibus cum alia non fiat quam tertia illa dicta,recte colligitur, ſecundum Ariſtotelem in illa tertia coctione fieri. Accedit, quod in quauis parte tum temporis demum ex ſanguine eleuentur vapores illi oleoſi, qui allidentes ad membranas in pinguedinem, quemadmodum craſſiores reliqui in carnem mutantur.Cum ergo ſanguis materia ſit pinguedinis,ſed ſanguis maxime oleoſus,& concoctus,patet infantes,quibus tum ſanguis in alimentum partium abſumitur totum, quod adhuc creſcant, tum ſeroſus admodum eſt,non pingueſcere,verumq; eſſe,quod 3.de hiſtor. animal.cap.18. prodidit Ariſtoteles,omnia ætate prouecta,potius; quam nouella pingueſcere: ſed præcipuè, cum jam ſuæ longitudinis, & latitudinis modum adepta, augeri in profundum incipiunt.Patet etiam eos,qui obeſi valde ſunt fæcundos minime eſſe,aut ſalaces,cum materia ſeminis in pinguedinem abſumatur. *Efficiens* duplex eſt, prout duplex eſt actus generationis ipſius pinguedinis.Debet enim & materia ipſa attolli,& deinde concreſcere. Eleuat igitur ſanguinem oleoſum, in vapores reſoluendo Calor; ſed calor non quiuis,ſed *moderatus*,cum *nimius* materiam adurat,& in bilem vertat,*moderato minor*,nec concoquat bene ſanguinem, nec in vapores reſoluat. Qui ergo calidi nimium ſunt, pingues eſſe non poſſunt: neque qui frigidum nimium temperamentum ſunt nacti. Vt autem concreſcat,debet alicubi appellere, ne diſſipetur: appellere autem debet ad corpus non quodvis,ſed frigidum.Maxime ergo accommodatę ſunt membranæ,quę vtramque hanc conditionem obſeruant,cum & ob denſitatem ſuam non facile oleoſum hunc vaporem amittant,& ob frigiditatem facile condenſent. Voco autem frigiditatem

*Materia.*

*Cur infantes obeſi nõ ſint.*

*Cur obeſi infœcũdi.*

*Efficiens.*

ditatem non illam quæ poſitiua à Philoſophis appellatur, cum talis, vita remanente, nulla in corporis parte detur: ſed calorem qui minor eſt, quam ille, à quo vapor eleuatus eſt. Nec mirum videri debet, quomodo minor calor concretionem efficiat, cum videamus plumbum liquatum, vbi ab igne remouetur mox cogi, etſi in locum ſatis calidum, igne tamen paulo frigidiorem, peruenerit. Hinc fit, vt animalia hyeme pinguiora fiant, cum & obſtructa ſit cutis, & frigidiores externæ partes, internæ autem calidiores, vt & concoquere melius alimentum, & coctum eleuare ac in vaporem ſoluere queant. Ijs etiam qui verſantur in calidioribus locis, & exercitijs dediti ſunt, nulla aut perquam pauca pinguedo eſt, quod conſumatur materia illa; at ijs, qui otioſam vitam agunt, copioſa prouenit. Circa membranas igitur quam optime gignitur, quod nulla pars ſit aptior ad concretionem faciendam, neque denſior. Concreſcit autem ſic, vt ipſas membranas vndique inuoluat, & in minimos quoſque poros ſeſe inſinuet, adeoque per vniuerſam membranam pinguedo diſpergatur, quod quiuis, ſi quam in hac re vel obiter collocare velit operam, aduerterit. Et ex his facile reſponderi poteſt ad vulgatam illam quæſtionem, an pinguedo ſentiat? ſentire enim pinguedinem dicas, ſi quis hac voce intelligat pinguedinem, quo pacto Anatomici craſſa minerua loquentes, ſumunt, vt dum pinguedinem dicunt totum hoc, quod ex pinguedine ſtrictè accepta, & membrana circa quã concreuit cõſtat. Non ſentire inquies, ſi pinguedinem intelligat à membrana illa ſeparatam, vt eſt illa, quæ propriè & à Medicis ſic dicitur. Cæterum hoc loco dubium occurrit, cum dictum à nobis ſit eleuari à calore vapores oleoſos, itemq; eoſdem concreſcere à calore partis vnius & eiuſdem, quo pacto ab eadem cauſa duo diuerſi effectus ſequantur, ab vno ſcilicet calore. Sed reſpondeo, haud ſimplicẽ eſſe calorem noſtri corporis, ſed duplicem; vnum, influentem; alterum, innatum. Influentem conſtituunt ſpiritus; innatum, temperamentum ipſius partis. Ille, maior eſt; hic, minor: ille, eleuat; hic, cogit, ille. calor vere dici poteſt, hic, reſpectu illius frigus. De *Temperamento* adipis quanquã plurimum concertant inter ſe artis proceres, ex cauſa tamen materiali, quæ concoctus eſt ſanguis & aëreus; ex efficiente, qui calor eſt; ex forma eius, quæ oleoſa: ex fine tandem, qui eſt concoctionem iuuare partium, vnde in copia omento accreſcit, facile iudicatur calidus eſſe. Sed imprimis & Galeni authoritas notanda eſt, qui 4. de vſu part. ca. 9. pinguedo, inquit, quod calida res ſit, cognoſcitur ſenſu ipſo, vtentibus ea vice olei. Indicat autem id non minimum, quod facile in flammam tranſmutetur, tanquam ad flammam proxime accedat, nihil enim frigidi promptè comburitur. *Alba* eſt in omnibus animalibus, in homine tamen minus, quam in cæteris animalibus ſenioribus etiã flaua fit. *Differt pinguedo copia*, ratione ſexus, ætatis, temperamenti, regionis, partium, vitę generis, temporis anni, & tandem morborum. Copioſior enim fœminis eſt, quam Viris. In recenter natis nulla eſt, at in ijs qui iuſtam ætatem attigere, copioſior. Calidis & ſiccis, nulla aut exigua; at calidis & humidis moderatè copioſa: frigidis item moderatè & humidis. Qui calidas incolunt regiones, aut calido anni tempore degunt, minus pingueſcunt: ac qui in frigidis, & frigido tempore viuunt, copioſam habent. Vitæ genus ſedentarium etiam obeſos reddit; at valida & continua exercitia, maximeque curæ, macros reddunt. Inedia etiam & morbi longi prorſus abſumunt. Sed & partes

*An pinguedo ſentiat.*

*Dubitatio.*

1.

*Temperamentum.*

*Differentia à pinguedinis copia.*

2.

non omnes habent, neque omni tempore: ſed eæ tantum, quæ indigebant. Sic clunes habent copioſam, vt commodius ſedeamus: ſic omentum, vt foueat calorem internum viſcerum: ſic eadem de cauſa abdomen. At cerebrum, palpebræ, & aures, manusque carent, quod ipſorum actioni nimium incommodaſſet. Vt autem partes ipſæ pinguedinem generent, præter materiam, ſanguinem inquam oleoſum, qui in corpore redũdare debet, vaſa primũ requirunt magna, vnde fit, vt circa palpebras & caput pinguedo nulla naſcatur, at copioſiſſima circa collum, nates, & lumbos. Deinde vt membrana adſit craſſa, quæ prohibeat evaporationẽ, vnde pulmones carent, qui tenuiſſima inueſtiuntur membrana. Tandem, vt calida ſit pars, quæ bene coquat ſanguinem, & attollat, vnde partes externæ & cerebrum non habent, reliqua autem viſcera omnia, ipſumque adeo etiam Cor, etſi Ariſtoteles negarit. Cæterum non vniformis eſt pinguedo, quæ in humano corpore reperitur: ſed ſub cute quidem adeps: at ſævum circa omentum, renes, cor, oculos, & oſſiũ articulos. *Vſus* pinguedinis multiplex eſt, quatenus tum vniuerſum corpus inueſtit, tum quibuſdam partibus adnaſcitur. Vt enim totum corpus contegit, & aduerſus externas iniurias protegit, & calorem naturalem conſeruat. *Protegit* quidem, tum contra frigus, tum calorem, adeoq; & æſtiuo, & hyberno tẽpore. Et *æſtivo* quidem aduerſus calorem; quia cum aer tum tenuis ſit, & pori aperti, quatenus oleoſa eſt pinguedo, eius in corpus ingreſſum prohibet, nõ ſecus ac videmus Seplaſiarios, dum ſuccos conſeruare ſtudent ab aere, oleum ſuperfundere: deinde quatenus aer omnes partes exſiccat, rurſus humiditate innata conſeruat. *Hyberno* contra frigus, ne penetret, & lædat viſcera ſua qualitate, quia pinguedo à leui frigore conſtringitur, & quaſi coit, vnde fit vt nequeat aer penetrare. *Conſeruat* autem *calorem internum* pariter *tempore calido*, quia, vt modo dictum, quatenus oleoſum eſt, exire & diſſipari non patitur: *frigido autem*, quatenus ſua caliditate fouet. *Particulares* autem *vſus*, quæ diuerſis partibus præſtat, plures ſunt. In *clunibus* puluinaris vicem gerit; in *muſculis* explet loca inania; *Vaſis* ſubſternitur, vt tuto eant; in *Viſceribus*, coctionem iuvat. His nonnulli alium adhuc vſum aſſignant, nempe vt inediæ tempore ſit loco alimenti. Exiſtimant enim pinguedinem quo pacto antea vaporis ſpecie ex venis excidit, ita poſtea in venas redire, ac in ſanguinem mutari, quod tamen falſum eſſe credo.

*Quæ requirantur ad pinguedinis generationem.*

*Vſus.*

*Generalis.*

*Particulares.*

## CAPVT III.

### *De membrana carnoſa.*

SVB Pinguedine membrana reperitur, pinguedinem ita vndique complectens, vt cum ipſa multifariam diuidi queat. Hanc Græci ὑμένα σαρκώδη, Barbari panniculum carnoſum, Recentiores latinæ linguæ ſtudio magis addicti; Membranam carnoſam appellant. Vocatur autem carnoſa, non quod carnoſa ſit in homine; ſed quod in brutis, quorum corpora prius diſſecuerunt primi Anatomici, carnoſis fibris conſperſa fuerit reperta, vt nõnulli propterea muſculum aſſeruerint, quamquã certe & in multis animalibus muſculi fungatur actione, cum huius beneficio cutis reddatur mobilis, in canibus, equis, aliiſq;. Retentum ergo fuit hoc nomẽ poſtea in homine, & impoſitum membranæ illi, quæ cum ipſa habuit analogiam. Sic ſupra muſculos vocatos eſſe diximus,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

nullis Anatomicis aſſimilata. Non tamen vbique eadem eſt tenuitas, ſed ſub vmbilico craſſior, vſq; adeo vt manifeſte ibi duplicata videatur: ſupra vmbilicũ vero, & à lateribus ita tenuis, vt ſimplex omnino appareat. Quin imo neque æqualem craſſitiem in omnibus viſceribus, quibus circumtenditur ſervari conſpicies: ſed in quibuſdam, teſte etiam Galeno 6. adminiſtrat. anatom. 5. ſeipſo craſſiore conſtare ſubſtantia, in nõnullis tenuiore. Hac ratione in Iecore tenuiſſimum viſitur, itemq; in Liene, minus in Renibus: craſſum contra in Ventriculo, Inteſtinis, & Veſica, ita vt quibuſdam impoſuerit, credentibus eſſe partem peculiarem prædictorum viſcerum. Andreas Laurentius in Viris à cartilagine enſiformi ad vmbilicum vſq; craſſiorem eſſe hanc membranam notavit; contra, in fœminis ab vmbilico ad pubem, eſſe validiorem. Ego tamen, vt verum fatear, nunquam tale quid obſervare potui, nec Naturæ in hac re conſilium intelligam. *Annectitur*, *ſuperius* quidem Diaphragmati: *inferius*, oſſibus pubis, & ilium: *anterius* validiſſime tranſverſis abdominis muſculis, & imprimis tendinibus, ac circa lineam candidam: *retro*, capitibus eorundem muſculorum, & membranæ nervorum, è lumborum vertebris prodeuntium. Anatomici autem vnanimi conſenſu in ea ſententia ſunt, nullum eſſe viſcus infimi ventris, nec vllam eiuſdem arteriam, aut venam, quæ citra viſcerum inſertionem libera incedit, quin ab hoc membranam accipiat. De *exortu* autem lis eſt, cum nonnulli peritonæi originem à ligamentis illis repetant, quibus cum vertebræ lumborum, & os ſacrum connectuntur. Doctiſſimus Falloppius à validiſſimo nervorum plexu, à quo meſenterium oriri dicitur, pronaſci credit: at Piccolhomineus Ferratienſis, cum quo & ego facio, duplex peritonæi principium conſtituit, vnum quod vocat principium ex quo, alterum quod appellat à quo. Illud geminum eſſe vult, primum à prima, & ſecundum à tertia lumborum vertebra, quia hic craſſiſſimum, & non niſi diſruptum ſeparari poteſt, ſic valide adnectitur: hoc à dura & tenui membrana cerebri derivat. Prodeunt enim circa dictas vertebras nervi, qui colligati inter ſe vtraq; meninge, dum vlterius provehuntur, membranam hanc conſtituunt. Nec immerito propterea hic adeo craſſum eſt, cum poſtea in plurimas membranas, tanquã productiones quaſdã dividi & extenuari debeat. Ex qua opinione non male fortaſſe conſenſus illius inſignis, quæ inteſtinorũ & quorundam imi ventris viſcerum cum capite eſt, rationẽ reddemus. Obſeruatione autem omnino digniſſimum videtur, *Peritonæum vbique duplex* eſſe, ſed præſertim circa lumborum vertebras, vbi Vena Cava, Arteria magna, & Renes vtrique interiacent. Sed & in hypogaſtrio, manifeſto in duas tunicas diſpeſcitur, in quarum amplo intervallo Veſica continetur, & Vterus. Quanquam igitur ex Galeni omniumq; Anatomicorũ dogmate conſtet, vniuerſa infimi ventris viſcera peritonæo includi, revera tamen diſtinguendum eſt, & alia quidem in ipſa cavitate, alia vero extra hanc in ſpatio, quod ex duplicatione oritur, ſita eſſe, dicendum. Et in cavitate quidem omnia illa, quæ à Venæ Portæ ramis nutriuntur, vt ſunt illa, quæ nutritioni & coctioni ciborum famulantur: in duplicatura autem, quæ à Cava alimentum accipiunt, vt ſunt ea, quæ modo enumeravimus. d Vaſa quoque vmbilicalia duplicato peritonæo, vt tutius incedant, fulciuntur. *Foramina* quoque habet, & *ſuperius* quidem, qua Diaphragmati iungitur, tria. *Primum* in dextra parte, vt Venæ cavæ truncus.

*Cõnexio.*

*Exortus.*

*Duplicatio.*

d, L. M. N.

*Foramina.*

truncus aſcendens; *ſecundum*, in ſiniſtra, vt Oeſophagus cum nervis orificio ſtomachi inſertis; *tertium*, vt Aorta, Vena ſine pari, & nervus ſexti paris tranſeat. *Inferius* circa anū, & inguina, vbi vaſorum tria genera ad crura tranſmittit. [e] *Anterius* vt vmbilicalia vaſa, [f] Vena, inquam, [g] duæ arteriæ, & [h] vrachus exeant. [i] *Proceſſus* etiam obtinet duos, in anteriore facie, iuxta pubis os ſitos, vtrinq; vnum, qui non minus in maribus, quam fœminis reperiuntur. Sunt autem oblongæ productiones exterioris peritonæi membranæ, Cucurbitæ, quibus Chymici vtuntur, perquā ſimiles, arctæ ſuperius, inferius laxæ. Hi foramina tendinum muſculorū obliquorum & tranſverſorum egrediētes, *in Viris*, ad ſcrotum abeunt, & ſic extra ventris cavitatem dependent: in *Mulieribus* autem, ad inguina producuntur, & in Vulvæ elatiorem ſedem terminantur. Deſcendunt autem cum *illis* Venæ & Arteriæ ſpermaticæ vna cum cremaſteribus muſculis, & remeant contra à teſtibus, ſimiliter proceſſibus iſtis incluſi cum paraſtatis, vaſa deferentia: *in his* vero vteri ligamentum rotundum, quod in latam ac nervoſam exilitatem ſupra pubis os degenerat, cui Clitoris alligatur. Adhæret autem à principio interior peritonæi membrana exactiſſime, quæ foramen, per quod egrediuntur dicta vaſa ex infimo ventre, conſtringit, & claudit, qua diſrupta, exterior laxatur, & ſic hernia fit, deſcendente poſtea vel omento, vel inteſtino, aut etiam vtroque. *Venas*, & *Arterias* à vicinis partibus obtinet: *Nervos* autē exiles, ab iis, qui ad abdominis muſculos propagantur. VSVS *peritonæi primus ac præcipuus eſt*, vt ſit operimento omnibus partibus, quas inveſtit, non ſolum quo ab externis iniuriis liberæ ſint, ſed etiamne ipſorum calor, aut humores, exſpirent, vel effluant. Niſi enim Iecur, Lien, Renes, & Ventriculus, involuta membrana hac forent, externa vaſorum oſcula, quæ in nonnullis valde ſunt patentia, præſertim arteriarum, ſanguinem effudiſſent. Hinc factum eſt, vt ſollers Natura ijs viſceribus, in quibus plures arteriæ ſunt, & adeo diſcrimen imminet maius, craſſiorem largita ſit tunicam, vt ab omni effuſione tutam præſtaret. *Secundus vſus eſt*, vt viſcera omnia ſuis ſedibus alliget. Sic Hepatis ligamentum à peritonæo eſt, & omnes membranæ, quæ ab ipſo oriuntur, reliqua vinciunt. His vſibus vt ſatisfaceret, primo *figuram* dedit ovalem, ſed depreſſam, quia talis erat ipſius infimi Ventris figura. Decet enim veſtē, aut ſepimentum, partis inveſtiendæ aut obvallandæ figuræ coaptare. Quare & in aliis viſceribus, quibus portio aliqua ipſius obducitur, figuram eandem obſervat. Porro *internam ſuperficiem* lævam fecit, vt viſcera in abdominis compreſſione citra offenſam premerentur: & quo mollior adhuc contactus ille fieret, lubricam reddidit aquoſo humore, in abdominis cavitate circa inteſtina natante, qui ne vnquam deficeret, ex vaporibus à ventriculo & cæteris viſceribus exhalantibus, continuo regenerari voluit. *Externa ſuperficies* contra aſpera eſt, vt transverſis abdominis muſculis validius adnecteretur. *Subſtantiam* autem largita eſt membraneam, vt facile diſtendi citra ruptionem, & in ſeſe contrahi ſine complicatione poſſet. Partes enim imi ventris, modo alimentis turgent, vt Ventriculus; modo flatibus, vt Inteſtina; modo fœtu, vt Vterus; modo etiam vrina, vt Veſica: modo etiam evacuata in ſe concidunt. Hanc autem membranam *firmam* eſſe voluit, quia non niſi magno cum detrimento; & incommodo peritonæum rumpitur, tum quia robore quoque indiget, vt viſcera in ſuis ſedibus alligata conſervet. Nihilominus tamen ne nimis pondere premat, tenuis eſt vbique, præterquam ſub vmbilico,

e. K.
f. L.
g. M.M.
h. N.
i. P.P.

*Proceſſus.*

*Vaſa.*

VSVS. 1.

2.

lico,quod magno conſilio factum eſt, cum hac parte maxime omnium ruptioni opportunum foret.Sedentibus enim,aut ſtantibus, viſcera ad imam partem deuoluuntur,quorum pondus vt innoxiè peritonęum ſuſtineat,hanc eius partem munire ac firmare debuit.Et hinc fit,vt quibus tenuius peritonæum à primo ortu contigit, in magna ſpiritus cohibitione,vehementi ſaltu, aut clamore,in quibus verſus inferiora decidunt inteſtina,facili negotio peritonæum rumpatur.Eſt & circa viſcera quædam *tenuius*,circa alia *craſſius*. Nam in quibus copioſæ ſunt arteriæ, & ſpiritus,ne diſſipentur, vt inLiene:aut humores,vt in Ventriculo,ne effluant,ijs craſſiorem membranam conceſſit.Craſſior etiam ijs eſt,quæ repletæ valdè intumeſcunt,vt Veſicæ,vtero,&ventriculo,vt ſimul cum his extendi queat,quod fieri non potuiſſet,ſi tenuior his tunica obtigiſſet. *Connexionem* tandem cum muſculis abdominis tranſuerſis validiſſimam habet, ad æqualem ventris compreſſionem in reſpiratione,& fæcum expulſione faciendam. Neque enim inter ipſa ſpatium licebat intercedere, quod muſculis contractis peritonæum in rugas iuiſſet.Connexio autem hæc validior eſt circa tendines, quam carnoſam partem, quod cum caro muſculorum in abdominis compreſſione contrahatur, impedita fuiſſet, niſi laxius carnibus connecteretur. *Exortus* cauſam nunc nullam inquiro,cum de origine adhuc ſub judice lis ſit,& ego omnes partes,ſimul & formari & generari credam,quamuis de peritonæi principio, ſi quod eſt, maxime omnium Piccolhominei ſententia mihi arrideat.

## CAPVT V.

### *De ſitu,tam naturali, quam eo qui præter naturam eſt, omnium quæ in imo ventre continentur, viſcerum.*

*Ratio ordinis in ſequentib.*

DIXIMVS ab initio huius libri,partes infimi ventris eſſe duplices,continentes,& contentas,ſiue externas alias,alias internas. De illis abundè hactenus egimus, reſtat nunc vt & harum hiſtoriam perſequamur. Sunt autem duplicis generis, quædam enim conſiderari queunt, quatenus ad fœtum pertinent in vtero adhuc concluſum, quales ſunt ſecundinæ,& Vaſa vmbilicalia, de quibus in libro de formato fœtu complura diximus;quædam quatenus tum embryoni, tum nato homini ſunt communes, quarum tractationem nunc aggrediemur. Antequam tamen membratim de ſingulis agamus, prius omnium ſitum explicabimus, nec tantum eum qui homini competit, dum inculpata ſanitate fruitur, ſed etiam dum ab exquiſita illa valetudine declinat. Argumentum non tantum vtile,ſed & maxime neceſſarium omnibus cognitu, qui animum ad Medicinam appellunt,vt tum affectas partes ex ſitu cognoſcere,tum medicamenta applicare norint. *Viſcera* ergo quæ in imo ventre coërcentur, vel indiuidui conſeruationi,adeoq; Nutritioni inſeruiunt, vel ſpeciei, & propterea Generationi. Quæ *ad nutritionem* faciunt,vel ad coctionem alimenti conferunt, vel ad excrementorum in coctione genitorum expulſionem. Quæ ad coctionem conferunt vel primam faciunt,vt Ventriculus,qui cibum in ore maſticatum in chylum conuertit, cuius propterea actio eſt χύλωσις,& Chylificatio dicitur:vel ſecundam,vt Venæ,præſertim quæ

*Viſcerum imi ventris diuiſio.*

in He-

niſſe crediderim, quod eorum ventriculus plurimo calore ſic circumdatus plus digerat, concoquatq;. Ita memini legiſſe me olim apud doctiſſimum Gemmam Friſiũ hiſtoriã mulieris, quę cum prodigioſæ fuiſſet ingluuiei, poſt mortem hepar habuiſſe tanta mole præditum, vt membra ſpiritalia, vicinasq; omnes partes compreſſerit. Nonnunquã ab inſigni inflãmatione ſic tumet hepar, vt notauerim naturali loco non contentum, & ventriculũ, & magnã tenuium inteſtinorum partem cooperuiſſe. Quod ſi vmbilicalis vena laxetur, rumpaturve, iecur ad Diaphragma ſurſũ trahitur, cuius motus cum impediatur ob compreſſionẽ, fit vt vna cum reſpiratione, vita tollatur. [e] LIEN alterum hepar eſt, ex Ariſtotelis opinione, 3. de part. an. 3. ideoq; in ſiniſtro hypochondrio ex hepatis regione ſitum. Hic *caua* ſui parte ventriculum tangit, *gibba*, & *ſuperiore* Diaphragma, at *inferiore* reni ſiniſtro incumbit. Mutat & hic ſitum, partim à cauſſis naturæ vim nullam inferentibus, dum ſedemus, reſpiramus, aut decumbimus, quod tamen admodum exiguum eſt: partim ab alijs, quæ deſtruunt naturã. Euenit hoc potiſſimum laxatis ligamentis ab humorum affluxu, aut ab ingenti aliquo tumore, quod ſæpius contingit. Obſeruatum autem eſt vſq; adeo nonunquam extenſum fuiſſe, vt vmbilicum attigerit, nonnunquã etiam vlterius porrectum, non paruã dextri lateris partem occupaſſe. Narrat *Veſalius*, l. 5. de hum. corp. fabr. cap. 9. hiſtoriam adoleſcentis, cuius cadauer Patauij aperuit, in quo Lien in eam magnitudinem erat profectus, vt vix hepati ceſſerit, cuius anteriori parti adnatus etiam, ventriculum compreſſerat. Notauit & *Georgius Garnerius* vidiſſe ſe Lienem cuiuſdam Nautæ, viginti tres libras pendentem, in abdomine tam latè protenſum, vt totam eius cauitatem implere videretur. Vidi & *ego* frequenter maximos Lienes: ſed & in Cuniculo aliquãdo Lienem in dextro, Hepar autem in ſiniſtro hypochondrio poſitum fuiſſe. Id quod idem Cornelius *Gemma* in humano cadauere vidit, & *Ariſtoteles* in alijs animalibus, vt teſtatur 1. hiſtor. animal. 17. Cæterum quibus ſuo de loco mouetur Lien, aut quibus aliquo morbo laborat, & præſertim ſcirrho, ijs neceſſario Ventriculus imbecillior eſt, quia ad fundum calore illo, quem Lien ſanus impertire ſolet, non fouetur, ſed frigiditate potius extranea afficitur. Inter hæc duo viſcera [f] VENTRICVLVS medio loco poſitus eſt, ollæ inſtar inter carbones circum congeſtos. *Superius* huius orificium, quod ſtomachus dicitur, Lieni proximum eſt, & ſiniſtrum hypochondrium tenet, à ſuo ſitum immobile: at *inferius*, quod Pylorus vocatur, contra dextrum hypochondrium ſpectat. *Fundus* in horum medio poſitus eſt, qui nonnihil ſitum ſuum mutat. *Decumbentibus* enim, ad Diaphragma magis aſcendit, cui ratione ſuperioris orificij adnectitur: *ſtantibus* & *ſedentibus* ad vmbilicum cum pyloro deſcendit. *Ventriculo* etiam *cibis repleto* nonnihil ad inferiora, & abdomen antrorſum vergit. Quod diligenter notandum eſt vel ideo. vt pro ſtillicidijs alium atque alium locum eligamus, ſi æger decumbat, aut ſedeat. Satius tamen eſſe crediderim, vt ſedentibus fiant, cum verſus abdomen Ventriculus his voluatur: decumbentibus autem ſupinè, ad ſpinam retrorſum trahatur. Eligendus vero tunc erit locus, qui ſub mucronata cartilagine in medio eſt. Porro *in vulnerato diaphragmate* ad ſuperiora Ventriculus aſcendit, cuius rei hiſtoriam Pareus, lib. 9. Chirurg. cap. 81. refert. Cum enim quidam in neruoſa Diaphragmatis parte transfoſſus eſſet, poſt obitum Ventriculus, quem anxie in ſuo loco Pa-

[Left margin notes:] LIENIS ſitus naturalis. *Non naturalis.* *Præter-naturalis.* 1. 2. — VENTRICVLI ſitus naturalis. *Nõ naturalis.* 1. 2. 3. — *Præter-naturalis.*

[Right margin notes:] e, 7. 2. H. H. — f. 8. 2. G. G.

co Pareus quæſierat, in Thorace repertus eſt, etſi vulnus, per quod aſcenderat, vix pollicem latum æquaret. Notauit & Veſalius, lib. 5. cap. 4. Omentum ita præter naturam auctum fuiſſe cuidam, vt Ventriculum ex ſua ſede ſic deorſum diſtraxerit, vt eius munere deficiente, varijſque ſingultibus obortis, occaſio mortis inde nata fuerit. Pancreas *naturalem ſuum ſitum* non mutat, cum Ventriculi poſteriori parti, eiuſque fundo adnatum ſit, quemadmodum & duodeno inteſtino, & Venæ portæ, quam intra ſe comprehendit. Vbi admodum intumuerit, id latus Ventriculi comprimit, ac coctionem turbat. [g] Dvodenvm *inteſtinum* ſimiliter perpetuo eundem locum obſeruat. Ortum enim ducit à pyloro, & ad poſteriora ſub ventriculo reflectitur, vt lumborum vertebris ligamentis membraneis adnectatur, quo recta abſque vlla circumuolutione deorſum feratur. [h] Ieivnvm *inteſtinum* totum ferè vmbilicalem regionem occupat; at Ileon in ilijs ſitum, quæ inde nomen acceperunt. Hæc duo locum non naturaliter mutant, *ventriculo* cibis referto, à quo comprimuntur. Sic in *valida ſpiritus retentione*, & clamore à Diaphragmate preſſa deſcendunt. Contra dum *vterus plenus* eſt, verſus ſuperiora aſcendunt, & arctantur, ex quo fit, vt de alui duritie grauidæ tam frequenter conquerantur. In *ſtantibus*, aut *ſedentibus* verſus inferiora nonnihil deuoluuntur; vnde herniæ ſtantibus magis, quam decumbentibus contingunt. Validiore vi deſcendunt in *curſu*, *ſaltu*, aut *equitatione*, à quibus hoc malum mirum in modum incrementa ſumit. In *decumbentibus ſupine* verſus vmbilicum ſe recipiunt; at ijs, qui in alterutro latere jacent, ad illud cui incumbunt. Præter naturam ſitum mutant *diſtentis inteſtinis flatibus*, vt in Colicis doloribus, multoque magis *laxato nonnihil meſenterio* ab humoribus, vt in obeſis, propter nimiam humiditatem. In *hydrope* in vmbilicum labuntur, quod diligenter ijs notandum eſt, qui paracenteſin exercent. In *hernia* ſimiliter ad vmbilicum, inguina, aut ſcrotum deſcendunt. In *voluulo* autem vna pars intra alteram reconditur, vnde Chordapſus naſcitur. [i] Cæcvm in dextro ilio ſitum eſt, & naturaliter vix locum mutat, quod dextro lumbo alligetur: vidi tamen præter naturam in ſuſpenſo quodam, quem Patauij ſecuimus, cæcum totum cum parte ilei & coli, qua ſibi inuicem nectuntur, in ſcrotum prolapſum fuiſſe. Id tamen an ex violentia mortis, in qua valide ob ſpiritum retentum imi ventris viſcera deorſum preſſa ſunt, an ex hernia antiqua contigerit, ſcire non potui. [l] Colon in dextro ileo, vbi vacuus, & commodus locus eſt exoritur, ac reni dextro incumbens, ope peritonæi alligatum lateri, aſcendit, ſub hepate fellis veſiculam contingens. Hinc fit, vt bile tranſſudante, luteo colore, qui ſemper in colo viſitur, inficiat, & ſæpe vlcera excitet, quæ in craſſis inteſtinis frequentiora multo ſunt hac quoque de cauſa, quam in tenuibus. Inde ſub fundo ventriculi per medium ventris tranſuerſim incedens, annexum inferiori omenti portioni, ad ſiniſtrum renem reflectitur, cui peritonæi beneficio alligatum, per inania eius lateris deorſum ad os ſacrum fertur. Ad hoc vbi peruenit, in nonnullis dextrorſum reflectitur, deinde rurſum ad os ſacrum voluitur, vbi tandem in rectum inteſtinum terminatur. In quibuſdam tamen citra hanc circumuolutionem recta, vbi prima vice ad regionem oſſis ſacri circa initium recti inteſtini peruenit, finire ſolet. Ex quo vel nullo monente patet obiter, Colon inteſtinum in alijs atque alijs longius eſſe, aut breuius. *Hunc ſitum mutat ven-*

Left margin: g. 8.5.1.I. — h. K.L.L. — i, O. — l, P.P.P.P.

Right margin: Pancreatis ſitus. — Dvodeni ſitus. — Ieivni & Ilei ſitus naturalis. *Non naturalis.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *Præternaturalis.* 1. 2. 3. 4. — Cæci ſitus. *Præternaturalis.* — Coli ſitus naturalis.

*Non naturalis.* *tat* ventriculo alimentis referto, cum quo deſcendit verſus vmbilicū nonnihil, quemadmodum & rurſus ſuperiora petit, expleto & vacuo. Sed & naturaliter deſcendit,
1. aut aſcendit, pro motu corporis. Nam ambulantibus & ſedentibus magis deſcen-
2. dit, quam decumbentibus. Sic grauidis vltimis menſibus aſcendit, vtero aucto, &
3. comprimente. Laterales tamen partes non mutant ſitum, quia valide lumbis annectuntur, niſi ſi forte contingat, vt copia humorum laxetur ligamentum. *Præter naturalis.* *Præter naturam* in colicis doloribus, dum flatibus diſtenditur, è ſua ſede naturali abit. [m] OMENTVM ſub peritonæo immediate in anteriore parte ſitum eſt, ad [n] Ventriculi fundum, & deorſum ſupra inteſtina, ad [o] vmbilicum vſque expanditur. *OMENTI ſitus naturalis.* Situm ergo pro ventriculi, aut inteſtinorum repletione, aut inanitione mutat, tum pro eorundem motu. *Non naturalis.* Dum igitur ſtamus, currimus, aut equitamus, deorſum cum vtroque vergit: dum decumbimus, cum iiſdem aſcendit. Interdum ſuperior membrana locum mutat, perma-
1. nente in ſitu inferiore, quod fit ventriculo vacuo: interdum inferior deſcendit, vt
2. cum inteſtinum à Ventriculo premitur. Obeſis quin etiam totum omentum ſic deſcendit ob pondus, vt vteri os comprimat, vnde Hippocrates, 5. aphor. 46. „Quæcunque „præter naturam craſſæ non concipiunt, iis omentum os vteri comprimit, & priuſ„quam extenuentur non concipient. Et de natura muliebri, Omentum præpingue ſu-
3. perincumbens vteros comprimit, neque genituram ſuſcipere ſinit. Grauidis ſic attollitur, vt inter vterum & peritonæum nihil omenti intercedat. *Præter naturalis.* *Præter naturam* inteſtinis flatibus repletis verſus ſuperiora conuoluitur, quemadmodum id toties in diſſectionibus vidimus. Labitur autem penitus extra corpus in vulneribus abdominis penetrantibus, & in hernia, tum quæ ſcroti eſt, tum quæ inguinis, aut vmbilici. [p] VESICA *vrinaria*, in hypogaſtrij cauitate, quam os ſacrum, oſſa ilium, & pubis efformant, ſita eſt, vna cum recto inteſtino. *VESICÆ ſitus naturalis.* Hæc in ſuo ſemper loco permanet, præterquam diſtenta & repleta, vbi fundus verſus tenuia inteſtina pertingit. *Non naturalis.* [q] VTERVS in eadem hypogaſtrij cauitate inter [r] veſicam vrinariam [ſ] rectumque inteſtinum jacet, ex quibus illa priorem, hoc poſteriorem ſedem obtinet: adeo vt in non grauidis fundus vteri ſacri oſſis initium haud ſuperet. *VTERI ſitus naturalis.* Mutat tamen hunc ſitum tum in gerentibus, in quibus vna cum fœtu creſcit & augetur, ſicque ſacro oſſi longe ſupereminet: *Non naturalis.* tum præter naturam etiam obſtructionibus affectus, laxatiſque ligamentis, in quibus partim ſurſum fertur, vt contingit Hyſtericis dictis mulieribus: tum extra ſinum cadit, & vel totus, vel pars eius duntaxat, turpiterque ſic dependet. *Præter naturalis.* Sed de hoc motu prolixiorem inſtituemus ſermonem inferius, cum vteri tractationem perſequemur, hic nonnulla tantum dixiſſe, occaſione ſic data, ſufficiat.

m, 8. 3. F.F. n, D. D. o, H. p, 8. 11. F. q, 8. 18. Z. r, Q. ſ, S.

## CAPVT VI.

### *De Omento.*

*Synonymia.* QVOD Latinis [a] *Omentum* eſt, id Græcis ἐπίπλοον, & contracte ἐπίπλοω dicitur. Hippocrates libro de Glandulis ἐπίπλοα in plurali numero vocauit, & 5. Epidem. δέρτρον. Nonnullis γαγγαμὼν & σαγήνη appellatur, à ſimilitudine retis piſcatoriæ, quam denominationem plures retinuere, vt Germani, Belgæ, & Itali, qui *Reticello* nuncupant. Arabi-

a, 8. 3. F. F.F. F. & 8. 4. L. L.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

„ veluti in æſtuario quodam aſſervandi. Glandulæ enim, inquit, in inteſtinis maiores
„ ſunt, quam alibi in corpore, & paſcuntur humectationem nimiam ex inteſtinis expri-
„ mentes: inteſtina vero ex vaſis in omentum ſuſcipiunt, ac remittunt humiditatem.
Omentum autem in glandulas diſtribuit. Cæterum quia Author huius libri mea ſen-tentia Hippocrates non eſt, cum Galenus in 1. comm. de art. 46. expreſſe ſcribat, Hippocratis librum de Glandulis iniuria temporis periiſſe, non multum in huius loci declaratione laborabo: præſertim cum & abſurda doceat, vtpote Glandulas in omento reperiri, quod à nemine vnquam Anatomicorum ſtatutum eſt. Niſi ſi forte Omenti nomine abuſus eſt, & Meſenterium intellexit. Quicquid ſit, quia præcipuus, vt dixi, vſus eſt, Ventriculi & Inteſtinorum coctionem iuvare, videamus nunc quomodo huic vſui Natura ſatisfecerit. Primum ergo *figura* cauitati inferioris ventris accommodata fuit, vt commodiſſime omnes ipſius partes contegeret. *Magnitudinem* autem obtinuit, quantum erat ſpatium tegendorum viſcerum: ſed homini tamen, quam reliquis animalibus maius, quod cum erecto corpore incedat, nulliſque munitus ſit pilis, facile ab externis iniuriis lædatur, & tam à frigore, quam nimio calore. At enim cætera animantia cum prono corpore ambulent, tot cæli aeriſque iniuriis non ſunt opportuna: vt taceam, quod extremis cruribus foveant abdomen. Hinc fit, vt animalia, quæ omento deſtituuntur, quemadmodum ſunt Lepores, & Cuniculi, abdominis calorem contractis pedibus foveant, maximeque poſt cibum aſſumtum, vt quod ingeſſerunt, felicius concoquāt. *Subſtantia* membranea eſt, vt commode diſtendi & laxari poſſet, ventre repleto aut inanito: ad quam rem *tenuitas* ipſius plurimum facit, quantumvis &, ne oneri ſit ſubiectis partibus, prohibeat. Eſt autem *denſa*, quo minus internus calor diſſipetur, aut externus aer ingrediatur. Illo enim exſpirante, debilitas omnium viſcerum: hoc inſpirante, corruptio ſequeretur. Hoc nomine & *pinguedo* copioſa intertexta eſt, quæ hic egregie olei officio fungitur, quod noſtri Seplaſiarii expreſſis plantarum ſuccis affundunt, vt ab externi aeris ingreſſu vendicentur. Non mirum ergo, ſi minus commode viuant, quibus omentū in magnis abdominis vulneribus ablatum eſt. Non tamē totum omentum ex pinguedine propterea cōſtat, ſed quibuſdam locis membrana ſingulari Opificis providentia interpellata eſt. Debuit enim dilatari & conſtringi quoque, quod munus membraneæ ſubſtantiæ maxime omnium competit. Pinguedo autem hæc prope venas & arterias conſiſtit, ad tutelam vaſorum, quæ externis quampluribus periculis erant obnoxiæ, ſed maxime compreſſioni, in ventris repletione, & pluribus corporis motibus. Eſt autem *membrana* ex qua Omentum conficitur, *gemina*, vt modo Ventriculo, modo Inteſtinis, quorum actio alterna eſt, inſeruiat. Stomacho enim repleto cibis, at vacuis inteſtinis, ſuperior membrana attollitur, relicta in ſuo loco inferiore: contra repletis inteſtinis, inferior aſcendit. *Connectitur* autem cum ſuperioribus partibus abdominis, quod infimis annexum, dum homo erectus incedit, in ſe convolutum fuiſſet. Inferius liberum eſt, vt modo ſuperior modo inferior membrana aſcenderet. Imprimis tamen ventriculo alligatur, tamquam mediæ inter colon & lienem parti, à qua æqualiter dependet. Ne tamen in decubitu ad latus hinc inde volueretur; à lateribus, lieni quidem in ſiniſtro, colo autem & hepati in dextro, adnexum eſt. Quo ad *exortum*, eo loco pronaſci conve-

niebat

niebat, cui iungitur, quod inde venas & arterias pro ſanguine & vita hauriat.

Cæterum ſub finem huius capitis corollarij loco adiicere libuit explicationem aphoriſmi Hippocratis, qui eſt quinquageſimus quintus ſeptimæ ſectionis, huc maxime facientis, & qui ſine anatomica ſcientia declarari neutiquam poteſt. Inquit ergo Hippocrates, *Quibus Hepar aqua plenum in omentum irruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur.* In huius explicatione duo quæruntur, *primo*, per quas vias Iecur aqua plenum in omentum irrumpat, *deinde* an, & cur, neceſſario moriantur. Videndum tamen primum eſt, quid per Hepar intelligat, tum per aquam, inde Omentum, & tandem per verbum irruperit. Per *Hepar* enim duo intelligere licet, vel totum jecoris corpus, vel vnam tantum ipſius particulam. Galenus exteriorem ipſius partem intellexiſſe videtur, cum in commento inquiat, hepar aptiſſimum eſſe ad generandas veſicas aqua plenas, ὑδατίδας dictas, & quidem in ea quæ ipſum exterius ambit membrana. Meo tamen iudicio non inepte totum viſcus hac voce ſumi poteſt, quatenus ex venis & parenchymate conſtat, cum vniuerſum venoſum genus, quod in iecore eſt, aqua impleri, & diſtendi poſſit. Sed & ipſum verbum πλεῶν id nobis tacite videtur inſinuare, cum iecur aqua plenum dici non poſſit, ſi vna tantum ipſius pars nonnihil aquæ contineat. Per *Aquam* autem ſimiliter duo commode intelligimus. *Primo* quidem humorem ſeroſum ac frigidum inſtar aquæ, quomodo accepiſſe videtur idem Hippocrates, lib. 1. de morb. mulier. vbi hydropem mulieribus ab aquoſo liene fieri ſcribit, cum mulier inſigni febre laborans, plurimum biberit nec revomuerit, aut per vrinas, ſudores, vel alvum reddiderit. Tunc enim Lienem aqua repleri, quæ poſtea in Ventrem, aliaſque partes fluat. *Deinde* & humor bilioſus, tenuis, & aquæ inſtar fluidus, qualis plerumque iis, qui aſcite laborant, in ventris cauitate continetur. Talis enim copioſiſſime in feruido iecore generari poteſt, præſertim ex vſu vini generoſi, aut alimentorum, quæ hepatis calidam intemperiem augeant. Cumulari autem poteſt tum in ipſo, tum in toto corpore, & venoſo genere, indeq; ad iecur ob partis debilitatem transferri. Mea ergo ſententia per aquam hoc loco vterque humor, & calidus, & frigidus, dummodo fluidus ſit inſtar aquæ, ſumi poteſt. Aquã hanc *in Omentum* εἰς ἐπίπλοον, irrũpere ait, quæ verba intelligi poſſunt, primo quaſi dixerit, ἐπὶ τὸ ἐπίπλοον, ſupra omentum, in cavitatem abdominis, quæ ſcil. inter peritonæum, & inteſtina continetur. Et in hac ſignificatione videtur accepiſſe Galenus, in commento, dum inquit, ex veſicis hydatidibus dictis, quæ ſub cute iecoris ſunt, ſi perrumpantur, aquam effundi ad locum membranæ abdominis interioris epigaſtrio reſpondentẽ, in quo aquæ hydropicorum congregari ſolent. Sumi etiã poteſt pro ſubſtantia omenti, quæ ex venis, & arteriis conſtat, in qua notatione ſumſerunt nonnulli Recentiorũ, authoritate Hippocratis fulti, qui libr. 1. de morb. mulier. Splenem aqua tumidum excrementa ſua in corpus, & maxime in Omentum per venas deponere ſcribit. Sed & interna tandem illa cauitas, quam omenti duplicatio conſtituit, intelligi poteſt. Nec ex his vna tantum eſt expoſitio quæ mihi arrideat, ſed, ſi quod res eſt fateri debeo, omnes ſanæ veræque videntur. Nec enim moveor authoritate Galeni, qui negat in cauitatem omenti ex hepate quicquam influere, niſi prius exedatur, cum Anatomica inſpectio me longe aliud docuerit, vt poſtea dicemus. Hæc autem aqua non deſtillat ſenſim, vt voluerunt

*Hepar.*

*Aqua.*

*Omentũ.*

*Irrumpere.*

quidam declarare verbum ῥάγειν, ſed irrumpit, & magna vi ac confertim illabitur, Ῥαγὴ enim impetum fluxionis denotat, vt patet clarè ex 5. aphoriſm. 32. vbi γυναικὶ, inquit, αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις. Mulieri ſanguinẽ vomenti menſtruis cõfertim erumpentibus, ſolutio accidit. Galenus enim in comm. teſtatur, Hippocrati in more eſſe poſitum, vt confertim factas euacuationes, ſiue arte, ſiue natura, per verbum ῥάγειν deſignet, adeoq; & in hoc aphoriſmo τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, idem eſſe atq; ἀθρόως ἐκκεθέντων. Et ſanè & proprium eſt menſium in ſanis mulieribus cum impetu fluere, non paulatim. Sic Ariſtoteles 7. hiſtor. anim. 1. τὰ καταμήνια καταῤῥάγειν ſcribit, cum primum virginibus decimo quarto anno erumpunt. Irrumpere ergo hic fluxionem confertim factam ſignificat, priorq; aphoriſmi pars, ex toto jecore ſeroſum & bilioſum humorem confertim excerni poſſe teſtatur, & quidem vel in omenti partem ſuperiorem, quæ eſt in abdominis cauitate circumſepta à peritonæo & inteſtinis: vel in venas, quę per omentum diſperguntur, vel deniq; in partem interiorem, quæ eſt cauitas, quam duplicatum peritonæum conſtituit.

*Tres viæ per quos aqua in omentum irrumpit.*

Si quæratur nunc per quas partes hæc fluxio fiat, vt tres ſunt partes quæ per omentum intelliguntur, ita tres quoque vias eſſe dixero. *Prima* eſt exterior illa pars Iecoris, quam tegit membrana à peritonæo profecta, & quæ nullo modo omento includitur, aut eidem etiam alligatur. Hanc ipſam quoque viam agnouiſſe videtur Galenus, cum in commento huius aphoriſmi inquit, ruptis veſiculis aqua plenis in jecoris ſuperficie contentis, aquam in abdominis cauitatem, cui Omentum includitur, effundi. Sed & citra veſiculas euenire poteſt, vt aqua confertim ex hac jecoris parte effluat, perrupta illa membrana à magna ſeroſi humoris copia, vel exeſa etiam à nimia bilioſi acrimonia. Non minus hanc viam doctiſſimus Fernelius ſciuiſſe videtur, qui libr. 7. de morb. & ſymptom. part. cauſſam Hydropis aſcitis non aliam eſſe teſtatur, quam viſcerum, Iecoris, inquam, Lienis, & Meſenterij, ſiue fiſſuram, ſiue eroſionem: eos autem grauiſſimè hallucinari, qui cæcos quoſdam ductus ſibi imaginantur, per quos in abdominis ſpatium confluat, cum aſcites peræque omnes inuaderet, & natura humoribus diſtribuendis inutiliter tot vias paraſſe videatur. Adde, (inquit) quod ijs, quos ex vrina dies viginti ſuppreſſa, exſtinctos nouimus, aquę nil quicquam deprehenſum eſt, per cæcos illos ductus in abdominis ſpatium refluxiſſe, quoniam integra his, non pertuſa erant ſanguinis ſerique conceptacula. Hinc fit, vt aſcites ijs ferè ſuperueniat, qui rupta vel exeſa viſcerum vena cruentis vomitionibus, aut deiectionibus opportuni ſunt. Licet enim ſuppreſſus ſanguis ſit, ſeroſus tamen humor per derelictam fiſſuram præterfluit, inciditquę in ſpatium abdominis. Ego tamen hanc Fernelij opinionem haudquaquam ſemper veram exiſtimo, cum ex jecore aquam etiam ſine manifeſta continui ſolutione, ſiue tunicæ & membranæ exterioris, ſiue etiam ipſius ſubſtantiæ effluere ſtatuam: ſed per cœcos membranæ ductus, qui ampliores reddi poſſunt, quando membrana copia humoris nimium dilatata, attenuataque fuerit, vt mediante noſtro calore per ipſam aqua tranſſudare, ac ſic paulatim ſtillare queat. Cæterum hoc modo paulatim tantum humores à jecore excidunt, non confertim fluunt. Aſcites ergo vt plurimum ſic oritur, hoc eſt, citra aliquam membranæ deperditionem, aut fiſſuram, ſi quando ab Hepatis

*Sed reſtat dubitatio*, quomodo jecur ita repleri aqua queat; vt ſi aqua illa in omentum irrumpat, venter inde diſtendatur, & ægri moriantur? Videtur enim fieri non poſſe, vt tanta aquæ copia in jecore contineatur, quod triplo minus eſt abdominis cauitate. Sed jecur vbi aquam illam exonerauerit, propter imbecillitatem, & vaſorum dilatationem nimiam factam, tum generat, tum facile ex vniuerſo venoſo genere ſuſcipit nouam materiam, quæ continuo poſtea in cauitatem imi ventris exſtillat. Et hoc illud ipſum eſt, quod Hippocrates dicebat, ſi ſcilicet hydropico ſuccedat alui profluuium, ita vt aqua, quæ in venis eſt, ad aluum conuertatur, morbi fit ſolutio. Quod enim reliquum eſt aquæ in abdomine contentæ, Natura ſæpe diſſipare ac diſcutere conſueuit, præſertim ſi bona victus ratio, & medicamenta accedant.

## CAPVT VII.

### *De Gula.*

CVM Ventriculus Gulæ, ſiue Oeſophago continuetur, de vtroque hoc libro agemus, quantumuis Gula in medio potius, quam infimo ventre ſit ſita. Pars ergo illa teres, quæ ab ore ad Ventriculum deſcendit, Græcis οἰσοφάγος dicitur, & propriè *Synonymia.* στόμαχος ἀπὸ τȢ̃ μήκȢς καὶ στενότητος, à longitudine & anguſtia ſua, vt teſtatur Ariſtoteles ipſe 1. hiſtor. animalium 16. vbi ἐντὸς, inquit, τȢ̃ αὐχένος, ὁ τε οἰσοφάγος καλȢ́μενός ἐστιν, ἔχων τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τȢ̃ μήκȢς καὶ στενότητος. *Etymologia.* Quem locum doctiſſimus Gaza ſic interpretatur, Gula intra collum eſt, ab anguſtia & longitudine nuncupata, cum ita potius vertendus eſſet: Intra collum œſophagus eſt, cognomen habens ab anguſtia, & longitudine. Sed locus tamen ipſe nihilominus obſcurus manet, cum οἰσοφάγος, ab antiquo potius verbo οἴω, & φάγημα, quod cibum ferre ſignificat: at στόμαχος, quaſi στενὸς καὶ μακρὸς dicatur. Ex quo fit, vt locum illum paulo aliter legendum cenſeam, præſertim cum capite 12. dixerit, στόμαχον intra collum aſperamque arteriam ſitam eſſe. Vera ergo lectio fortaſſis hæc eſt, ἐντὸς δὲ τȢ̃ αὐχένος οἰσοφάγος ὅ, τε καὶ στόμαχος. Latini *Gulam* vocant, Arabes *Meri* & *Veſret*. Dixi autem hanc partem propriè *Stomachum* vocari, quod apud Latinos hæc vox pro Ventriculo quoque ſumatur, vt cum Celſus inquit, Imbecilles ſtomacho, quales maxima pars literatorum, omneſque fere cupidi literarum ſunt. *Origo, & progreſſus.* Eſt autem pars organica, cuius initium à faucibus ad linguæ radicem, ſtatimque inter aſperam arteriam, cui ſubſternitur, tum corpora vertebrarum colli, & quatuor priorum thoracis, quibus inſidet, recta deſcendit. At vbi ad quintam thoracis vertebram peruenit, trunco arteriæ magnæ deſcendenti cedens, nonnihil ad dextrum latus flectitur, deinde cum eadem ad nonam vſque deductus, paululum à corpore vertebræ membranarum beneficio eleuatur, arteriamque ſupergrediens, Diaphragmatis neruoſum corpus à læuo latere pertranſit, & circa vndecimam Thoracis vertebram ventriculi ſiniſtro orificio inſeritur. *Subſtantia.* Conſtat autem ex *tribus membranis*, quarum vna communis eſt, duæ propriæ. *Communis membrana* proprias inuoluit, & cooperit, quam nonnulli à Peritonæo, alij à ligamentis vertebrarum, quibus adhæret, deducunt. *Propriarum* prima, ſiue externa, carnoſa, & craſſa eſt tranſuerſis tantum fibris donata:

altera,

aſperæ arteriæ in duos truncos diuiſæ ſubijcitur.

Vſus Oeſophagi eſt, vt infundibuli loco ſeruiat, per quod cibus ac potus in ore nõnihil confectus, ad ventriculum tranſmittatur. Sed præter hunc & *Actionem* habet, cum cibum excipiat per dilatationem membranæ propriæ interioris, & exceptum detrudat in ventriculum per conſtrictionem externæ tunicæ propriæ, & muſculorum, quos Pharyngis vocauimus, ſupraq; libro quarto deſcripſimus. Vſus. Actio.

## CAPVT VIII.

### *De Ventriculo.*

OESOPHAGO Venter continuus eſt, qui Græcis γαςὴρ, & κοιλία dicitur à cauitate: at Latinis *Ventriculus* ad diſcrimen ventrium maiorũ. Hic *figura* vtriculari paſtorum tibiæ perquam ſimilis eſt, cum oblongus ſit, & rotundus, ſupra gulam: inferius duodenum connexum habens, quibus duas illas fiſtulas eleganter exprimit. A ſiniſtris, & in fundo amplior paulo: at dextrorſum ſenſim attenuatur. *Situs* autẽ eſt in ſuperiore infimi Ventris parte, inter primas lumborũ vertebras, & cartilaginẽ mucronatam, fundoq; ad vmbilicum vſq;, præſertim dum ſedemus, aut ambulamus, porrigitur: quod ſi cibo potuq; repletus ſit, vlterius etiã nonnihil deſcendit. *Elatiore ſui parte*, qua ſuperius orificium eſt, in ſiniſtram partem paululum declinat: *inferiore* autem, in dextrum latus. Proxime ergo Diaphragmati ſubiacet, ꝙ maiore etiam parte contingit, vnde admodũ alimentis diſtentus, Diaphragmatis motũ impediendo, Dyſpnęam concitat. *Anterius & à dextris* hepatis cauo tegitur; à *læuis*, Liene; *poſterius* Arteria magna, Venaq; caua, & pancreas ſita ſunt, à quibus veluti foculis quibuſdam incaleſcit. Quamobrẽ ſi huiuſmodi viſcera affecta ſint, præſertim ſi ſcirrho laborent, aut aliqua frigida intemperie, concoctionẽ neceſſario lædi, facile ex his colligitur. *Magnitudo* ipſius, etſi ab Hipp. quinq; palmorum longitudine definita ſit, admodũ tamen variat. Communiter fęminis, quã maribus minorem cõtigiſſe obſeruauimus, ꝙ propter vterum, vt commodius in grauidis diſtenderetur, euenire crediderim. Notaui etiã in Viri cadauere ventriculi amplitudinẽ quatuordecim aquæ libras cepiſſe, & magnitudinẽ etiam in viuis ex oris lõgitudine deſumi poſſe, cum grandiorẽ habeant ventriculũ, quibus os maius eſt. *Connectitur ſiniſtro orificio* cũ gula; *dextro*, cum inteſtino duodeno. *Fundo*, cũ omenti parte ſuperiore: *ſima* vero, cũ portione partis eiuſdẽ inferiori. Conſtat aũt ex tribus membranis, quarum

*Synonymia.* *Figura.* *Situs.* *Magnitudo.* *Connexio* *Subſtantia.*

Oo

quarum *prima* cōmunis eſt, à peritonæo enata, ea parte, qua ſeptum tranſuerſum circa ſuperius orificiū ſuccingit. Rectas hęc habet fibras, & omniū quę à peritonęo prodeūt, craſſiſſima eſt. *Altera*, quę exterior propriarū, tota carnoſa eſt, tranſuerſis cōſtans fibris, quibus paucæ quædam, ſed carnoſæ, obliquæ ſubiacent. *Tertia*, ſiue interior, neruoſa, œſophagi tunicæ, labiorum, & omniū quæ in ore ſunt, cōtinua, triplici fibrarū genere mire intertexta: inter quas rectę copioſiores ſunt, & magis conſpicuę. Habet præterea *duo orificia* in elatiſſima ſui regione: *vnum*, quod ſiniſtrū dicitur, & dextro maius eſt, cui Oeſophagus continuatur. Vocatur à Græcis, καρδία, Cor, à quo dolores in ipſo facti, καρδιαλγίαι & καρδιωγμοὶ dicuntur, quod maximus inter cor, & ipſum ſit conſenſus, non quidem, vt vulgo creditur, ob vicinitatem, ſed potius ob neruos, qui ex eodem ramo ſexti paris in vtrumq; viſcus diſſeminantur, vnde fit, vt vno laborante alterum ſimiliter afficiatur. Conſtat hoc fibris carnoſis orbicularibus, vt alimento intra ventriculū recepto, exacte claudatur, cum plurimū in coctione referat, ne fumi à cibis eleuati, & cum his calor, diſſipetur. *Alterum*, dextrum dicitur, & inferius, quamuis non minus in elatiſſima quoq; ſede ſit poſitū, quod Veteres, à quibus hæc appellatio fluxit, male crediderint, in inferiore loco reponi. A Græcis πύλωρος dicitur, quaſi Ianitor, quod cibis ex Ventriculo ad inteſtina viam aperiat. Huic præter tranſuerſas, quas habet, fibras, intrinſecus craſſior ſpiſſiorq; circulus circumiectus eſt, ſphincteris muſculi in modū, vt & claudi, & aperiri queat. *Venas* complures habet, quæ tamen omnes à Portæ vena originem trahunt, & vel à Trunco, vel Ramis, iiſq; Splenico, aut Meſenterico. A *Trunco* quidem Pyloricus ramus. A *Splenico* autem, Gaſtrica, à qua Coronaria naſcitur, Gaſtroepiplois ſiniſtra, & Vas breue. A *ramo Meſenterico* antequam diuidatur, Gaſtroepiplois dextra. *Arterias* habet ab arteriæ magnæ ramo Cęliaco, quæ ſingulas venas comitantur, de quibus ſupra libro ſexto dictum eſt. *Neruos* complures & inſignes à ſexto pari, qui vna cum œſophago Diaphragma tranſeuntes ſeſe interſecant, & *dexter* quidem ſiniſtram & anteriorem: *ſiniſter* vero, dextram & poſteriorem ventriculi partem cingit, vnde fit, vt exquiſitiſſimo ſenſu orificium ſuperius ſit donatum. Voluit enim Natura, vt eſſet ſedes appetitus animalis, & defectum alimenti in corpore quam celerrime perſentiret, cum deficiente in Venis naturali ſanguinis copia, exhauſti nonnihil in corporis nutritione, Ventriculus, & potiſſimum eius interior tunica conſtringatur, vnde tractis neruis dolor ille, quem famem appellamus, naſcitur. *Incedunt* autem tria hæc vaſorum genera inter tunicas ventriculi, & quidem communem & proprias, ſicque extremis oſcillis in internam propriam terminantur.

*Orificia duo.* *Venæ.* *Arteriæ.* *Nerui.* *Vaſorum progreſſus*

ACTIO *Ventriculi*, eſt ciborum in chylum conuerſio, quam Græci χύλωσιν appellant. Eſt autem *Chylus* ſuccus albus, & mediocriter craſſus, cremori hordei non abſimilis, à Ventriculo ex alimentis per concoctionem elaboratus. Coctio autem hæc per calorem fit, nec tantum illum, qui ſubſtantiæ Ventriculi innatus eſt, aut à Corde indeſinente fluxu ſuppeditatur: ſed & quem circumſtantes partes ſuo fotu ſuggerunt, cuiuſmodi ſunt *in dextra parte* Iecur, *in ſiniſtra* lien, *ſuperius* diaphragma, *inferius* inteſtina, *ante* omentum, *retro* arteriæ, & venæ cauæ trunci. Calor autem hic non eſt nimius, ne adurat, ſed moderatus, & blandus, humiditatis cuiuſdam non expers, vt elixationi ſimilis ſit illa coctio. Vt autem quamplurimum ipſe in ſe reciperet, nec tamen

*Actio.* *Chylus.*

multum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

diligenter verſati ſunt, nihil omnino, quod mentem in admirationem poſſit trahere dignii æſtimabitur. Quin imo hoc loco exoptem, omnes qui Medicinæ nauant operã hanc vti corporis tranſpirationem bene animo comprehendant ſuo, cum ex hac multarum grauiſſimarum quæſtionum ſolutiones promptiſſime petantur. Cæterum abundat in Ventriculo pituita, vel ob deſtillationem à capite, vel propter crudos humores ex craſſis cibis genitos, quo pacto memini à me curatum, qui ab eſu anguillæ in hunc affectum incidit, & alium quendam, qui admodum huic malo opportunus erat, ſi quando crudos cibos vel deguſtauerat. Collecta autem ſic pituita *dolores concitat*, quod ſiniſtrum ventriculi orificium tum frigiditate pituitæ, tum flatibus inde obortis, afficiatur. Dolor autem hic nonnunquam eo exacerbari conſueuit, vt ægri animi deliquio corripiantur. *Tenetur* autem *concluſa*, quod neque ad medii ventris cauitatem, ob ſolidiorem diaphragmatis ſubſtantiam: neque ad imi, ob dictam membranam, tranſſudare queat. Hos enim ventres per ὑδετέρην κοιλίαν intelligit, quamquam non deſint, qui credant, Thoracem & ventriculum denotaſſe, qui tamen errant, cum hos frequenter ſic, & Thoracem quidem, τὴν ἄνω, at imum ventrem, τὴν κάτω appellitet. Accedit, quod expreſſe in hoc aphoriſmo Ventriculum γαστέρα vocet. Quod ſi tandem inquirat, *per quos ductus* pituita hæc in *veſicam transfluat*, illi reſpondeo, Venas eſſe ex Hippocratis ſententia; intelligi autem venam Cavam, & Arteriam magnam, in cuius ramos illi cauitati vicinos, attenuata à noſtro calore pituita rapitur, & poſtea per emulgentes propagines in renes tranſmittitur, à quibus ad veſicam tandem deriuatur, cum via ſit eo rectiſſima. Quo loco nota, non ſolum diuiniſſimo Hippocrati hanc de qua diximus, tranſpirationem corporum, fuiſſe cognitiſſimam, vt ex diuerſis ipſius oraculis, præcipue libro de alimento patet, ſed & eandem hic ad vſum reuocatam, cum dicat pituitam hanc in venis ex illo ſpatio rapi, inde ad vrinæ vias tranſmitti.

## CAPVT IX.

### *De inteſtinis.*

*Synonymia.* VT Gulæ Ventriculus, ſic ventriculo continua ſunt *Inteſtina*, quæ Græcis ἔντερα dicuntur, παρὰ τὸ ἐντὸς εἶναι, quod in intimis corporis partibus conſiſtant. Fuere nonnulli, qui χολάδας dixerunt, quod bilem, χολὴν appellatam excipiant. Latini communiter *Inteſtina*, & nonnulli *Interranea* vocant, quæ tamen vox in latiore ſignificatione vſurpata quævis interiora viſcera, peritonæo incluſa, denotat. Hinc phraſis illa apud Latinos vulgaris, qua *exenterare* dicunt animalia, cum interiora viſcera eximuntur. Barbari *Chordas* nuncuparunt, quæ appellatio poſtea fidibus ceſſit, quæ ex inteſtinis fiunt, & teſtudinibus obducuntur. Fuit tamen hæc vox & Græciæ olim familiaris, quod patet ex Athenæo 7. δειπνοσοφ. vbi hædorum inteſtina χόρδας ἐρίφων appellat. *Situs.* *Sita ſunt* in infimo ventre, cuius amplitudinem fere vniuerſam occupant, & cum longiſſima eſſe debuerint, quo facilius caperentur, plurimis modis inuicem ſunt conuoluta. *Cõnexio.* *Connectuntur* autem beneficio meſenterii, cuius interuentu, quemadmodum & omenti, dorſo alligantur, cæterum ab ilii oſſibus magna ex parte ſuſtentata. *Initium.* *Initium* ipſorum

à dextro

ea coli parte, quæ ventriculo adhæret, ab inferiore omenti membrana exoritur, in Ie-
iuno autem ileo, & reliqua coli parte, & craſſis inteſtinis, à Meſenterii membranis.
*Prima propriarum*, ſiue exterior, membranoſa eſt: *ſecunda*, & interior, neruea, quamuis
ob cruſtam, qua intrinſecus ſuccingitur, & ex tertiæ coctionis excrementis ipſorum
inteſtinorum enata eſt, carnoſa videatur. Inter communem & proprias, quemadmo-
dum & in Ventriculo, vaſa diſcurrunt, Venæ & Arteriæ, Meſaraicæ vulgo nuncupatæ.
Oriuntur *Venæ* à Vena portæ, tametſi non ab vno & eodẽ ramo ad ſingula diſpergãtur. ***Venæ.***
*Ad inteſtinum* enim *Duodenum*, duodena mittitur; *ad Ieiunum, Ileum, Cæcum & Coli dextram
partem*, Dextra meſenterica: *ad ſiniſtram autem Coli, totumque Rectum*, Hæmorrhoidalis: *ad
mediam vero Coli partem*, quæ ſub ventriculo tranſuerſim incedit, Epiplois poſtica. *Ad re-
ctum* tamen *inteſtinum*, & à Cauæ ramo hypogaſtrico vena mittitur, quæ Hæmorrhoi-
dalem externam conſtituit, de quibus omnibus ſupra, libro quinto egimus. *Arteriæ*
partim à Cæliaco ramo, partim ab vtraque Meſenterica oriuntur. *Ad Duodenum* qui- ***Arteriæ.***
dem *& Ieiuni initium*, propago à dextro Cæliacæ ramo mittitur: ad *Ieiuni* autem reli-
quum, *Ileum, Cæcum, & Coli partem dextram*, Meſenterica ſuperior: *ad Coli* vero *partem ſi-
niſtram*, ac *Rectum inteſtinum*, Meſenterica inferior, quæ cum venis ad extremum podi-
cem deſcendens, Hæmorrhoidalem arteriam conſtituit. Tandem *ad Coli partem mediã*,
quæ Ventriculo ſubeſt, Epiplois poſtica vadit, quæ ab inferiore parte Arteriæ Spleni-
cæ, quæ Cæliacæ ſiniſter ramus eſt, enaſcitur. *Nervos* habent, à ſexto neruorum pari. Et ***Nervi.***
*Duodenum quidem*, exiguos à ſtomachicis, qui pylorum adeunt: *reliqua* quamplurimos,
vtrinque à ramo, qui coſtarum radicibus exporrigitur: *Recti* autem *finis*, ſiue Podex,
quatuor à quinta coniugatione oſſis ſacri. Hinc tam exquiſitus inteſtinorum ſenſus,
grauiſſimique dolores in colo & recto male affectis, perſentiuntur. *Foris pinguedinem* ***Pinguedo.***
adnatam habent, quod diligenter notandum eſt contra Medicos complures, qui ſta-
tuunt pinguedinem in dyſenteriæ initio ab inteſtinis abradi. Quam prorſus ineptam
ſententiam ineptius adhuc probare conantur ex inteſtinis animalium domeſticorum,
quæ menſis quotidie inferuntur, in quibus pinguedo internam ſuperficiem occupat,
ignari à Lanionibus inteſtina inuerti. *Intrinſecus* mucoſa quadam ſubſtantia obducun- ***Subſtãtia***
tur, quæ pituita quædam eſt excrementitia, in prima coctione nata, qua ſapientiſſi- ***mucoſa.***
mus Opifex inteſtina quaſi inuitrauit, vt alui fæces lubricitate promotæ, ex corpore
promptius depellantur. Huius vtilitas quanta ſit, tum demum intelligimus, cum poſt
diuturnas alui fluxiones, in quibus pituita hæc vna excreta eſt, ventris beneficium de-
ſideramus. Vtcunque autem inteſtinorum vnus continuuſque ſit ductus, adeoque v- ***Numerus***
num inteſtinum dici poſſit, quidquid ab infimo Ventriculi orificio ad extremum

vſq; anum porrigitur;ſolent tamen complura nūr
rit circa ſubſtantiam,figuram,ſitum,magnitudine

*Differētia inteſtinorum.* *ſubſtantiæ*,craſſiora,vel tenuiora dicuntur: à *figura*,
alia anfractuoſa,vt Colon. item læuia,aut aſpera.
dem occupant,vt tenuiora; vel lateralem,vt craſſ
dicuntur,vt colon; quędam anguſtiora,vt cæcum.
ra,vt duodenum.Ratione *vaſorum* notatu digna e
recipiunt,vt jeiunum & ileum,quædam pauciora
quædam chylo perficiendo & diſtribuendo dicat
colligendis,& excernendis,vt craſſa. Cæterum vt
natomicis diuiſio,petita ex diuerſitate *ſubſtantiæ*,ac
πεϱὶ ἀϱαιὰ ϗ στινὰ,& in craſſiora,ſiue παχέα diuidun
um,totidemq; craſſorum.

*Tenvia Primum.* Tenvivm primum ab Herophilo δωδεκαδάκτ
longitudine duodecim tranſuerſos digitos exæq
orificio,ſiue pyloro,quo nomine à Galeno ἔκφυσις
lo ad poſteriora deſcendit,quouſq; inteſtina cæte
terio inuolui incipiunt,cum ſolum hoc cum meſe

*Secundū.* *Secundum tenuium*,νῆστον, & *Ieiunum* dictum, quo
reperiatur,ob vaſorum multitudinem,& flauæ bil
pit adhuc puram. Huius *principium* à dextris eſt ſub
ſtina torqueri incipiunt, ac circa vmbilicalem re
orbes quamplurimos conuolutum,in ilium term
tum maiores,tū frequentiores,ac cętera inteſtina,
li,quin ad hepar quam celerrimè traducatur:Eſt a
ſola totius jeiuni circumſcriptionem Anatomici n
*Meatus bilarius* inſeritur, per quem ab hepate bilis
expulſionem ſtimulat, ac vna cum fæcibus extra
duodecim palmorum eſt, triumque digitor
tranſuerſi. Cum autem duæ membranæ ſint p
rior externa longior eſt, quod *plicis* innumerabil
& orbiculariter inteſtinum cingunt vt chylum p
liter extendant.

*Tertium* *Tertium* tenuium, Gręcè λεπτὸν dicitur,Tenue,à
bet,tenuitate.Nonnulli & εἰλεὸν vocant, & ab hoc
cum Hippocrates,cæteriq; omnes elegantiores h
& Galenus expreſſe 2.meth.2.nomen Ileos non à p
ductum eſſe teſtatur,ſiquidē εἰλεῖσϑαι idem ſit, quod
ſequuti *Ileum* communiter appellant.*Initium* ducit
periuntur:at finit circa dextrum renem,vbi tum c
tem ſubter vmbilicum,ad ilia vtrinq;,& coxas ſitu
*mum*,cum viginti & vnum palmum exęquet.Cęte

*Ligamentum coli.* lius redditur. Ne autem cellulæ hæ diſſoluantur, prouida Natura *ligamento* quodam, & vinculo proſpexit, quod per huius elatiorem & mediam ſedem, ſecundum inteſtini longitudinem excurrit, ſed medij digiti latitudine eſt, quo rupto, aut laxato protinus euaneſcunt. Sunt & *appendiculæ* quædam pingues, quæ adnaſcuntur, vbi propius ab inteſtino recto abeſt, euidentiſſimæ in valdè obeſis. Habet & *Venas*, & *Arterias*, quamuis pauciores, & minores, quam gracilia, delatas à ramis venæ Portæ, & Arteriæ magnæ. *Neruos* autem à ſexta coniugatione frequentes, vnde tam exquiſitus in ipſo ſenſus eſt.

*Valuula.* Cæterum hoc loco minimè prætereūda [c] eſt *Valuula*, à Recentioribus Anatomicis in exortu huius inteſtini, vbi Ileo iungitur, inuenta, membranoſa, orbicularis, ſurſum ſpectans, vnoque verbo, ſimilis illis ſigmiformibus, quæ in cordis ſinibus continentur. Magnum profecto & egregium diuinæ prouidentiæ ſpecimen, cuius veſtigia cum per totam hanc rerum vniuerſitatem ſumma ſolertia diffuſa ſint, in quibuſdam rebus ſingulariter eminent. Quia enim in alui excretione, quæ per ventris compreſſionem fit, à muſculis abdominis ſeptoque tranſuerſo feces in Colo contentæ, in tenuiora inteſtina regurgitare poterant, & hinc vomitus ſtercoracei conſequi, regreſſum illum Valuula hæc egregiè coërcet, & impedit. Aperta enim tam exactè foramen illud, quod ileo coloque commune eſt, occludit, vt ne flatus quidem in ileum poſſit aſcendere. Hanc valuulam ſi quis videre cupiat, rectum inteſtinum aqua repleat, & dependente Colo à manu, ſuſpendat. Aqua enim vbi ad valuulam peruenerit, conſiſtet, nec vlterius, ne vi quidem adacta, progredietur, niſi valuula illa prius rupta, ipſi ceſſerit. Et hoc eſt, quod Galenus 13. meth. 17. obſeruauit, quamuis cauſam ignorauerit, Clyſteres per ſedem infuſas, ad ieiunum vſque inteſtinum aſcendere neutiquam poſſe. Quod tamen ipſum de ſanis tantum, iiſque quibus ſecundum naturam ſe habet Valuula intelligendum eſt, cum ſæpenumero in diſſectionibus à me obſeruatum ſit, Valuulam hanc laxiorem quibuſdam à morbo fuiſſe, ita vt aqua, vel aër inflatus per colon, in ileum pertranſierint. Rarius tamen id contingit, nec niſi præter naturam, in ijs, qui ileo & colicis doloribus vexantur, quibus interdum clyſteres ad Ventriculum vſque vna cum excrementis ſic aſcendunt, vt vomitu reddantur. Et in huiuſmodi caſibus Valuulam hanc ruptam, aut malè affectam fuiſſe credendum eſt: vel muco, pituitaque craſſa ita oblitam, (quod facilius mihi perſuaſerim) vt cæco ac colo quaſi agglutinata, aperiri haudquaquam potuerit. Atque hoc eſt quod idem Galenus 3. de ſympt. cauſſ. notauit, aliquibus clyſteres iniectos ſic aſcendiſſe, vt vomitu reiecti ſint, non ſecus ac fæces, quæ per lethales voluulos nonnunquam euomuntur. Illud autem notatu digniſſimum eſt, tenuium inteſtinorum membranis propriis, coli proprias eſſe craſſiores & neruoſiores, quantoque propius ab inteſtino recto abſunt, eo magis craſſeſcere, & interiorem tunicam tranſuerſis circularibuſq; fibris plurimis donari, paucis rectis, nec ijs valde conſpicuis, *cum tenuium inteſtinorum tunica interior*, obliquas habeat, paucas rectas: *exterior* vero tranſuerſas.

[c] c. 8. ſ. 7. & 8. B.

*Obſeruatio.*

*Tertium.* *Tertium*, & vltimum craſſorum *Rectum* eſt, Græcis ἀπευθυσμένον dictum, quod à principio ad finem recta ſemper ſine ſpiris, aut protuberantijs procedat. Vocatur etiam ἄρχον, vel quaſi ἀρχή, quod principium videatur omnium inteſtinorum, vel quia ἄρχων, ſit & Princeps, ſummam in nos poteſtatem gerens, cum cogat nos vel in maxime ſeriis negotijs,

negotijs, onera quibus premitur, deponere. Colo inteſtino *magnitudine* admodum cedit, cum nec ita amplum ſit, & longè breuius, vtpote ſpithamæ longitudinem non ſuperans. *Subſtantia* tamen eadem eſt, quæ Coli, præterquam quod in extremitate muſculum habet orbicularem, quem σφιγκτῆρα Hippocrates vocat, de quo lib. 4. dictũ eſt. *Tunicæ* autem paulo craſſiores ſunt, & carnoſiores, ex quo fit, vt vulneratum conſolidetur, præter cæterorum naturam. Hæ plurimas tranſuerſas, & nonnullas rectas fibras, pauciſſimas obliquas obtinent. *Venas* etiam, non tantum vt reliqua à Vena Portæ, ſed etiam à Caua habet, quæ ex magno ramo iliaco prodeunt, & Hæmorrhoidales externas conſtituunt. *Oritur* ſtatim à Colo, cui continuatur in ſummitate oſſis ſacri, & pertingit ad extremum coccygem, vbi anum conſtituit.

ACTIO inteſtinorum triplex eſt, meo judicio. *Primus* chyli à Ventriculo tranſmiſſi vberior coctio, *alter* eiuſdem digeſtio, *tertius* expulſio. *Vberior* quidem *coctio*, cùm interna inteſtinorum tunica, ſi quid in Ventriculo non benè elaboratum ſit, in horum longo tranſitu perficiat, vt notat Galenus, 4. de vſ. part. 17. & 18. introduct. 11. Hunc vſum quæcunq; inteſtina præſtant, cum benigniſſima Natura quam maximè ſollicita fuerit, vt prima alimenti coctio quam perfectiſſima foret, quod ſciret errores eius in coctione ſecunda emendari neutiquam poſſe. *Digeſtio* autem, cùm ex his ſuccus, qui in chylo eſt optimus, à venis & arterijs meſaraicis attrahatur, & ad hepar totumq; venoſum ac arterioſum genus diſtribuatur. Vſus hic ſimiliter omnibus competit, præcipuè tamen tenuibus, ex quo fit, vt vaſa & maiora frequentioraque obtinuerint. *Receptio* tandem, & *expulſio* eorum, quę inutilia ſunt, potiſſimum craſſorum eſt, quę primum quidem receptaculi munere funguntur, & retinent, ne continuis excretionibus, Homo in rerum diuinarum contemplatione interpelletur, mox, vbi aut copia ſua, aut qualitate moleſta fiunt, excernunt, pelluntq;. ACTIO.

Ad hæc præſtanda maximè opportuna fuit Inteſtinorum naturalis conſtitutio. Nã quo ad *ſedem*, perquam commodè in imo Ventre, & quidem inter Ventriculi inferius orificium extremumq; podicem ſita ſunt, vt ab illo prompte ſuſcipere, per hunc, quæ ſuperarunt, detrudere poſſent: quidquid autem vtile eſt, per venas meſaraicas, & arterias, rapi ad hepar, & arterioſum genus deduci queat. Ex his primum locum habet *Duodenum*, quod ſub ventriculo ad poſteriora reflectitur, vt lumborum vertebris adnectatur, minimeq; flexuoſum eſt, ne chyli ingreſſus præpediatur. *Ieiunum* poſtea, & *Ileum*, mediam regionẽ & proximam meſenterij centro occupant, vt vbiq; à centro ęqualiter abeſſent, ex quo Venę Portę, & Arterię magnę truncus, à quo infinitas propagines diſtributas habent, emergit. *Colon* autem circa inania loca, ſiue κενεῶνες, & ſub ventriculo ſitum eſt, vndiq; tenuia ambiens, vt quia fecibus primum continendis, mox excernendis deſtinatum erat, eo in loco jaceret, vbi tum à muſculis obliq; aſcendentibus, tum à Diaphragmate commodius comprimeretur, & excretio fecũ voluntaria fieret. Laterales enim partes, dextram ſiniſtramq;, obliq; deſcendentes abdominis comprimunt; mediam, & quæ tranſuerſim ſub ventriculo excurrit, ex ſuperiore ſui parte Diaphragma, ex inferiore tenuia inteſtina, quæ colon ambit. Cũ autẽ Valuula impediat, quo minus ad ileum regurgitent feces, neceſſario per rectum inteſtinum, vbi nullũ, quo quieſcant locum inuenerint, detruduntur. *Rectum* eam potiſſimum ſedem obti-

 nuit,

nuit,vbi quam celerrime quæ excernenda ſunt,expellere poſſit. Situm hunc vt perpetuo inter ſe ſeruent, nec confundantur vnquam, vicinis partibus *anneƈtuntur*, primum quidem meſenterij beneficio, quod per hoc vaſa meſaraica ad inteſtina deducantur; deinde & omenti,quod coli mediæ parti meſenterij loco inſeruiat. Vt autem vna vice,quantum ad corporis nutritionem reſtaurandam ſufficit, ſuſcipere aptanata ſint,*figuram* accepere cauam, & quidem teretem,vtpote quæ capaciſſima. Rurſus vt acceptum alimentum debito tempore retineant, & æqualiter per omnia extendant,*longa* ſunt;maxime tenuia, quibus id muneris peculiariter tributum eſt. Craſſa autem,quod tantum inutile colligant, breuiora, & ampliora ſunt facta. Hinc & *tenuia* interiorem tunicam plenam *rugis* obtinent, vt tranſeuntem chylum remorentur, & intercipiant; *craſſa* autem, anfractus & *cellulas* ne in vnum forte locum feces colligantur, & vicinas partes comprimant, ſed potius per cellulas diſperſæ, æqualitatem coli obſeruarent. Cùm enim ex ventriculo cibus deſcendit,inteſtina copia irritata protinus,quam fieri poteſt,à ſe conantur propellere, vnde ſemper verſus inferiora detrudunt. Ne ergo illapſus ſubito iterum excidat, rugis pliciſque ſollers Opifex præcauit, quæ præterlabentem intercipiunt, & æqualiter extendunt. *Subſtantia* autem membranea eſt,ventriculi ſubſtantiæ non abſimilis,tum quia extendi,dum recipiunt, tum quia ſubſidere in ſe, dum inaniuntur, debebant. Habent autem duas membranas proprias, vt actio retinendi, vel expellendi rectius perficiatur. *Tenuium* quippe interna, obliquas habet;externa, tranſuerſas, quod horum potior actio retentio ſit, & diſtributio chyli; *craſſiorum* vero interna, tranſuerſas;externa, obliquas, & rectas, quod maiore vi indigeant in fecum expulſione. Membranæ autem hæ in illis tenuiores ſunt,quod liquidiorem materiam molliorem q; ſuſcipiant: in his craſſiores, quod ſiccam, duramque. *Venis* & *Arteriis* donata, vt ſanguinem pro nutritione; & ſpiritum pro vita continuo affluentem accipiant: tum etiam vt id, quod in chylo vtilis ſucci eſt,ab iiſdem arteriis exſugatur,teſte Galeno 4. de vſ. part. cap. 17. vbi inquit, arteriarum orificia ad inteſtina pertingentia modicum quiddam cibi aſſumere, plurimum autem Venas. *Nervos* habent,non tantum ob ſenſum,vt tum grata arripiant,tum noxia moleſtaq; pellant:ſed etiam motum. Eſt enim motus quidam obſcurus inteſtinorũ tenuiũ,quo chylum à ſupernis ad inferiores ſedes promouent, quum in noſtro arbitrio non ſit,illum vt feces craſſorum, depellere. Hunc elegantius demonſtrare, quam in lumbricis terreſtribus, & hirudinibus non licet, dum in ſe contrahuntur: nec verius dari probare, quam in herniis illis maximis,in quibus vniuerſum, aut maxima pars ilei,in ſcrotum incidit. Quo enim detruderentur fæces,niſi hoc ipſo modo, cum nihil ſit quod à ſe motum habeat, præter illum qui competit ratione prædominantis elementi. Et ex hoc motu rationem licet reddere Ilei, ſiue conuolułi,in quo ſuperior inteſtini pars inferiori inuoluitur, qui morbus proinde & ſolis tenuibus competit, quod craſſa hoc motu careant.

CAPVT

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Ne vero ruptioni opportuna forent vaſa, arteriarum venarumque diuaricationibus

Glãdulæ. *glandulas* interiecit, quæ in magnitudine cum propaginibus ſuis proportionem ſeruant. Maxima harum eſt ad Meſenterij centrum, vbi prima fit vaſorum diſtributio, qua ſcirrho laborante totius corporis marcor, ob impeditam chyli tranſmiſſionem ſequitur.

Cõnexio. *Connectitur* Meſaræum anterius inteſtinis tenuibus, poſterius lumborum vertebris à quibus naſcitur ſuo centro. Meſocolon, in dextra parte dextro ileo; in ſiniſtra læuo, muſculoque primo femur flectentium, quem Hippocrates ψόας appellat; ante, Colo inteſtino, & Recto vtrinque.

Exortus. *Oritur* autem omnium Anatomicorum ſententia à ligamentis vertebrarum lumborum, quibus validiſſime alligatur, gemina quaſi radice, vna maiore, qua primæ, altera minori, qua tertiæ adnaſcitur. Id inteſtinis omnibus, & peritonæi membrana, renibus incumbente, ablata, quam optime patebit.

Adeps. *Pinguedine* quamplurima ſuffuſum eſt, quæ vtramque membranam intercedit, ſanguine ex vaſis tranſſudante, & membranarum reſpectiua frigiditate concreto.

Vsvs. Vsvs *Meſenterii verus* præcipuuſque eſt, vaſa ad inteſtina excurrentia tuto deducere, & ab omni diſruptionis periculo ſalua, integraque præſtare. Vt enim plantæ alimentum ex terra radicibus trahunt: ſic animalia ſanguine donata ex inteſtinis ope vaſorum, quæ ne obnoxia forent tot diſcriminibus, vbi vel ſalit Homo, aut cibis plena inteſtina diſtenduntur, ſagax Natura membranis incluſas propagare voluit. Vaſa hæc non tantum Venæ ſunt, vt communis eſt opinio, ſed & Arteriæ, vt Galenus clariſſime 4. de vſ. part. oſtendit, & nos quoque ſupra cum de arteriis meſentericis ageremus. Eædem tamen Venæ & nutrimentum rurſus etiam afferunt, vt idem 3. facult. natur. 13. & 4. vſ. part. 19. docet, & Arteriæ ſpiritum. Cum enim, inquit, in venis, quæ multum ſpatium inter hepar, & partes circa ventrem occupant, abundantia fuerit alimenti, ſurſum fertur in hepar: cum autem vacua ſunt, & nutriri auent, per eaſdem ipſas ex hepate rurſus trahitur. Per eaſdem ergo venas ſimul & alimentum in hepar defertur, & rurſus ab eo in ventriculum trahitur, ſed non eodem tempore: quemadmodum alio tempore ſpiritum recipimus, alio rurſus foras mittimus: ita alio tempore iecur ex ventre, alio venter ex iecore trahit. Vſum hunc adeo eximium vt opportune præſtaret, figuram primo circularem largita eſt. Inteſtina enim, quæ annexa, longiſſima ſunt, quibus vt meſenterij longitudo reſponderet, nec tamen propterea non in exiguo & anguſto ſpatio continerentur, rotundum ambitum, qui capaciſſimus eſt, indepta fuere. Rurſus ne diſtenſio quoque eorundem impediretur, de qua diximus, dum ſe contrahunt ad chyli digeſtionem, plurimis plicis corrugauit. *Latitudinem* autem largita eſt ſpithamæ, vt venæ portæ truncus in meſenterium propagatus, ſpatium iuſtum haberet, in quo in alios atque alios minores ramulos diſcinderetur. *Subſtantia* autem ipſa ſummo conſilio dura membraneaque eſt, tum quia ratione fibrarum, vbi opus eſt, extendi contrahique in omnes dimenſiones poteſt, tum quia leuitate prædita, quo minus incluſa vaſa comprimantur. Accedit, quod denſitate vapores intercipiat, ne quid vtilioris chyli temere ex meſaraicis vaſis in ventris cauitatem exhalet, ſed frigiditate potius membranarum in pinguedinem cogatur. Et hæc ipſa quoque *pinguedo*, cum media vaſorum ſpatia expleat, non parum poſtea idem præpedit, nec minimum etiam momenti præuiæ præparationi aſpergit, innatum vaſorum calorem fo-

vendo,

uendo, & conſeruando. *Glandulis* vaſorum diuaricationes obſidentur, tum ne vaſa comprimantur, ſi quando inteſtina, & ventriculus alimentis diſtenduntur, ſicque chyli tranſitus intercipiatur: tum quia ſagax Natura non ignorabat, vaſa ſuſcipiendis noxiis perquam opportuna fore, vbi in ramos diducuntur. Proinde ad meſenterij centrum, vbi prima vaſorum diſtributio eſt, grandiuſculam ſubſtruxit: cæteris vero iuſtiſſima ratione pro magnitudine cuiuſque elargita fuit. Sunt nonnulli Recentioru, qui & alium præter hos vſum aſſignant, vt ſcilicet coctionem quæ in inteſtinis eſt, elixatione potius, quam aſſatione perficerent. Ad hanc enim maxime commodam glandularum naturam inquiunt, cum humiditatem copioſiſſimam ad ſe trahant, ex ſententia magni illius Hippocratis, qui glandulas cænoſo humido paſci ac quaſi nutriri credebat. Ex his ergo copioſis vaporibus eleuatis, & in ſpatia inteſtinorum media effuſis, veluti in duplici vaſe cibi potuſque materia coquitur. Mihi tamen hic vſus à Naturæ conſilio nonnihil alienus videtur, quod ſciam, quamplurima eſſe animalia, quæ glandulis in meſenterio deſtituuntur; & ex iis etiam, quæ ſua natura obtinent, nonnulla glandulis plena eſſe, vt quæ macilenta ſunt: alia oppido quam exiguas habere, vt pinguia, cum in his adeps vaſorum diuiſiones defendat. Pinguedo ergo cum optimæ coctionis ſignum ſit, coctioque hæc citra glandularum vſum abſoluatur, credibile omnino eſt, nihil ad hanc ab illis conferri. *Connectitur* autem merito anterius inteſtinis, cum ad hæc deducat vaſa, ex quibus chylus attrahatur: poſterius, lumborum primæ, & tertiæ vertebræ ligamentis validiſſimis, ne in violento corporis motu, qui in ſaltu præſertim fit, aut curſu, à pondere cibo turgentium inteſtinorum detractum diſrumpatur. *Ortum* autem à lumbis habet, quod tutius hic longe, quam alibi Venæ, Arteriæ, & Nerui in ipſum inſerantur.

## CAPVT XI.

### *De Pancreate.*

a, 8.9.I. G.G. Pancreas, παγκρέας, & καλλίκρεας Græcis dictum, [a] omnium eſt noſtri corporis glandularum maxima, & rubicundiſſima, propterea que carni molliori, à qua appellationem traxit, admodum ſimilis. *Figuram*, vt reliquæ, ovalem non ſeruat, ſed informe ac laxum corpus eſt, tres aut quatuor digitos longum: in ſiniſtra parte prope [b] lienem ſitum, cui ſuperius ventriculus incumbit, inferius peritonæi membranæ, quibus valide adnectitur, ſubiacent. In medio [c] Splenicam venam ad lienem tranſeuntem, ſimul & [d] cæliacæ arteriæ ramum ſiniſtrum, ac neruos ſexti paris, qui ad ventriculum, & Duodenum migrant, quemadmodum & meatum bilarium, in ſe complectitur, & ſuffulcit. *Membranam* quoque habet tenuem, à peritonæo profectam, qua inueſtitur, & veluti ſuſpenſum tenetur. *Etymologia.* *Figura.* *Situs.* *Mēbrana.*

b, A.A. c, B.B. d, C.C.

Hoc nonnulli diſſectionum Profeſſores puluinaris cuiuſdam vices obire, & ventriculo ſubſterni credunt, ne repletus is duritie vertebrarum lędatur. Meo tamen iudicio potior vſus ille eſt, qui glandulis quoque cæteris communis, vt attendatur vaſis, ne, cum incumbere alteri corpori minime poſſent, periculo ruptionis opportuna reddentur. Accedit alterum compreſſionis, à ventriculo ciborum copia diſtenſo, quod *Vsvs.* 1. 2. 3.

 ſolers

ſolers Opifex facilè hac carne præcauit, quæ neq; tam mollis eſt, vt prementi cedat nimium, neq; tam dura, vt obeſſe poſſit.

## CAPVT XII.

### *De Hepate.*

*Etymologia.* QVOD Græci ἧπαρ dicunt ἀπὸ τῆς ἠπανίας τῶν ἄλλων τοῦ σώματος μορίων, ab inopia cæterarum partiũ, cui ſuccurrit, Latini Iecur appellant, quaſi juxta cor, aut viribus, aut ſitu collocatum. Tam nobilem .n. hanc partẽ omnes pænè Philoſophi pariter, & Medici æſtimarunt, vt in ea animæ, q̃ naturalem vocarunt, ſedem ac domicilium poſuerint. Obtinuit tamen conſuetudo, vt Græca vox communiter quoq; vſurparetur. *Situs.* [a]*Poſitum* eſt in infimi vẽtris dextro hypochondrio, totum ſub coſtis demerſum, tanquam in loco tutiſſimo, ſuperius Diaphragma, inferius Ventriculum reſpiciens. (l, 8.3.C.C) *Cõnexio.* *Connectitur* autem non vni conterminarum partium, ſed *conuexa* quidem, *& elatiore* ſui ſede cum Diaphragmate, à quo tranſuerſi digiti interuallo diſtat, beneficio ligamenti membranei, lati, neruoſi, ac impenſe validi, quod à peritonæo, qua ſeptum inferiore ſede ſuccingit, enaſcitur, & tranſuerſim per hepar ad poſteriora excurrit. *Anteriore parte* duobus vinculis alligatur, vno quidem cartilagini enſiformi, quod robuſtiſſimum eſt, latum, ac duplicatum, à membrana, qua hepar ſuccingitur profectum: [b] *altero*, vmbilico, eſtque Vena vmbilicalis, quæ fœtu in lucem edito cauitatem ſuam amittit, ac ligamenti officium ſubit. (b, I.) Sima connectitur Meſenterio, *vena Porta*: Coſtis, *Caua*: at omento, *lobo* illo exiguo, per quem aquam à Iecore in omentum transfundi ſupra ſtatuimus. *Figura.* *Figuram* habet pænè rotundam, ſupra conuexam, infra concauam. [c] *Conuexa pars*, læuis eſt, & æqualis: [d] *caua* (quæ & ſima dicitur) varijs protuberantijs ſinibuſque exaſperata. (c, C.C. d, 8.8.A.A A.) *Protuberantia.* Inter *protuberantias* dignæ ſunt notatu, [e] duæ illæ exiguæ eminentiæ, in dextra parte circa [f] venæ portæ egreſſum locatæ, quas Galenus cum tota Aſclepiadarum familia πύλας, ſiue Portas vocauit. (e, N. f, B.) *Lobus Hepatis.* Imprimis verò [g] *Lobus exiguus*, cuius ſupra quoque mentionem fecimus, cum de Omento loqueremur. (g, M.) Hic molliore conſtat carne, & tenuiore, quam reliquum hepar, membrana ſuccinctus eſt, de quo ſanè à nemine, quod ſciam, Anatomicorum, hactenus quicquam memoriæ eſt proditum. *Sinus.* Sunt & duo *ſinus, alter* à dextris inſculptus, qui veſiculæ biliariæ dimidium corpus excipit: *alter* læuis, vt tranſeunti ſtomacho cedat. *Fiſſura.* [h] *Fiſſura* tandem quædam anteriore ſede cernitur, per quam [i] vmbilicalis vena egreditur, διασφαγὴ Herophilo appellata. (h, 8.2.a. i, L.) *Magnitudo.* *Magnitudo* jecoris tanta eſt, vt vniuerſum dextrum hypochondrium impleat, & nonnunquam extendat ſeſe vſque ad regionem vmbilicalem. Cæterum plurimum pro ſubiectorum diuerſitate variat: obſeruataque à me plærunque hæc fuit proportio, vt, quibus magnum jecur eſt, ijs quoque magnus ſit Ventriculus, & contra. Obtinet autem Homo jecur omnium animalium maximum, proportione ſui corporis habita. Vidi enim ſæpenumero tam vaſtam eius molem, vt ad Lienis regionem validis ligamentis annecteretur diaphragmati. Ipſa autem magnitudo penes ætatem quoq; multum variat. nam pueris maximum eſt, vt plus ſanguinis conficiatur pro augmento corporis: adultis minus: adhuc minus, ſenibus, vt ſic juxta ætatem jecur paulatim decreſcat.

*Hepatis parenchyma quos vſus præſtet.*

ctionem tamen hanc plurimum adjuuat hepatis parenchyma, quod & Venas ipſas ſtabilit, ne concidant, aut confundantur; & calorem fouet, ne exſpiret, vel diſſipetur, tum de ſuo etiam nonnihil impertit. Atque vt exemplo illuſtrem quæ jam dico, non noui præclarius, & quod parenchymatis vſum rectius exprimat, quàm ipſe ventriculus, qui cum in ſe propriam habeat, ac inſitam facultatem conuertendi alimentum in chylum, nihilominus citra circumſtantium viſcerum operam, (vt teſtatur Galenus, vel ex hiſtoria illius cui omentum exemptum fuit) chylum vel crudum, vel certè ſemicoctum relinquit. Sic Venæ vtcunque vim ſanguinem generandi in ſe habeant, niſi tamen facultas quædam externa quoq; ab hepatis calore accedat, illa quam primum diſſoluitur, & perit. Rurſus vt eorundem viſcerum affectus in ventriculi detrimentum concedunt, (videmus enim Liene refrigerato aut ſcirrhum patiente coaffici ventriculum) ita quoq; hepatis parenchymate læſo ſanguificatio protinus afficitur. Nam ſiue calida laboret intemperie, ſiue frigidam ſuſcipiat, mirandum non eſt, eandem venis è veſtigio communicari, quæ ita ipſius parenchymati permixtæ ſunt, vt vix quiſquam Anatomicorum hactenus fuerit, quin ſibi perſuaſerit, ideo ab hepate enaſci. Non ergo venis tantum hepar auxilio eſt, ſed & Ventriculo, cuius coctionem eodem quo diximus de venis pacto, auget, ſeruatque.

*Exemplũ.*

*VSVS.*

Quam commodè autem huic actioni vſibuſq; omnia inſeruiant, nunc breuiter tradamus. Primum *in infimo ventre ſitum* eſt, ne ab alijs viſceribus quæ alimenti elaborationi ſubueniunt, diſparatum eſſet, maxime cum ex ijs ſit, quæ familiam in hoc genere ducunt. Situm autem eſt *in elatiore parte*, cum inferior ab inteſtinis impleatur, vt ſuperflua primæ coctionis ſine aliarum partium incommodo extra corpus quam citiſſimè pellerentur. Accedit quod in medio trunci ſic ſitum ſit, vt æqualiter ad ſupernas infernaſque *partes* ſanguinem diſpeſcat. *Tenet* autem *hypochondrium*, vt Ventriculus vtrinque ab ipſo, & Liene foueatur: quia tamen Liene nobilius eſt, propterea & *dextrum* locum, & nobiliorem occupauit: ſub coſtis ſpurijs reconditum, vt tutum ſe ab omnibus externis iniurijs præſtaret. *Connectitur* autem merito vicinis partibus, vt vbique alligetur, nec pondere ſuo moleq; ruat. Et diaphragmati quidem, ne deorſum cadat: vmbilico, ne ad ſuperna rapiatur: cartilagini enſiformi, ne dum extendimus dorſum, ad poſteriora declinet: coſtis, ne nimium ad anticam partem, flexo corpore, excidat. *Figuram* autem variam habet, cum peculiarem non exigat, ſed vel vicinis partibus ne incommodet, vel alijs vt accommodet, conformatum ſit. Superior ergo pars conuexa eſt, læuis, ac æqualis, quo diaphragmati cedat, eiuſque cauitati congruat: inferior ſima, vt ventriculum amplectatur, qui cum ſphæricus ſit, rotundum ambitum accepit, vt vbique æqualiter tegat. Hinc factum eſt, vt omnibus animalibus eadem hepatis figura non ſit, ſed ijs quibus Ventriculus eſt oblongus, jecur quoque oblongum contigerit; quibus rotundus, rotundum. Homini autem *maximum* obtigit, vt plus ſanguinis reciperet, quo, ſi à corde diſcedas, omnium viſcerum refertiſſimum eſt, 3. de part. 12. cum Homo ex omnibus ſanguineis plurimo abundet, ne deficiant ſpiritus in tot obeundis animæ functionibus, quas plures præ cæteris animantibus accepit. Et propterea *vnicum* quoque eſt, cum numerum magnitudo compenſet. *Subſtantia* autem, vt reliquorum viſcerum, parenchymatis, quæ fit in prima fætus generatione, excidente è venis

ſanguine,

ſanguine,& concreſcente. Venis enim,arteriiſque vndique intexitur,vt & aperta ipſa conſeruentur, nec concidant; & decente ordine,nec confundantur,quæ ratio communis eſt omnium parenchymatum. Decuit enim alicubi congeriem eſſe venarum, in qua potiſſimum concoctio celebraretur, maxime cum non vna,ſed gemina vena requirebatur,quod ſupra demonſtrauimus,quæ per anaſtomoſes inuicem coniungerentur. Venas autem cum nullibi tutas ſciret ſagax Natura, niſi vbi alicui ſolidiori corpori inniterentur,ideo carneam maſſam circumiecit,ſpatiaque omnia ſic expleuit, vt ab omni periculo tuta liberaque forent. Tegitur autem hæc ſubſtantia *membrana*, tenuiore,quam lienis eſt,quod arteriarum copia tanta non eſſet,quæ cogeret diligentius vaſa ſtipare. Præcauit enim Natura vbiuis,ne quidquam inutile, aut non neceſſarium conderet. *Venas* autem habet tum à Caua, tum Porta,vt ex portæ vena reciperet Chyli tenuiorem partem Caua,vt complexi ſumus in ſuperioribus,libro quinto: Portæ autem vena craſſiorem retineret,ſicque poſtea ſanguis defæcatior vitales animaleſque partes nutriret; craſſior vero,naturales. Hoc nomine *anaſtomoſes* condidit, quæ viam tranſeunti chylo,aut ſanguini elargiuntur. In medio autem ramorum portæ excurrunt tenues quædam venulæ, quæ poſtea in caudicem collectæ in fellis veſiculam deſinunt,vt quidquid bilioſi eſt in chylo,antequam ad Cauam tranſmittatur,in Porta exſugatur. Paucæ ſunt *Arteriæ*, eæque tantum in ſima parte, cum ad conuexam plurimum vitalium ſpirituum à corde per venam Cauam transferatur. *Neruos* habet,ne ſenſu omnino deſtituatur: ſenſus tamen hic obtuſus admodum eſt,quod & exiles ſint nerui,nec altius ſe penetrent.

*Cæterùm* cum de ſanguinis generatione diuerſæ extent Authorum ſententiæ,apud omnes tamen receptum ſit,in iis potiſſimum venis, quæ per hepar diſperguntur peragi, anſam nobis hic locupletiſſimam datam exiſtimauimus, noſtram quæ de ſanguinis generatione eſt ſententiam,hoc loco breuibus explicandi. Alimenta ergo,ſiue ſolida ſint,ſiue liquida, primam quandam ac præuiam præparationem in ore accipiunt per maſticationem, quæ dentium opera fit. Hinc deglutita,ad ventriculum tranſmittuntur,qui vndique circumamplectens, ac debito tempore retinens,in chylum beneficio,tum caloris innati,quem habet,tum viſcerum adiacentium, præcipue autem hepatis & lienis,vt & omenti,conuertit. Inde vbi quam optime elaboratus eſt, leuior redditur,à fundo aſſurgit,& ſuperna petit, ſicque pylorum ſtimulando,quo reſeratur efficit. Videmus enim excrementa alui quoque, quo magis concocta ſunt,eo leuiora eſſe, grauiora, quanto minus paſſa à noſtro calore fuerint. Hoc ergo aperto, ventriculus ipſe tranſuerſis fibris ſe ſtringens,ad inteſtina propellit, inque via, ſi qua portio minus exacte præparata fuerit,vlteriore coctione abſoluitur. Inteſtina Chylum acceptum protinus,copia ipſius irritata,à ſe detrudere conantur, proindeque ad inferiora pellunt: at plicæ, quo minus totus elabatur impediunt, ſeu potius, vt æqualiter extendatur,efficiunt. Hinc Venæ & Arteriæ meſaraicæ,quicquid vtilis eſt materiæ hauriũt, illæ quidem plus, hæ minus: illæque ad Hepar transferunt,hæ ad Lienem. Tenuius enim eſt quod arteriæ accipiunt; craſſius, quod venæ. Cæterùm dum chylus ad hepar ſic contendit,& iam ad venæ portæ diuaricationem peruenit, Lien ingenita facultate per ramum Splenicum craſſiorem ac terreſtriorem eius partem ad ſe allicit, vt ad hepar,non SANGVIFICATIO.

par, non niſi laudabiliores partes deferantur. In hoc itinere chylus aliquam præparationem ſuſcipit, elaboratur autem vlterius, tum in hepate, tum liene. Nec tamē omnia vaſa in jecore concoquunt, ſed tantum venæ portæ, in qua ſi quid bilioſi occurrat, protinus per meatus bilarios, partim per cyſticum ad fellis veſiculam, partim per hepaticum ſubito ad jeiunum inteſtinum, demandatur. Vbi perfectus eſt ſanguis, eius *tenuior pars* per anaſtomoſes in Cauæ radices deponitur, & partim per truncum aſcendentem, partim per deſcendentem abit. Per illum ad ſuperiora, & ad cor defertur, & quidem in dextrum ipſius ventriculū, in quo attenuatur, poſtea in venam arterioſam diſtribuitur, tum ad pulmonum nutritionem, tum vt per arteriam venalem ad ſiniſtrum cordis ſinum abeat, in quo extremus colophon (vt ita dicam) imponitur, cum attenuetur vlterius, & in ſanguinem arterioſum vertatur, qui poſtea per Aortam pro vita ſingularum partium, diffunditur. Per deſcendentem autem truncum venæ cauæ, ad reliquas omnes partes nutritioni non dicatas digeritur. *Craſſa contra*, ad meſenterij nutritionem deſcendit. Illa pars, quæ ad Lienem abijt, vbi iam elaborata & confecta eſt, partim lienem ipſum, partim viſcera omnia, ad quæ Splenica vena pertingit enutrit, puta ventriculum, omentum, & coli ſiniſtram partem, ac rectum inteſtinum. Quia tamen pars quoq; seroſa, vna cum chylo vecta eſt, quo per anguſtiſſimos quoſque anaſtomoſium meatus ſanguis penetraret ad Cauam: ea autem nutritioni poſtea prorſus inutilis ſit, vt & illa ex corpore quamprimum amandetur, per emulgentia vaſa, tam venas, quam arterias à Renibus attrahitur, à ſanguine ſeparatur, & per carunculas papillares tranſcolatur in fiſtulas, in quarum pelui collecta, ſenſim per canales vreterum in veſicam deſtillat.

## CAPVT XIII.

### *De Veſicula bilaria.*

IN hepatis caua parte, qua dextrum ventriculi latus amplectitur, ſinum inſculpi oblongum pro veſica bilaria, præcedenti capite diximus. De hac ergo cum nobis ſit agendum, à nomine, noſtro more, exordium petemus. Vocatur Græcis κύστις χολώσης & χοληδόχος, Latinis Veſica, aut folliculus felleus, quia conceptaculum ſit, in quo bilioſum venæ portæ excrementum colligitur. *Connectitur ſuperiore* mediaque ſui portione cum hepate, cui ſecundum latitudinem in ſinu proprio innaſcitur: *inferiore* autem reliqua, extra ſubſtantiam jecoris libera propendēte, ventriculi dextro lateri, coloq; inteſtino incumbens, ſæpenumero vtrumque flauitie tingit. Parua eſt, & vix duos longitudine tranſuerſos digitos æquat: variat tamen hæc magnitudo pro temperamento, & copia bilis, qua impletur. Calidioribus enim maiorem eſſe deprehendi, & in Dyſentericis Diſſectis vſque adeo grandem ſæpe vidi, vt naturalem magnitudinem multis modis ſuperaret. Formam refert ſubrotundam, à latiore baſi in anguſtum apicem, pyri inſtar deſinens. *Duplici membrana conſtat, vna* exteriore, tenui, & communi, fibris omnibus deſtituta, ſed nonnunquam pinguedine obducta. Hæc à iecoris tunica enata, dimidiam tantum partem ſuccingit, eam ſcilicet, quæ extra iecoris ſinum prominet. *Altera membrana* propria, craſſa, validaque eſt, triplici fibrarum genere intertexta, ex quibus

*Etymologia.* *Cōnexio.* *Magnitudo.* *Figura.* *Subſtātia*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

foret : ſed cum globi modo adamuſſim ſphærica non poſſet eſſe, ne ſcilicet à Colo ſubiecto, aut Ventriculo cibis repleto premeretur, rotunditatem ipſius longitudine compenſauit. Rurſus vt eadem impleta extenderetur, & iterum inanita ſubſideret, *membranam ſubſtantiam*, omnis generis fibris donatam, nacta eſt : at ne eadem à bilis acrimonia noxam ſubiret, *mucoſo quodam ac viſcido humore* interiore parte oblita, quæ liberam innoxiamque præſtat. Trahunt autem bilem exiles illæ venulæ, quæ in medio radicum portæ diſperguntur, feruntque ad ſuperiorem partem, in canalem oblongum, vt ſenſim exſtillet in cauitatem. *Valuulam* autem hic exprimit, vt ſi quando (quemadmodum ſæpiſſimè fit) veſicula obſtruatur, totaque turgeat bile, nihil tamen ad hepar regurgitare queat. Quod ſi venarum oſcula libere in cauitatem hiaſſent, impediri regreſſus neutiquam potuiſſet: at ſic, dum in canalem hunc patent, folliculo pleno, valuula comprimitur, ſicque clauduntur. Trahit autem mea ſententia, atque in hunc vſum præter alterum meatum condita eſt, quando vel copioſa bilis in corpore abundat, aut recto tramite, repleto vel Ventriculo, vel inteſtinis, expurgari nequit. Hinc rationem petas, cur famelicis promptius, quam ijs, qui alimentis plenum habent ſtomachum Ventriculus bileſcat. Vacuo enim ſtomacho in jejunum recto itinere fertur, & ſi billioſi ſint, copioſe refunditur, vnde pyloro præter naturæ leges laxius patente, facili negotio aliquid Ventriculum ſubit. Ex eodem quoque fonte licebit reſpondere, cur quibus duris fæcibus colon inteſtinum turget, & dura ſunt aluo, capitis doloribus ſint opportuni. Non enim hi excitantur, quæ vulgo adfertur ratio, à fœtidis vaporibus ad caput exhalantibus, (nam quo duriora ſunt ea excrementa, eo vaporis fœtoriſque magis expertia) ſed quod preſſa à colo veſicula fellea, & immemor ſui officij reddita, bilioſum recrementum ex hepatis vaſis in ſanguinis generatione non elicit purgatque, vnde retentum in venis, & digeſtum per corpus, quamcumque partem imbecilliorem inuenerit, (ſolet autem eſſe vt plurimum caput) eam afficit, & labefactat. Euacuatur autem abſoluta ſanguificatione, cum plena ferè facta eſt, & jam vniuerſum id, quod vtilis erat in chylo, ex inteſtinis attractum fuit. Mittit autem ad inteſtina, & quidem per meatum cyſticum, cuius initio *tres valuulæ* foris ſpectantes appoſitæ ſunt, quo minus regrediatur. Et hic ipſe meatus *in principium ieiuni inteſtini inſertus eſt*, quod inteſtinum hoc primum ſit, in quo chylus parietibus adhæret, ob plicas, per quas chylus quaſi diſtenditur, vt ſæpè jam diximus. Quia autem frequentiores hoc, quam ileum habet plicas, tum maiores etiam, ideo Natura ſagaciſſima effecit, vt bilis ſincera adhuc, nec chyli moderata temperie, jeiunum acrius irritaret. Sapienter autem hoc excremento abuſa eſt, cum *acrimonia* quidem ſua ſtimulare inteſtina officij ſui immemora poſſet: deinde *tenuitate* quas habet partium, pituitam, quæ in gracilibus cumulatur, incidere, detergere, & expurgare: *ſiccitate* tandem, quo minus in inteſtinis putredines fiant, prohibere. *Alter meatus, hepaticus dictus*, qui in ijs quoque ſemper animalibus reperitur, quæ Veſicula carent, eo trahit tempore, quo Ventriculus cibis deſtituitur, ſimiliterque ad inteſtina per communem canalem ſubito deportat. Fit vt interdum meatus hi obſtruantur, imprimis vero fellis Veſicula, ex quo deinceps bile non expurgata, plurima incommoda longo ordine ſe conſequuntur. Nec tamen alteru-

*Vſus Veſiculæ felleæ.*

*Vſus meatus hepatici.*

alterutro tantum obſtructo, vt quidam ignari Anatomiæ blaterant, Icterus naſcitur, qui protinus atque hunc viderint, veſicæ felleæ obſtructiones crepant: ſed aut vtroq;, aut communi canali, cum alter alterius officium mox ſubeat. Habet tandem *Venas*, vt alatur: *arterias*, vt viuat: *neruos*, vt ſentiat. Eſt enim inepta explodendaq; eorum opinio, qui bile, ſiue nutriri, ſeu delectari exiſtimant. Eccur enim Natura, quæ nihil vnquam fruſtra condidit, tanto artificio per vniuerſum veſiculæ corpus, tot exiles venulas deduxerit, ſanguinemq; largita fuerit, niſi & illas, & hunc officio ſuo deſtinaſſet?

# CAPVT XIV.

## *De Liene.*

LIEN, Græcis σπλὴν dicitur, ἀπὸ τοῦ σπᾶν, quod trahere ſignificat, quia, vt loquitur Ariſtoteles, 3. de part. anim. cap. 7. ἀνασπᾷ ἐκ τῆς κοιλίας τὰς ἰκμάδας τὰς περιττὰς, ex ventre ſuperfluos humores ad ſe trahit. Latini græca voce ſæpiſſimè *Splenē*, ſiuè *Lienē* vocant, quę vox vnde ſit deducta, ab Authoribus non traditur. *Etymologia.*

a, 8.1.H. H. [a] *Situs* eſt, in infimi ventris hypochondrio ſiniſtro, è regione hepatis: ſed paulo depreſſius, non tamen vſq; adeo, quin adhuc ſub ſpurijs coſtis contineatur, quod propterea notandum eſt, ne erremus cum Medicis quibuſdam, qui etiam in ſanis lienē tactu deprehendi, ſibi, alijſq; temere perſuadent. *Situs.*

Eſt tamen *vnus* tantum, quamuis præter naturam duplex quoq; nonnunquā obſeruatus ſit. *Numerus.* *Connectitur elatiore quidem parte*, diaphragmati; *inferiore*, renis ſiniſtri membranæ externæ, vtrinq; exiguis gracilibuſq; membranis. *Sima parte* primo ſuperiori membranæ omenti, deinde ope vaſorum Ventriculo: *conuexa* vero, dorſo. Hinc eſt, vt ſchirro laborantes de reſpirationis difficultate conquerantur, quod diaphragma mole lienis deorſum trahatur. Quin etſi vincula hæc rumpantur, obſeruatum à nonnullis eſt, herniam natam fuiſſe. *Conexio.*

*Magnitudinem* quod ſpectat, homini ex cæteris animalibus proportione corporis maximus contigit, minor tamen eſt multo, quam hepar, vt qui longitudine quaſi ſex digitorum, latitudine trium, craſſitie ſit vnius. Fit tamen vt in ſummam molem abeat, mireq; intumeſcat, ſæpeq; ad abdominis vſq; medium porrigatur, humorum affluxu, quos facile ob carnis laxitatem admittit, concitato. Semper tamen minor maiore melior eſt, niſi admodum paruitate peccet, quod & ipſe annuit Ariſtoteles, 3. de hiſtor. animal. 16. Sic Laniones noſtri ex viſcerum paruitate, præſertim hepatis & lienis, carnium bonitatem dijudicant. Obſeruaui autem eos, qui in paluſtribus habitant locis, maiorem habere, quam qui ſicca incolunt: & qui amplis ſunt præditi venis, maiorem, quam qui paruas habent. Exinde contingit, vt macilenti pinguioribus facilius in tumidos lienes incurrant. *Magnitudo.*

b, 8.9 fig. 1. [b] *Figura* ipſius eſt oblonga, linguæ bubulæ, ſecundum Hippocratem; ſuillo lieni iuxta Ariſtotelem, ſimilis. Eſt ergo oblonga, Geometrarum & Euclidis ἑτερόμηκες, ſiue quadrilateram figuram, altera parte longiorem exprimens. hinc Splenia apud Antiquos dicebantur linteola oblongæ figuræ, quibus cerata aut emplaſtra oblinebantur; inde ad omnis generis linteola tranſlatum eſt, & emplaſtra. hinc Martialis Spleniatum mentum vocat, quod ſplenio obuolutum. Sic enim lib. 10. *Figura.*

*Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento,*
*Albave pictus ſana labra ceruſſa,*
*Philæni, quæris: baſiare te nolo.*

*Superficies.* *Superficiem* habet, vnam, exteriorem, qua coſtas reſpicit, & *gibba* dicitur; alteram [c] in- c, A.A.
teriorem, qua ſpectat ventriculum, & *concaua* vocatur. Vtraque læuis eſt, & æqualis,
niſi vbi linea recta, [d] ῥαφὴ dicta, in ſima conſiſtit, quo loci [e] Splenica vaſa lienem ingre- d, a.a.
diuntur. Ruffus & Hippocrates aliam quoq; diuiſionem habet. Summam enim par- e, B.C.
tem, *Caput*: infimam, *Caudam* appellant. Quod ſi ab hac figura diſcedat, fit Triangularis
nonnunquam, quandoq; globoſa; interdum varijs extuberantijs exaſperatur. Aliquã-
do in capite eſt craſſus: in cauda gracilis; interdum contra. Illum Hippocrates *lienem*
*Subſtantia.* *accliuem*; hunc *decliuem* appellat, & mentionem inijcit 6. Epidem. ſect. 3. text. 33. [f] *Sub-* f, 8.9.3.
*ſtantia* eius eſt παρέγχυμα, ſed laxum & ſpongioſum valde [g] innumeris venarum arte- A.A.
riarumq; propaginibus refertum, ex quo fit, vt vbi humorem imbibit, in maximã mo- g, B.B.
*Membrana.* lem ſe tollat. Hæc [h] *membrana* vndiq; tegitur, quæ tenuis quidem eſt, ſi in ſe conſideres; h. 8.9.2.
at ſi contendas cum hepatis membrana, craſſiuſcula apparebit. Oritur ex membrana C.C.
peritonæi, & lineæ rectæ lienis inſeritur, totumque poſtea viſcus ſuccingit. Hanc ob-
*Color.* ſeruauimus non raro, in ſenibus quibuſdam in oſſeam naturam degeneraſſe. *Color* in
embryone rubeus plerumque ſemper cernitur, ſi ſana habeat viſcera: in adultis ad ni-
gredinem nonnihil declinat. Monſtrauimus tamen non ſemel in publico Theatro Pa-
tauij, Lienem ſatis magnum, Iecori rubedine non ceſſiſſe, vt propterea exiſtimẽ, lienẽ
nigriorem multo hepatis parenchymate, non benè ſani hominis eſſe, vtcunq; magni-
tudinem naturalẽ non valde ſuperet. Quod ſi præter naturam ſe habeat, humoris quẽ
in ſe traxit colorem exprimit, & vel liuidus, plumbeus, aut cinereus eſt. *Vaſa* habet o-
*Vena.* mnis generis: & [i] *Venas* quidem, à ramo ſplenico, qui vbi ad ventriculum & omentum i, 8.9.&
propagines plures diſſeminauit, totus poſtea in lienem abſumitur, [l] cauam ipſius par- B.B.
tem, vbi [m] linea recta eſt, ingreſſus. Vtcunq; autem ramus ipſe amplus eſt, & inſignis, l, A.A.
[n] rami tamen ac primũ in parenchyma abſorpti, in tenuiſſimas & capillares fibras, eaſ- m, a.a.
que innumeras degenerant. Antequam etiam ingrediatur, eximia quadam & inſigni n, vide 8.
*Arteria.* [o] anaſtomoſi cum arteria comite coniungitur. [p] *Arterias* habet à Cæliacæ ramo ſiniſtro, 9 4. *vbi omnes lienis venæ à parenchymate denudatæ proponuntur.*
quæ quintuplo plures ſunt, quam venæ, vt omnino credibile ſit, in lienis tumoribus
alijſq; affectibus ſcirrhoſis, materiam copioſiorem in arterijs, quam venis contineri, &
propterea per arterias quoq; ſæpius, quam venas euacuari. Quod & deſignat viæ bre-
uitas, quam Natura ſemper in recrementorum expurgatione ſequi ſolet, quæ per ar-
*Per quas vias Lien expurgetur.* terias potius, quam venas eſſe videtur. Sunt enim quatuor loci per quos Lien expurgat o, C.
humores prauos, vt teſtatur Hippocrates, lib. de morb. 4. Os puta, nares, vrinæ meatus, p, 8.9.1.
& podex, ad quas omnes, ſi primam exceperis, breuiſſima via per arterias, longa nimis C.C.
eſt per venas. Ad *Ventriculum* enim, vnde ad os poſtea demandatur tranſmiſſa materia,
arteriæ copioſiſſimæ à ſplenico cæliacæ ramo abeunt, Gaſtrica præſertim, Gaſtroepi-
plois ſiniſtra, & Vas breue arterioſum. Quamquam & per venas hic eadem breuitas
ſit, cognomines comitesq; arteriarum; ſed imprimis per vas breue dictum, de quo no-
tatu digna eſt hiſtoria Cardinalis Cibonis apud Valuerdam in Anatome, libro 6. c. 5.
Exſtinctus hic erat ſanguinis per vomitum reiectione, cumq; à Medicis aperto cada-

uere

*Hepatis ſanguificatio duobus à Lienis ſanguif. differt.*

*Differt* enim hepatis ſanguificatio duobus potiſſimum à lienis, *primò* materia, deinde fine. *Materia* quidem, cum craſſior ſit, & terreſtrior chyli pars, ex qua ſanguinem facit lien; tenuior & benignior, ex qua hepar. Antequam enim ad Iecur peruenire poſſit chylus, per meſentericas Venas attractus, quidquid in eo eſt craſſius ac terreſtrius, lien per ſplenicum ramum trahit, ibidemque beneficio caloris, tum qui in venis eſt, tum potiſſimum qui in arteriis, quarum maximam copiam hic eſſe diximus, in laudabilem, optimum, ſed craſſiorem paulo ſanguinē tranſmutat. Exiſtimo autem & quod à meſaraicis arteriis chyli attractum eſt ex inteſtinis (de qua re ſupra lib. 6. ex Gal. diximus) ad lienem à ramo cæliaco ſiniſtro, ſiue ſplenica arteria deduci, cum abſurdum ſit, arterias illas, quæ copioſiores ſunt venis in illo viſcere, ſic otioſas eſſe. *Fine* deinde differt, cum ſanguis, qui ab hepate conficitur, tum pro corde, tum cæteris animalibus, vitalibusque partibus generetur. Elaboratus enim in hepate, partim ad cor abit, per aſcendentem venæ cauæ truncum, vt ex ipſo fiat arterioſus ſanguis: partim ad reliquas partes animales, vitaleſque, vt eas nutriat. Naturalibus enim omnibus ſoliſque, venæ portæ truncus & rami alimentum deferunt. Voluit enim Natura has partes craſſiore ſanguine nutriri, vt calor ipſarum eſſet validior, cum idem calor in craſſiore ſubſtantia ſemper ſit fortior. Accedit, quod & ipſa ſubſtantia harum partium craſſior ſit, quam cæterarum, ex quo conueniebat, vt ſimili ſanguine nutrirentur, quemadmodum videmus Naturæ hunc eſſe ordinem, vt tenuiores partes, tenuiore alantur; craſſiore, craſſiores.

*Vſus.*

Nunc videamus quam bene omnia ad actionem hanc in liene conſpirent. *Situm* habet in infimo ventre, vt in eodem cum cæteris nutritioni dicatis iaceret. In hypochondrio ſiniſtro, vt hepar nobilius viſcus nobiliorem locum teneret; è regione iecoris, quia eſt οἷον νόθον ἧπαρ, vt loquitur Ariſtoteles 3. de part. 7. vt Hippocrates 6. Epidem. ἧπαρ ἀριστερὸν: vt Plato in Timæo, ἥπατος ἐκμαγεῖον. Paulo tamen depreſſius, quia debet ἀντισπᾶν, & antequam chylus ad hepar perueniat, terreſtriorem partem attrahere. Sub coſtis nothis reconditus, vt tutum haberet ab externis iniuriis locum. *Vnus* eſt, quia ἐπαμφοτερίζει, vt loquitur Philoſophus, cum hepate, & *connectitur* diuerſis partibus, vt vbique ſubſternaculum habeat. Superius diaphragmati, ne decidat: inferius reni, ne corruat: poſterius dorſo, ne pronus: anterius ventriculo, ne ſupinus fiat. *Magnitudo* homini maxima proportione ſui corporis, vt defæcari ſanguis felicius queat à craſſis humoribus, cum Homo animal ſit ſapientiæ ſtudio addictum. At ſanguis quo tenuior eſt, & purior, eo ſapientiores reddit, 2. de part. cap. 2. *Figuram* autem cum Natura tribuat ſemper, quæ actioni cuiuſque eſt conuenientiſſima, & loco vbi ſita eſt: actio autem lienis peculiarem nullam requirat, benigniſſima parens hic ſolum locum reſpexit. Quia ergo dorſum erat concavum, merito pars poſterior lienis, quæ illud reſpicit, conuexa eſt: Ventriculus autem, quia eſt conuexus, merito pars anterior, quæ eum intuetur, concaua facta eſt. *Subſtantia* eſt παρέγχυμα, quia viſcus eſt. Viſcera autem omnia ſunt παρεγχύματα, quia omnium vſus communis eſt, Venarum neceſſariam ad coctiones congeriem fulcire, & fouere. Propterea & *membrana* tegitur; vt cætera viſcera. Protegmine enim opus fuit, quo illæſa ſeruentur: cum autem id denſum requireretur, & leue, non melius erat, quam membrana. Eſt autem craſſior hepatis membrana,

quod

quod plures contineat arterias, quæ adeo protegmine firmiore indigent, tum quia laxior quoq; ipſa eſt ſubſtantia. Vaſa obtinuit eadem quæ cætera viſcera, & ob eaſdem cauſas. *Venas, & arterias*, vt materiam coctioni aptam deferrent, & concoquerent: *Neruum*, vt membrana ſenſum habeat, & quia non ingreditur parenchyma, hinc fit, vt lien obtuſo admodum ſenſu ſit prǫditus. Neq; enim dolet ipſe, cum ægri de eius doloribus conqueruntur: ſed partes ſunt adiacentes, quę lege conſortij ab ipſo afficiuntur. Non negligenda tamen hic *eſt anaſtomoſium* conſideratio, ſiquidem cum craſſus valdè ſit humor qui concoquendus eſt in liene, voluit Natura arterias jungere venis, vt quod attractum ab vtroq; eſſet, in commodum vtriuſq; coniungeretur, ſicque rectius coctio fieret, & obſtructiones præpedirentur.

## Capvt XV.

### *De Renibus, & his ſuccenturiatis glandulis, itemq; canalibus vrinæ tranſitum concedentibus.*

Renes Græcis νεφροὶ, ἀπὸ τοῦ νείφειν, à mingendo dicti, quod ſeroſus humor per hos in *Etymologia,*
a, 8.11.K. K. veſicam ttanſcoletur. *Duo ſunt numero*, vtrinq; vnus, nõnihil ſub jecore & liene poſt *Numerus.*
inteſtina, & ventriculum, in lumbis, inter vltimam coſtarum ſpuriarum, tum oſſa coxę, quo loco corpus cingimus ad veſtes conſtringendas, *ſiti*. Incumbunt autem ſima ſui *Situs.* parte muſculorum, quos ψόας Hippocrates vocauit, (ſuntq; primi femur flectentes,) capitibus, ſub quibus maximi nerui reconduntur, quo nomine & νευρομητύρες dicti, vnde fit vt calculo in renibus exiſtente, ſtupor in eius lateris crure perſentiatur. Atq; his membranæ externæ beneficio cõnectuntur: ſed dexter prǫter hęc cęco, ſiniſter colo & lieni ſibi incumbẽtibus. Inæqualis etiam vtriuſq; poſitio eſt, cum læuus dextro elatior *Cõnexio.* ſit, non tamen dimidia ſui parte. *Figura* phaſeolum tam exactè referunt, vt neſciam ſi *Figura.* quid ſit in tota hac rerum vniuerſitate, quod ſit ſimilius. *Longitudo* enim latitudinem
b, 8.10.1. D.D.D.& 8.13.1 CG c, E E.& D.D. ſuperat, craſſities autem vbiq; æqualis eſt, depreſſa.[b] *Exterius* gibbi, quo nomine & gibbam faciem dicimus:[c] *interius* caui: *ſuperius* nonnihil, *quam inferne* latiores. *In gibba parte* *Magnitudo.* æquales: *at caua*, vt hepar, inæquales, cum in hanc alia vaſa ingrediantur, alia exeant. *Longitudine*, quinq; tranſuerſos digitos: latitudine, tres: at craſſitie, pollicem æquant. Dexter tamen ſiniſtro ſemper *maior eſt*.

*In his conſiderandæ ſunt partes*, tum externæ, tum internæ. *Externas* voco, membranas *Partes. Externæ.* quibus veſtiuntur, pinguedinem, glandulas quæ incumbunt, & vaſa quæ vel egrediuntur, vt vreteres, aut intrant, vt venæ, & arteriæ emulgentes. *Internas* ſubſtantiam ipſam, & huius colorem, vaſa, & carunculas.

Membrana renum duplex eſt, *vna communis & externa*, à peritonæo deducta, qua *Membrana.* tota eius ſubſtantia inuoluitur, & *Renis faſcia* dicitur, à me νεφρομήτρα, quod in ea veluti matrice renes contineantur, pro ligamento inſeruiens, qua diaphragmati & lumbis
d, 8.10.2 B.B. nectitur.[d] *Altera propria eſt, & interna*, immediatè parenchyma ambiens, à communi tunica vaſorum renum ingredientium exorta, ac validiſſimè connata, vt vix ſeparari,

lis penitus ſub adipe recondantur. Dexter tamen minus ſemper quam ſiniſter; & vtcunque vehementer pingues fuerint, aliquid ſemper mediis deeſt.

*Glandulæ.* [e] GLANDVLÆ (quarum noſtra tempeſtate primus mentionem fecit Bartholomæus Euſtachius Sanctoſeuerinas Medicus Romanus,) duæ ſunt, vtrinque vna, elatiori renis parti ſupra pinguedinem incumbens, externæ eiuſdem membranæ, ſed imprimis ſepto tranſuerſo, validiſſime adnexæ. *Figura.* *Figuram* habent ſemilunarem, & fere renibus ſimile (vnde *Renes ſuccenturiati* dicti,) in aliis aliiſq; locis magis aut minus depreſſam: *Subſtantia.* *ſubſtantia* tamen paulo laxior eſt. *Vaſa.* *Venas* habent, & *arterias*, [f] ex mediis emulgentibus: [g] interdum tamen & à rene vena tranſmittitur. *Nervos*, à plexu retiformi neruorum, quem coſtalis & ſtomachici aliquammulti ſurculi efformant. *Vſus.* *Facta* ſunt, vt ego quidem arbitror, ad implendum vacuum, quod inter renes & diaphragma interſtat, & ad fulcimentum Ventriculi, eo loco, qui eſt ſupra Venas & Arterias emulgentes.

*e, 8.13.1. G.G.* — *f, H. & I.* — *g, K.*

*Vreteres.* VRETERES, οὐρητῆρες, ab officio dicti, παρὰ τὸ οὐρεῖν, à mingẽdo, πόροι φλεβικοὶ, & *meatus vrinarii* Latinis. *Subſtãtia.* Vaſa enim duo ſunt, teretia, venarum inſtar, niſi quod alba ſint, (vnde Celſo *Venæ albæ*) craſſiora, ac neruoſiora, vtrinque vnum. *Ortus.* Hæc [h] ex renum ſima parte, vbi ſinus exſculpti, [i] poſtquam interiorem ipſorum cauitatem ſuccinxerunt, & tubulos octo, aut decem effinxerunt, (de quibus poſtea loquemur,) egredientes, ac per lum- *Progreſſus.* borum regionem vectæ, (in qua mediante membrana à peritonæo delata, vndiq; alligantur muſculis ψόας dictis,) in veſicam implantantur. *Membrana.* Hinc eſt quod *duplici membrana conſtant: vna communi*, ſiue *externa*, à qua & venulas & arterias ſuſcipiunt capillares, à partibus vicinis cũ membrana profectas: *altera propria*, ſiue *interna*, quæ priore candidior, & venarum tunica durior, paucioribus obliquis fibris donata eſt. *Inſertio.* *Inſeruntur* autem in poſteriorem & humiliorem veſicæ partem; non procul à ſphinctere muſculo, circa ceruicem, inter duas membranas proprias delata, in cauitatem penetrantia. Inſertio autem obliqua admodum eſt, qua ſolers Natura cauit, quominus aut in compreſſione ipſius, aut nimia ab vrina diſtenſione, quicquam in Vreteres regurgitet, cum potius his ipſis meatus occludantur, vt videmus quotidie, dum à pueris veſicæ porcorum inflantur, ne flatum quidem exire. *Magnitudo.* *Magnitudo* eorum tanta eſt, quantus progreſſus per lumbos, longi palmum, & latitudine paleæ. In iis tamen, qui nephriticis doloribus ſunt obnoxii, dum calculus deſcendit, ad inteſtini vſque craſſitiem dilatantur.

*h, 8.13. D.D.* — *i, vide 8.10.4.* — *i, 5.3. v in dextro latere poſitum.*

*VASA. Venæ.* VENAS, & ARTERIAS, à vicinis partibus habent; ſed NERVOS, à ſexto pari, & lumborum medulla, vnde exquiſitiſſimo ſenſu ſunt prædita. *Venas* habent à Caua prodeũtes, ex quibus duæ *Adipoſæ* dicuntur, quod in membranam exteriorem diſſeminẽtur, & *Adipoſæ.* tota adipe inuoluantur, quemadmodũ & adipis materiam ſuppeditãt. Harum [l] *dextra*, ab emulgente oritur: at [l] *ſiniſtra*, à Caua. *Emulgẽtes.* *Aliæ duæ* [m] *emulgentes* ab officio, ampliſſimæ, ex ipſo trunco Cauæ deſcendente, inter primam & ſecundam lumborum vertebrarum oriundæ, quæ tranſuerſim delatæ, in [n] ſimam renum partem, in [o] duos prius deductæ ramos, inſeruntur. In hac diuiſione membrana communi vaſa hæc inuoluuntur, quæ præter pinguedinem, quam habere ſolent copioſam, vtplurimũ glandulosis quibuſdã corporibus fulciuntur. Ex his [p] *ſiniſtra* paululum ſublimius, vt ipſe etiam ren lævus, ſita eſt: vt

*l, v in ſiniſtro latere.* — *m, φ. vide & 8.10.1 B.B. & 8 13.1. E.E* — *n, 8.10.1. E.E.* — *o, c.* — *p, B. ſiniſtri lateris.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

*Situs.* tie,à ſumma parte ad infimam per medium habere videntur. *Sita* ſunt in gibba ferè renum regione, & in vreterum ( quibus etiam propterea numero reſpondent, vt adeo decem ſint,) tubulos ſupremos dehiſcunt.

ACTIO. Atque hæc Renum, partiumque eis adhærentium fabrica eſt; quorum *actio*, quicquid ſeroſi eſt & aquei in vaſis, tam Venis, quam Arteriis, ad ſe trahere, ſeparare, tranſcolare, & per Vreteres ad Veſicam mittere, vt inde extra corpus pellatur. Cum enim ex vena Portæ per anguſtiſſimos meatus anaſtomoſium ad Cauam in hepate ſanguis deducendus erat, vt oſtendimus, quo tenuiſſimus tantum in Cauam deferretur, craſſior autem in portæ vena remaneret, pro nutritione partium alimenti coctioni inſervientium; & vero vel tenuiſſimus ægre tranſiret, Natura vehiculum addidit, (quo nomine Hippocrates appellat) aquoſum ſerum quod, ne poſtea, (cum ineptum ſit ad nutritionem) in Caua & Aorta redundaret nimium, Renum beneficio expurgauit. Primum ergo ad ſe trahunt renes, vt oſtendit Galenus ex Hippocratis etiam ſententia, 1. natur. facult. 15. Venis non mittentibus; 2. eiuſdem 1. 6. de locis affect. 3. de ren. affect. 1. quo pacto fellis veſicula bilem allicit. Attrahit autem non ſolum ſerum: ſed vna cum modicum ſanguinem, qui poſtea in renibus à ſero ſeparatur. Sanguis hic deinde in nutrimentum cedit parenchymatis: at ſerum, à capillaribus venis emulgentium, ad ſummitatem carunculiarum deponitur, è quibus poſtea, veluti lac è papilla in tubulos vreteris exſudat, ſenſimque collectum in peluim, quo loci omnes tubuli concurrunt, vbi guttulam conſtiterint, per vreteres ad veſicam deſtillat.

Merito ergo *duo facti ſunt renes*, ob corporis æquilibritatem, ne vnus factus, aut in medio, cum grandior neceſſario eſſet, reliqua viſcera comprimeret: aut in latere corporis, tolleret æquabilitatem. *Iacent autem ſub iecore & liene*, eo loco, qui in trunco corporis exacte quaſi medius eſt, vt vndique ad ſe quam commodiſſime traherent. Dextro autem ſiniſter ſuperior eſt, vt ille iecori cedat, quod deſcendit demiſſius liene. Non ſunt autem penitus ex aduerſo, ne alter alterius actionem impediret. *Figuram* habet phaſeoli, ab interna parte, qua ſe reſpiciunt, ſinuati; ab externa, qua dorſum ſpectant, gibbi, vt illic quidem vaſa tutius implantarentur; iſtic, loco, in quo ſiti, accommodarentur. *Subſtantia* autem *eſt dura, denſa, ac compacta*, tum vti vaſa tenuiſſima rectius fulciret: tum, vt prohiberet, quia inteſtinis ſubiacent, coloque præſertim, ne ipſis, aut fæcibus, aut flatibus turgidis, nimium comprimantur. Et quia tenuiſſimas venas arteriaſque recipiunt, quæque ad extremitates vſque producuntur, hinc adeo fit, vt *duplici membrana* tegantur.

## CAPVT XV.

### *De Veſica Vrinaria.*

*Nomen.* VESICA *vrinaria* Græcis κύστις οὐροδόχος, ab officio ſuo dicitur.[a] *Sita* eſt in imo ventre, ſede extima, nempe in hypogaſtrio, in ea cauitate, quam Peluim vocari, ſæpe iam numero diximus. *Connectitur inferiore ſui parte*[b] recto inteſtino cui incumbit; [c] *ſuperiore*, oſſi pubis, at [d] *fundo* (mediante vracho) vmbilico. Hinc eximium inter ipſam, & hunc conſenſum in quibuſdam notauimus, qui grandiore veſicæ calculo laborabant, cum

*Situs.* *Cõnexio.* *a*, 8.11.P. *b*, S. *c*, E. *d*, R.

cum de graui circa vmbilicum dolore, eoque continuo conquererentur, quem non
aliunde accidiſſe nobis perſuaſimus, quam ab vracho, à veſica ob calculum expanſa,
aut detracta, ſimul reuulſo, vnde partes circa vmbilicum ſenſu acriore præditæ, ſimul
vellicatæ, impendio quam moleſtum ſenſum perceperunt. *Figuram* habet ovalem, cum *Figura.*
*ſuperior pars* amplior ſit: *inferior*, anguſtior, ſicque pyrum exacte referat, ex quo ab Ana-
e, 8.13.1. tomicis in [e] *Corpus* & *Ceruicem* diuiditur. Comprehendit ſub ſe corpus [g] *Fundum*, quæ *Partes*
M.M. latior illa pars eſt, ex cuius centro [h] Vrachus pronaſcitur, & ſurſum vectus, in vmbili- *diſſimilares.*
f, N. g, 8.12.O cum deſinit. *Subſtantia* autem conſtat, *partim* membranea, vt Corpus; *partim* carnoſa,
h, P, ſed vt Ceruix, quæ vulnerata propterea coaleſcit, cum cætera veſicæ vulnera ſint lethalia, *Subſtantia.*
imprimis vt teſtatur Galen. 6. aph.18. *Membrana* autem triplex eſt, *vna* communis, & *duæ* pro- *Mēbrana.*
8.3.L. priæ: *illa*, exterior eſt, à peritonæo deducta, qua conterminis partibus alligatur;
*hæ*, interiores, quæ ſolidæ, ac duræ, ſed craſſæ magis minuſque prout diſtenduntur,
i, 8.13.1. M.M. aut relaxantur. [i] *Primas*, quæ media eſt inter communem & propriam, craſſiuſcu-
l, a.a. la eſt præ reliquis, [l] fibris rectis conſperſa, quæ affluente ſanguine admodum com-
parent, & à nobis ſupra inter muſculos Veſicæ, authoritate Excellentiſſ. Aquapen-
dentis relata, cuius officium ſtatuimus, vrinam è veſica, ſe contrahendo, expelle-
re: *Altera*, quæ intima, lucida, ac alba, exquiſitiſſimi ſenſus, vt norunt, qui calculo ve-
ſicæ laborant, omni fibrarum genere donata. Intus cruſta quædam mucoſa, quæ tertiæ
coctionis excrementum eſt, in ipſa veſica excretum obducitur. *Foramina* tria obtinet: *Foramina.*
*primum* eſt in ceruice, per quod vrina excernitur: *duo* alia in poſtica ſede & inferiore,
non longe ab eius ceruice, à ſe inuicem duorum digitorū latitudine diſtantia, per quæ
ſerum ex vreteribus inſtillat. Obliqua ſunt admodū, ne vrina in veſica collecta, regur-
m, 8.13.1. gitare ad vreteres queat. Habet & [m] *muſculum, Sphinctera appellatum*, qui ad [n] ceruicem *Muſculus.*
O.O. ſitus, cuius hiſtoriam ſupra lib.4 exſecuti ſumus. [o] *Venas* etiam, & [p] *Arterias* obtinet, *Hy-* *Vena.*
n, N. o, 5.3.n.8. *pogaſtricas* dictas, vtrinq; ad ceruicis latera implantatas, quæ ſtatim in duos ramos diui- *Arteriæ.*
p, 6.2.ζ. duntur, quorum *alter* per veſicam, *alter* per ceruicē, & hinc in maribus, per colem diſ- *Nervi.*
q, 7.1.τ. tribuitur. *Neruos* inſignes, nec vt fellis veſica paruos, qui [q] *partim* ab illis ſextæ coniuga-
tionis neruorum cerebri, qui per coſtarum radices exporriguntur: *partim* ab illis trans-
mittuntur, qui poſtremi à ſpinali medulla oſſis ſacri originem trahunt.

*Conſtituit* autem ſolers Natura veſicam tanquam receptaculum, & ciſternam ſeroſi
humoris, qui à renibus allectus per vreteres tranſmittitur, & retinetur, donec inſigni
eius copia collecta, pro noſtro arbitrio depellatur. Sapienter ergo *in imo ventre* colloca-
uit, vbi renes ſiti ſunt, & quidem *in infimo loco*, vt deſtillantem humorem opportunius
excipiat, & promptius circa corporis extrema hærens, iterum vbi opus eſt, deponat.
*Figuram* rotundam, vt quamplurimum caperet, ne homo vrina aſſidue vrgente, à ne-
gotiis & rerum diuinarum contemplatione auertatur. Ne tamen à vicinis partibus
nimium forte premeretur, præſertim à fæcibus durioribus recti inteſtini dum alvus
8.11.P. redditur, oblongior facta eſt, nō exacte globoſa. Quæ cauſa eſt, cur & ſic, dum fæces de-
trudimus, vrinam ſæpe, fereque ſemper ſimul mittamus, quod ſcilicet veſica nonnihil
S. vna à fæcibus egredientibus comprimatur. *Subſtantia* autem opportuniſſima eſt, quæ
E. & extendatur in molem, & iterū contrahatur, ſimul ab iis, quæ recipiuntur, quia acria
R. ſunt, non facile offendatur, cum mucoſa cruſta ipſi intrinſecus obtendatur. Vt autem

pro noſtro arbitrio retineretur vrina, *Sphincterem muſculum* nacta eſt, quo contracto in media ſua figura relicto, ne guttula quidem exſtillat: aperto autem effluit. Quia men & vi quadam expellere conueniebat, totum veſicæ corpus *prima propriarum m branarum*, (quam ſupra muſculum ſtatuimus) cingit, qua contracta cum impetu ex mitur. In quod ſane munus & tranſuerſos abdominis muſculos, & imprimis pyra dales habet conſpirantes, vnde videmus vrinam pro noſtro arbitrio & in altum p pelli poſſe. Iam vt nutriretur, *Venas* habet: & vt viueret, *Arterias*; vtque ſentiret mol (ne acrimonia vrinæ corrodatur,) & (præſertim vbi plena eſt) copiam, *Neruos* quo accepit. Inſeruntur autem hæc vaſa ad Ceruicem, quod locus maxime commodus cum validus ac carnoſus, nec ſuſpenſa ipſa vaſa incedere cogantur.

## CAPVT XVI.

### *De partibus genitalibus in mare, & primum quidem de iis, quæ ſeminis generationi inſeruiunt.*

PARTES, quæ infimi ventris cauitate coërcentur, geminas eſſe, & alias quidem tritioni dicatas, alias vero generationi inſeruire, ab initio huius libri ſtatim m nuimus. Voluit.n. benigna parens, ne Homo omnium conditarum rerum nobili mus vitæ huius vſura cõmodè (quantum licuit) duntaxat frueretur: ſed &, quia fat tandem terminus ipſi impendet, ad æternitatem ſeſe in noua ſobole proueheret. Il quam affabrè exſtruxerit, quamq; ipſarum vſus & actionis gratia ſitum, figuram, ſ ſtantiam, ac magnitudinem tribuerit, non perfunctorie, opinor, explicuimus. Reliq eſt proinde, vt & has nunc breuiter perſequamur, in quibus, ſi alicubi, magnum ce non ſolum prouidæ mentis, ſed & mirabilis cuiuſdam ſapientiæ teſtimonium reliqu Sunt autem hæ partes, vt ſexus, duplices, quod neq; in vno, neq; ab vno ſolo gener fætum voluerit, ſed vnum quidem materiam exporrigere, alterum vero ſuſcipere fouere. *Vir* ergo ea organa accepit, quæ partim ſemen opportunè generant, part confectum in vterum promptè expellunt. *Mulier* contra, quæ à mare concipiunt, & hominem efformant. Agemus nunc de Virilibus, quarum hiſtoriam primo, deinde ctionem & vſus, vt conſueuimus, perſequemur.

Vaſa præparantia. VASA ergo PRÆPARANTIA, à Galeno ἀγγεῖα προπαρασκευαστικὰ dicta, duæ ſunt v næ totidemq; arteriæ, quæ idcirco à diſſectionum profeſſoribus, *Venæ*, & *Arteriæ p parantes* vocantur, ex quibus arteriæ venis ſunt ampliores. In his potiſſimum orig progreſſus, & inſertio obſeruanda ſunt. [a] *Venarum* enim *dextra* paulo ſub em Principium. gente è trunco deſcendente venæ Cauæ, non tamen à dextro ipſius latere, ſed a tica ſede enaſcitur, & vel ſimplici initio, vt plærumque, vel gemino, vt non ra Quandoque ab emulgente propaginem exiguam aſciſcit, id quod à Galeno quoq jamdiu obſeruatum fuit. [b] *Siniſtra* ex media & inferiore ſede emulgentis læui teris oritur, quamquam & pluries viſum ſit, vtramque venam exinde enatam. Cont [c] *Arteriæ* ex ipſo trunco, ſed longius, & pænè duorum tranſuerſorum dig torum interuallo ſub emulgentibus, à priore parte egrediuntur. Cæterum ob

dixeris. Paulus Ægineta ἑλικοειδέα, hoc eſt, *capreolarem* vocat, quod vaſorum præparantium plexum, in modum capreolorum hederæ contortorum (quos Græci ἕλικας appellant) in ſe coërceat. Membrana eſt valida ac denſa, abundè venis prædita, cuius extima ſuperficies aſpera eſt, ob fibras, quibus cum Darto adhæret: interior, læuis, eſtque non alia, quam ipſi proceſſus peritonæi, quos ſupra teſtes inuoluere diximus.

4. [h] *Altera* eſt, quæ hac aperta ſtatim in conſpectum ſe offert, & proximè teſtes complectitur, alba, craſſa, & valida, à præparantium vaſorum tunica enata, quam Ruffus propterea ὑμένα νευρώδη, noſtri *albugineam* appellant. *Vaſa* habent omnis generis, *Venas, & Arterias* à præparantibus propagatas, quæ & in proprias tunicas diſperguntur: *at Neruum* gracilem à ſextæ coniugationis ſurculo coſtali, qui vna cum vaſis, & Cremaſtere muſculo, peritonæi cauitatem egreditur. Cæterum vocantur teſtes, vel quod virilitatis teſtimonium præbeant, cum ex his virum agnoſcamus præ muliere: vel, quod nulli apud Romanos teſtari licuerit, niſi cui teſtes eſſent, & ſexus foret maſculini. Græcis δίδυμοι quaſi *gemelli*, quod quemadmodum hi in vtero vno naſcuntur, ſic iſti in vno ſcroto ſemper gemini (modo naturæ ordinem reſpicias,) continentur. Vocantur & ὄρχεις & ὀρχίδια, itemq; κύαμοι, *fabæ*, ex qua appellatione decantatum illud Pythagoræ præceptum enatum mihi perſuadeo, ἀπέχου κυάμων, Abſtine à fabis, hoc eſt, à Veneris illecebris, quanquam non deſint doctiſſimi viri, qui aliter explicent.

*Vaſa.* *Etymologia.* [h, 8.15.4. B.B.]

Paraſtatis autem (vt diximus) circa teſtis fundum, inferiore ſede continuantur [i] VASA DEFERENTIA dicta, & in glandulas proſtatas inſeruntur, ideoque partim extra abdomen in ſcroto ſitum obtinent, partim in ipſo imo ventre. Vaſa ſunt colore candida, *ſubſtantia* neruoſa, perobſcura quadã cauitate prædita, quo nomine πόρυς σπερματικοὺς, meatus ſeminales, Herophilus vocauit. *Oriuntur* autem à paraſtatis inferiore ſede, ſurſumque (præparantibus vaſis in peritonæi proceſſibus connexa) feruntur, quos vbi ſuperarunt, & jam abdominis amplitudinem ingreſſa ſunt, reflectuntur, & poſteriorem veſicæ regionem petunt, inter quam & rectum inteſtinum incedunt, [l] donec juxta ceruicem nonnihil prius dilatata, mox vnita, in glandulas proſtatas vtrinq; terminentur.

Vaſa deferentia. *Subſtantia.* *Ortus.* *Progreſſus.* [i, 8.12.a & 8.13.1. X.X.] [l, vide 8.16.1.C.C.]

Paulo tamen antequam dilatentur & coeant, lateribus ipſorum [m] VESICVLÆ quædam adnaſcuntur, SEMINALES dictæ, inſignes & magnæ, quas non rectius, quam vuæ racemo (cum plures ſibi adhæreant,) comparaueris. Nec tamen, aliarum inſtar, ſingularem cauitatem inſculptam obtinent, ſed anfractuoſæ, granorum mali punici cellulas ordine & figura eleganter æmulantur, plenæ humore oleaginoſo, & nonnihil flauo, qui per foramen proprium caruncula obturatum in vrinarium meatum effundi ſolet, vt ſequenti capite dicetur.

Veſiculæ ſeminales. *Humor oleaginoſus.* [m, 8.16. fig. 1. D.D & fig. 2. H.H.]

Ipſæ autem [n] PROSTATÆ, ſiue *Glandulæ ſeminales*, in quas deferentia vaſa inſerũtur, glanduloſa ſunt corpora, inter ceruicem veſicæ, & rectum inteſtinum ſita. [o] Per harum medium incedit Vrethra, quæ vrinæ juxta ac ſemini communem viam largitur: inſertio tamen nulla comparet, nec manifeſtus ductus eſt, per quem ex glandulis in ipſam ſemen deponatur, ſed cum membrana ſatis denſa obuoluantur proſtatæ, (ne quoniam ſpongioſæ ſunt, ſemen ſponte ab illis defluat) ea ſede, qua communis ductus eſt, tenuior rariorque videtur, *poris plurimis peruia*, quæ tempore coitus, rarefacta

Proſtatæ ſiue glandulæ ſeminales. *Pori.* [n, 8.16. fig. 1. E.E. & fig. 1. K.K] [o, 8.16.2. I.I.]

*PENIS.*

PLVRES partes ſunt, quæ ad ſeminis generationem faciunt, à ſe diſtinctæ, vt nunc oſtendimus: at vna tantum, excretioni deſtinata eſſe dicitur, PENIS ſcilicet, quamquam reuera & ipſe ſimplex non ſit, ſed ex multis, partim ſimilaribus, partim diſſimilis naturæ compoſitus, quæ tamen omnes affabrè in hanc actionem conſpirant. Huius appellationes diuerſas libro primo, cum externarum partium nomina traderemus, abundè recenſuimus: nunc quem ſitum habeat, quam figuram, magnitudinem, & connexum perſequemur.

*Homonyma.*

In primis tamen monendum eſt, *Penis* vocabulum, vt communiter ſumitur, non totum id deſignare, quod nunc eo ipſo intellectum volumus, cum *penis duæ ſint partes, vna*, & quidem præcipua, quæ infra commiſſuram oſſium pubis in perinæo ſita eſt; *altera*, quæ ab elatiore eorundem oſſium ſede propendet, & vulgo penis dicitur. Illam ὑπόστημα Græci, hanc στῆμα appellant. *Situs* eſt ad externam imi ventris partem, ad radices oſſium pubis, *figura* exactè teres, niſi in ſuperiore parte, quæ dorſum dicitur, latiuſculus foret. *Longitudinem* habet in corpore ad Naturæ leges conformato, & ætate juſta, ſpithamæ, vbi erigitur: quanquam plurimum variet, pro familiæ, & vitæ ratione. Vidimus enim familias, quæ hoc nomine melius, peiuſve audierunt: quantum autem frequens coitus ad augmentum acceſſionis faciat, quotidiè illi aduertunt, qui in Veneris prælia, vel frequentiores, vel alacriores deſcendunt. Ineptum autem illud eſt, quod quidam produnt, futurum eſſe penem maiorem, ſi vaſa vmbilicalia non proximè ad vmbilicum ligentur, abſcindanturq; in recens natis, ob vrachum, qui inter vaſa vmbilicalia continetur, & veſicæ fundo adnectitur, vnde putant retro penem cum veſica trahi. Id enim quomodo fiat, non ſatis animo meo apprehendere valeo.

*Situs. Figura. Magnitudo.*

Diuiſio partium.

Cæterum ipſe penis ex compluribus conſtat partibus, quas commodè in externas, ſiue continentes, & internas, ſeu contentas diuidemus. *Externæ* ſunt, quatuor illa communia noſtri corporis tegumenta, dummodo pinguedinem excipias, quę hic nuſquam eſt inueniri, ne penis erectioni incommodet, aut liquefacta, indicibilem illam voluptatem interpellet. Cuticula ergo hic mediocris eſt: cutis craſſiuſcula in flaccido pene laxa, in rigido tenſa: membrana carnoſa nonnihil neruea. *Internæ partes* ſunt plures, duo ſcilicet penis neruoſa corpora, ſeptum, canalis, glans, quatuor muſculi, & vaſa. *Conſtat enim ex* [a] *duobus corporibus*, oblongis, neruoſis ac duris, vt ligamentum,

Externæ. Internæ.

I. Duo neruoſa penis corpora.

a, 8.15.D.

tum,non tamen ita denſis,vt illa, quæ partes inter ſe vinciunt. Hæc intus [b] raritatem b. 8. 16. 7.
habent,ſpongiæ ſimilem,atraque materia,& veluti ſanguine nigricante oppletam. Videntur enim ex innumeris arteriarum venarumque ſurculis quam tenuiſſimis inter ſe complicatis, retia quædam efformari, quæ inter infinitas quaſdam [c] fibras (à nobis, c. D.D.D.
*Fibræ pectiniformes.* quia ſeriatim ſepto nerueo attenſæ ſunt *Pectiniformes* dictas) diſperſa, & quaſi intertexta ſunt. Per hanc ſubſtantiæ raritatem, ne ſpiritus diffuſi confeſtim diſſipentur, & penis ante tempus flacceſcat, Natura tunicis quibuſdam membranoſis, neruis, ac denſiſſimis corpora hęc tanquam inuolucro quodam obduxit. In medio autem vtriuſ-
2. que corpus aliud interiectum eſt, quod [d] *Septum pellucidum* vocamus, ac vtrumque d. D.D.D.
Septum pellucidum. coniungit, & nerueum eſt, atque candidum. Cæterum hæc duo corpora ab inferiore oſſium pubis ſede, vbi craſſiora ſunt, & teretia, oriuntur, diſtincta à ſe mutuo, inſtar duorum cornuum literæ Pythagoricæ, vt vrethræ inter vtrumque locum medium concedant. Mox autem vt ad commiſſuram eorundem oſſium peruenerint, interuentu modo dicti ſepti inuicem coniunguntur, ſicque vnita vſque ad glandem, cum qua
3. priore ſui parte iunguntur, excurrunt. His ſubiicitur [e] *Canalis*, οὐρήθρα dictus, eiuſdem e. 8.15. E.
Canalis. cum corporibus ſubſtantiæ neruoſæ, laxæ, denſæ, ac mollis. Teres hic eſt, & cauus, eandem à principio ad finem amplitudinem obtinens, vnde & Celſo *fiſtula vrinaria* voca- & 8.16.6. A.A.
*Ortus.* tur. *Incipit* autem à ceruice ipſius veſicæ, à qua tamen non naſcitur, nec continuatur, vt quidam volunt: ſed coniungitur duntaxat, cum facilè veſica cocta à canali recedat,
*Foramina.* ſicq; ad glandem vſque porrigitur. Ad huius initium tria ſunt *foramina*, *vnum* in medio, maius & amplius cæteris, quod ab ipſo efformatur, & ceruici veſicæ adnectitur: *duo* minora ad latera vtrinque anguſtiora, à ductu, qui à ſeminalibus veſicu-
1. lis in canalem patet. Conſtat autem *ſubſtantia* eius *ex duplici membrana*: *vna interna*,
2. 3. *Subſtantia.* qua & glans tegitur, ex membrana tenui penis neruos inueſtiente pronata, quæ ſenſu perquam exquiſito prędita eſt, vt ſeminis acrimoniam, prętertim qua parte inter glandulas proſtatas conſiſtit, perſentiat, voluptatemque excitet: *altera externa*, carnea,
4. Muſculi. pluribus tranſuerſis fibris aſperſa. [f] Muſculos habent hæc corpora duos, quos libro f. 7.15.
*Collaterales.* quarto [g] *collaterales penis muſculos* vocauimus, & breuiores ſunt, ac craſſiores cæteris. Hi à coxendicis appendice, infra principium duorum corporum neruoſorum g. G.G.
*Inferiores* enati oblique aſcendentes, non procul à principio iiſdem inſeruntur. [h] *Alios duos habet Canalis*, qui longiores ſunt, at graciliores, ab [i] ani ſphynctere prodeuntes, qui inuicem internis [l] lateribus iuncti, recto gradu ſub canale excurrunt, & in medio longitudinis ſuæ ad latera [m] inſeruntur. Hi muſculi etſi carnei ſunt, ſubſtantiam tamen habent plurimum cum penis ſubſtantia conuenientem, cum eo erecto ſtatim ad ſua principia contrahantur, & cum eodem flacceſcente remittantur. *Vaſa* habet omnis h. F.F. i. I. l. b. m. c.
5. generis, quorum [n] *alia cutanea* ſunt, nec penis ſubſtantiam ingrediuntur, [o] *alia vero* n. vide 8. 16.4.E.F.G.
Vaſa. *Cutanea.* *profunda*, & in intima corpora penetrant. *Venæ & Arteriæ cutaneæ*, à Pudenda deſcen-
*Profunda* dunt, quæ ad radicem penis ingreſſa per latera dorſi excurrunt, & ſatis euidentes ſunt. *Profundæ geminæ* ab Hypogaſtricis enatæ, ad bifurcatum penis exortum inſertæ, quæ per penis longitudinem diſſeminantur. Imprimis vero inſignes ſunt Arteriæ, per totam penis ſubſtantiam mirificè diſperſæ, ita vt dextra in ſiniſtrum, & ſiniſtra in dextrum diffundatur. [p] *Nerui* quoque duo magnitudine eximij ſunt, ab oſſis ſacri me- o. vide 8.16.5. C.D. p. D.

dulla

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tatem explicat) ὥσπερ εἴδομεν τὸν ὀπὸν, τὸν τὸ γάλα συνιστῶντα, quemadmodum videmus coagulum lac cogens. Soluitur enim, & in omnes partes, cum quibus commiſcetur, ſic diffunditur, qualiter coagulum, & fermentum abſumi videmus, etſi revera commiſtũ ſit, illud cum lacte, hoc cum pane, vt nequeas vllam particulam oſtendere, quæ ex coagulo aut fermento ſit effigurata: neque tamen etiam, quæ non coagulum, aut fermenti aliquid habeat. Sic in embryone haudquaquam monſtrare licuerit, quæ pars ex ſemine virili condita ſit, cum neque vena neque nervus, neq; caro, nec cutis, ex ſemine conſtet, ſed vniuerſum diſſolutum fuerit, ac in ſpiritus verſum, qui poſtea per totum corpus diffuſi, vt ſic cum vbique ſit, nullibi tamen monſtrari digitis queat; & cum omnibus partibus inſit, nullam tamen earum efformet. *Materia* ergo *ſeminis* ſanguis eſt: ſed ſanguis purus, & elaboratus, maximeque ſpiritibus refertus, cum ſemen ipſum non fere aliud, quam ſpiritus ſit, iunctus modico humido, in quo ſubſiſteret. *Deduxit* autem merito *ex Arteria magna, & Vena caua vaſa præparantia*, ex quibus arterias ampliores fecit venis, quia plus ſcilicet ſpirituum, quam corporis ſeminalis requirebatur. *Venam* tamen *ſiniſtram*, nequaquam vt dextram *ex ipſo trunco eductam voluit*; ſed ex emulgente potius ramo, eiuſque media ſede, ne contra iuſtitiæ leges, quas tam ſancte vbique ac religioſe obſeruat, hic temere peccaret. Expediebat enim, vt vtrumque vas æqualis eſſet longitudinis; adeoque præparatio ſeminis ab vtroque æque fieret. Cum ergo truncus cauæ, ad dextram nonnihil ſedem neceſſario declinet, vt cedat Aortæ ſiniſtram occupanti, futurum omnino erat, vt ſi ex eodem loco prodiret ſiniſtra, è quo dextra naſcitur, hac multo longior fieret. Sed & ſerum ſanguini miſcere in ſiniſtro voluit, non quidem (vt plærique omnes cenſent) quo à ſiniſtro teſte generarentur fœminæ, à dextro mares: (ſemen enim quod in coitu emittitur, in glandulis proſtatis eſt, & ex vtraque effuſum in canalem vrinarium, confunditur) verum, vt acredine nonnihil ſemen profunderetur, qua voluptatem illam in coitu, ſiue augeret, ſeu perficeret. Quod ſi ex vtraque emulgente duxiſſet, nimium ſeri ſemen infæcundaſſet. Ineptum autem eſt, quod ab aliis fere omnibus tradi videmus Anatomicis, cauiſſe Naturam prudenter hoc inuento, ne arteriam magnam ſiniſtra vena ſuperequitaret; à cuius continuo motu ruptionis periculum præſentaneum imminebat, cum videamus, per vniuerſum fere corpus, arterias venis ſubſterni, nec vnquam obſeruemus, vllam hoc nomine ruptam, detritamue.

Cæterum hæc vaſa merito longiſſima ſunt, vt diligens quædam præcedat præparatio, quam facile in his fieri obſeruabis, ſi ſanguinis duntaxat aduertas albedinem, quam augeri cum itineris longitudine indubitatam fidem oculorum æſtimatio præſtat. Hæc cauſa quoque eſt, cur *in tot plexus coeant*, vt ſcilicet, quemadmodum inteſtina, cum longiora ſint futura, in anguſtiore ſpatio promptius continerentur. Arteriæ autem *longius ſub emulgentibus, quam Venæ oriuntur*, vt breuiores ſint, quia ſpiritus præparatione, vt ſanguis, tam exquiſita, non indigebant. *Coniunguntur* quoque *per anaſtomoſes*, vt Arteriæ quidem præparatos ſpiritus, Venæ autem ſanguinem conferrent, & quædam exacta commixtio fieret, antequam *Paraſtatas* materia ſeminalis ingrederetur. Inde ad has vtriuſque ſanguinis mixtura transfunditur, & mea quoque ſententia, in his in ſemen perfectum propria vi elaboratur. Dico, *in his* elaborari,

*Paraſtatarum vſus inueſtigatur.*

rari, quod plenas ſemine, non ego tantum: ſed & alii quar
mecum invenerint, tum quia baud temere Naturam huc mat
ſe; ſed potius, vt coqueretur, crediderim. Addo autem, *vip*
me cum iis non facere, qui cum teſtes nunquam in ſe ſemen
adeoque officinam ſeminis non eſſe, vel oculorum teſtimon
diatione tamen in paraſtatis generare profitentur. Atque m
prouehamur, vt omnia clariora ſint, quæ dici in hoc negotic
imprimis mihi agenda videntur. Primo, demonſtrandum q
cultatem, tum generandi in ſe, tum in alio per irradiationen
inde inueſtiganda propria ipſorum actio, & ſi quid erit, quo
dum. Nec enim ita temere à Galeni opinione vnquam diſc
Clariſſimorum Virorum ſententiis contradicendum putaui
bui admodum graues, experientiamque ipſam contrariam v
*in ſe non generant*, quod materia ſeminis teſtes non ingrediatur,
net, vt & alii obſeruarunt, inter quos imprimis doctiſſimos
quam, & Fernelium nomino. Et quam ineptum foret hoc N
cum breuiſſima ſemper vtatur (vbicunque licet) via, nihilq
teriam hanc à paraſtatis ad teſtes, iterumque ab his ad illas tra
itinere, difficilique, nihil à paraſtatis beneficij quæſiſſet. Ta
men nunquam, interdum ſeroſum tantum humorem reperi
*nem* teſtes ſemen generant, cum hæc ope ſpirituum neceſſario a
tio ſeminis ſit coctio, omnis autem coctio ope calidi ſpirituum
ritus autem cum in teſtibus non ſint; vt in fonte caloris, aliur
quemadmodum Cerebro à Corde: at certe quod teſtibus affl
partibus poſſit ſuppeditari poſtea: vt nihil iam dicam, neque
ſtibus ad paraſtatas deſinere, quæ vicem poſſint obire cana
*Quod ſi obiiciat quiſpiam*, viciniæ beneficio irradiationem hanc
ex iis eſſe videbitur, quæ inter impoſſibilia referuntur, qu
tis maxime aliena ſunt, cum nullibi ſpiritus ob tenuitatem
fiſtulas traducat & communicet aliis partibus, vt videmus i
tingere. Quod ſi à corde influat vis generandi ſeminis, qui
riis ſpiritum aduocare, cum paraſtatæ copioſioribus irrigen
à corde rectiſſima via eſt, qua aſſiduo ac indeſinenter ſpiritus
culiarem credendum eſt requiri hic calorem, qui ſemen co
de fæcundum reddat, qualem nonnulli, vana certe opinic
qui ſpiritus quoſdam ſingulares, in teſtibus generari ſtatuer
ci ſpirituum genere, quod vulgo ſtatuitur, cum in nulla vn
diſtinctum eſſe videamus genus: ſed omnibus, vt ventricu
millis, cæteriſque à Corde influere. Quod ſi inde Vent
ſanguinem, Mammillæ lac generant, id non ideo euenire
uerſo calore influente coctio ſit inſtituata: ſed quia temp
diuerſum longe eſt, ab aliarum temperie, quemadmodu

animalis ſpiritus eſt ab eo, qui ad aures tranſmittitur, etſi in illo videat, in hoc audiat: ſed quia illa partis illius conformatio eſt, aliudque temperamentum. Calor enim non niſi ſolam coctionem efficit: at formam aliam atque aliam temperamentum partis, materiæ concoquendæ inducit. *Paraſtatæ ergo ſemen generant, & quidem in ſe, atque à ſe*, propria & inſita facultate, ob temperamentum, quo præditæ ſunt, coadjuuante tamen quam plurimum, & excitante hoc ipſum, calore à corde influente. *Teſtes autem coctionem ſeminis ſecundario adiuuant*, quatenus ſcilicet ſerum ad ſe trahunt, digeruntque, illud inquam, quod neceſſario vna cum ſanguine ad paraſtatas vadit, vt per tenuiſſimos arteriarum venarumque plexus, tum anaſtomoſes tranſeat. Si enim hoc conſilio Natura (vt diximus ſuperius) ſanguini ſero prouidit, vt in hepatis parenchymate, ex radicibus Portæ ad Cauam traduceretur, in quo ſatis euidentes adhuc ſunt anaſtomoſes: multo profecto magis erat neceſſarium, vt in his proſpiceret, quæ ita anguſtæ ſunt, vt omnino ſenſum omnem effugiant. At reuera id fieri, vel ipſe nos ſenſus edocere poteſt, cum videamus in Teſtibus nonnunquam ſeroſum humorem coaceruari: & ſiniſtrum teſtē multo maiorem dextro, quod ſcilicet per venam emulgentem læui lateris, ſeroſior ſanguis traducatur. Accedit, quod teſtis ſubſtantia glanduloſa eſt, qua Natura per totum fere corpus ad ſeroſitates huiuſmodi abſumendas abuſa eſt, vel ipſius magni Hippocratis teſtimonio. Et hoc nomine fibræ illæ tenues, ad paraſtatas à teſtibus, ea parte, qua inuicem cohærent, digeruntur, vt per eas commode attrahant. Quod ſi quis hanc ſententiam non omnino quidem à veritate alienam eſſe ſtatuat, at interim vrgeatur vulgari illo dubio, quæ cauſa ſit, ſi teſtibus ſeminis generatio proprie non competat, ijs tamen vt ablatis, vel quocunque morbo, cauſave externa, & imprimis frigore læſis, animal ſemen aut non conficiat, aut certe generet infæcundum. Illi ego reſpondeo, me ſic nihil hac ratione vrgeri, vt haud videam quid facilius ſit, quam huic ſcrupulo ſatisfacere. Nec enim vel frigore teſtis afficitur, vel cultro (dum caſtramus) læditur, quin vna afficiantur, & lædantur ipſi adnatæ paraſtatæ, in quibus ſeminis officinam ponimus. Quod ſi jam illudere quis reſponſionem hanc voluerit, dicatque, infæcundum quoque futurum eſſe animal, ſi abſciſſo teſte paraſtatæ relinquantur, nec illi ego valde contrarius propterea fuero. Infæcundum enim merito erit, cum coctio perfecta in paraſtatis tum haudquaquam futura ſit, quod ſerum illud ſuperfluum non abſumatur, à quo ſemen aquoſum nimis efficitur. At inde non magis ſequitur paraſtatis fæcunditatem ſeminis accedere à teſtibus, ac hepatis venis, à liene vis ſanguificandi, quod læſo liene videamus ſanguinis generationem in jecore corrumpi, cum craſſior chyli pars non attrahatur. Videbimus tamen nihilominus hoc, materiam ſcilicet ſeminalem confici, quæ nonnunquam & Eunuchos, quibus relictæ paraſtatæ, ad venerem excitat, & effunditur, quamuis ob dictam cauſam fætum haudquaquam generet. Cæterum teſtes ne frigoris tempore plurimum paterentur, Natura *muſculos* tribuit, & complures *tunicas*, vt illi quidem contracti, abdomini admouerent, à quo fouerentur: hæ autem, tegerent. Hoc idem præſtant & ipſæ *communes membranæ*, quæ attactæ leuiter à frigiditate, protinus contrahuntur in rugas, quo nomine cuti tam valide Natura membranam carnoſam fibris carneis conſperſam junxit.

*Paraſtatarum verus vſus.*

*Teſtium verus vſus.*

*Dubia ſoluūtur.*

& aliud inſigne officium præſtant, quatenus breuiores, adeoque craſſiores facti, dum omnia cætera ſic tument proſtratas glandulas comprimunt, ſicque *per anguſtiſſimos illos meatus & inconſpicuos*, in vrethram granulatim ſemen, (non ſecus ac argentum viuum in corio arctè concluſum ſolet) exprimunt, adeoq; ſumma coitus voluptas exoritur, quod membrana interior, qua vrethra inueſtitur, (præſertim vbi media inter glandulas incedit) acutiſſimi ſenſus ſit, & gratiſſimus quidam ac indicibilis pruritus excitetur. Rarefiunt enim tum pori illi anguſtiſſimi à calore affluente, patentioreſq; fiunt: quo tamen anguſtiores ſunt, eo maior delectatio percipitur. Ex quo fit, vt qui rarò Veneri indulgent, maiore perfruantur voluptate: qui ſæpius, minore: ſed interdum nec cogitantibus quidem effluat, vbi laxiores pori illi redduntur. Sic excluſum ex glandulis ſemen, à meatu vrinario, contractis *tranſuerſis extimæ membranæ* (ex qua conſtat) fibris, propellitur.

*Vbi voluptas percipiatur.* Duæ ergo ſunt partes, in quibus maximè voluptas percipitur in emiſſione ſeminis, *Vrethra*, & præſertim illa ipſius pars, quæ intercedit duas Proſtratas; in ipſa autem pugna, *Glans penis*. Hoc nomine *reliqua penis corpora ambitu nonnihil excedit*, & maxime circa *Coronam*, vt vndiq; arctius ab vteri vagina, & tranſuerſis eius rugis conſtringatur. Acuta vero anterius eſt, vt in ipſum internum oſculum ſeſe penetret. Vt enim vterus ſemen felicius, & calens benè hauriat, glandem vterum ingredi conueniebat. Subſtantia ſpongioſa, & ſolidiore, quam corpora conſtat, vt quam plurimos ſpiritus ſuſciperet, eoq; diutius tenſa maneret, cum ipſa & Hymenem perrumpere, & deniq; omnia agere debeat. Exquiſiti ſenſus, vt tanto maior hæc delectatio ſit, quam Lucretius deſcribens, libro 1. hominum Diuumque voluptatem appellat. Quanquam autem exquiſitiſſimi ſenſus ſit, mirabilis tamen in omnibus Natura præcauit, vt compreſſa, aut truſa, ſuauem quandam potius delectationem, quam dolorem percipiat, quod ideo contigit, vt dum in pugna comprimitur, ob ſuauitatem, potius incredibilis illius voluptatis aſſurgeret, quam ob dolorem ſubſideret. Reliquorum vſus facilè ex dictis quiuis colliget.

## CAPVT XVIII.

### *De partibus genitalibus in fœminis, & primo quidem de Pudendo muliebri.*

ENARRATIS partibus genitalibus Virorum, nunc Muliebres inſpiciamus, quas commode in Pudenda, Vterum, & Teſtes, ipſiſq; annexa Vaſa præparantia, & deferentia, diuidemus. PVDENDA Dicuntur [a] *Pudenda* (Græcis αἰδοῖον γυναικεῖον) quicquid nobis de obſcænis partibus citra diſſectionem in oculos incurrit. [a, 8.17,1.] Latinis antiquioribus *Natura* vocabantur, vnde doctiſſimus Romanorum Varro, Nutrices, inquit, naturam, qua fœminæ ſunt, Porcum appellant. Obſcæniore vocabulo *Cunnum* nonnulli dicunt: at qui ſtudent honeſtis auribus placere, *locos muliebres* nuncupãt. Ex his primo omniũ occurrit [b] pars illa, ex qua pili primis adoleſcentiæ annis erumpunt, Pubes. q̃ *pubem*, ἥβην, appellant; [b, A.A.A.] annos autẽ ipſos, quibus prodeunt, pubertatis. Vocatur & κτεὶς, *pecten*, & à pilis

τρίχωσις.

τείχωσις. Ariſtoteli ἐπίσειον, ἀπὸ τοῦ ἐπισείεσθαι, quod in congreſſu mutuo hęc pars præcipue concutiatur. In hac, ſuperior pars præ reliquis nonnihil eminentior eſt, & piloſior, quam ideo *Veneris montem* appellant. Erumpunt autem pili circa decimumquartum annum, qui in mulieribus quidē, quàm virginibus criſpiores ſunt. *Rima magna*, quæ inter [e] labra cōſiſtit, maior eſt, quàm [d] foramen colli vteri, ſeu ceruicis, quæ virile membrū admittit, cū ab oſſe pubis incipiat, & fere ad anum vſq; pertingat, vt inter hanc & iſtā perinæū trāſuerſi digiti latitudinem vix excedat. Græcis σχίσμα vocatur, ſiue *fiſſura*, ad cuius latera ſunt [e] duo *labia*, κρήμνα Hippocrati dicta, quibus interiores pudendi partes clauduntur, non ſecus vt dentes & lingua, labiis oris. Conſtant ex communi corporis integumento cute, quæ adipem non paucam, & fungoſam cōtinet. Diductis his nonnihil, [f] *alæ* in conſpectum prodeunt, quæ Græcis πτερύγια, quibuſdam & πτερυγώματα dicuntur. Galeno νύμφαι, quod primæ ſint, quæ ſponſum admittant, vel certe, quod ſcaturienti vrinarum fonti præeſſe videantur. Productiones enim ſunt duæ, vtrinq; vna, quæ ex molli & ſpongioſa carne, tum ex reduplicatione cutis ad latera externi ceruicis oſculi oriuntur, & ſub labiis tectæ, ad commiſſuram oſſium pubis aſcendunt, iunctæq; [g] Clitoridem amplectuntur, vnde quibus hæc magna eſt, iis & alæ maiores eſſe ſolent. Figura & colore galli criſtam æmulantur, vnde *Criſta* fortaſſis Iuuenali Poetæ, dum ſcribit,

*Callidus & criſtæ digitos impreſſit Aliptes,*
*Ad ſummum Dominæ femur, exclamare coegit.*

Hæ quoties collabuntur ad ſe inuicem, externum ceruicis oſculum exacte claudunt. In harum ergo apice [h] *Clitoris* eſt, caro quædam neruoſa, dura, intus nigricante & ſpongioſa materia plena, ſimilis omnino illi, ex qua præcedenti capite duo neruoſa penis corpora exſtrui diximus. Sed vt ſubſtantiam eandem cum virili pene obtinuit, ita quoque vſum fere, & figuram. Erigitur enim non ſecus ac penis vna cum circumſtantibus alis, ſi quando laſciue manibus tractatur, copioſo ſpiritu influente; ac rurſus hoc diſſipato, flacceſcit. Hoc nomine ab Albucaſe *tentigo*, ab Auicenna *virga*, à Laurentio *mentula muliebris* dicitur. Conſtat autem ex tribus corporibus, quorum [i] *duo lateralia*, à nonnullis *ligamenta*, aliis *Crura* vocata, quod ipſis erecta inniti videatur, & ab oſſis iſchii tubere interno diſtincto principio enaſcantur: [l] *tertium*, ac inter hæc medium, è ſuperiore parte commiſſuræ oſſium pubis prodit, in cuius extremitate [m] *glans* eſt, à Veteribus μύρτον dicta, vt puto, ob ſimilitudinem quæ ipſi eſt cum baccis myrti; quæ etiam [n] *tenuiſſima cute tegitur*, tanquam præputio quodam, enata ex nympharum coitu. Huic nonnulli *muſculos* quoq; aſcribunt. Vocatur à Græcis κλειτορίς, ab obſcæno verbo κλειτορίζειν, quod hanc partem digitis petulanter fricare ſignificat. Polluci lib. 2. ἐπιδερίς, qui definit τὸ ἐν μέσῳ σχίσματι σκαῖρον σαρκίον, carunculam quæ in media muliebris pudendi fiſſura ſubſultat. Hæc interdum ad tantam magnitudinem intumeſcit, vt ſæpe anatomiæ ignaris imponat, qui credunt mulieres in viros commigraſſe, quod extra pudendum propendeat, inſtar mentulæ virilis. Atq; hoc quidem fœminarum genus eo ſępe inſaniæ deuenit, vt cum aliis mulieribus illicite coeat, in quas elegans eſt carmen Martialis ad Baſſam.

*Inter ſe geminos audes committere cunnos,*
*Mentiturq; virum prodigioſa Venus.*

Left margin notes: e, C.C.C.C. — d, F. — e, C.C.C.C. — f, D.D. — g, B. — h, 8.17. *figu.1. in ſuo ſitu, vt occurrit: ſed fig.2.3. diſſectis labiis vt ſeſe exhibet conſpiciendam, integra.* — i, 8.17.2. F.F. — l, E. — m, C. — n, D.

Right margin notes: *Veneris mons.* — Rima magna. — Labia. — Alæ. — Clitoris. — *Partes eius.*

*Fricatrices.* Vocantur à Græcis antiquis τειβάδες, Latinis *fricatrices*, quas frequentiſſimas in Ægypto & Africa, Nautæ, qui orientales plagas peragrati ſunt, referunt reperiri. Cæterum doctiſſimus Hippocrates, libro de natura muliebr. morbi cuiuſdam meminit, quē κίονα appellat, & Interpres vetus recte *Columellam* traduxit : at cum ignoretur ab aliis

*Columella morbus.* hoc morbi genus, plures varias lectiones excogitarunt, pleriq; tamen legunt κύνα, inter quos præcipue familiam ducit Hieronymus Mercurialis, Vir ſui ſeculi doctiſſimus. Ego nihil immutandum cenſeo, cum videam duo eſſe morborum genera, quæ κίων, hoc eſt, *Columna* appellari queant, deducta ſimilitudine ab vuula in faucibus dependente. *Primum* eſt, de qua nunc locuti ſumus, Clitoridis prominentia, & aucta præternaturam magnitudo : *alterum*, (quam ſæpe depræhendi,) carnea quædam & calloſa excreſcentia circa oſculum ceruicis. Et de hac poſteriore, vt imprimis Hippocratem laudato loco verba feciſſe ſtatuo, ſic reor etiam non alteri magis, quam huic conuenire curationis modum, quem ibidem propoſuit, puta reſectionem. In hæc corpora ° *Venæ*, & *Arteriæ* o, 8. 17. 3. H. H.
pudendæ numeroſa ſobole propagantur, tum *Neruus à ſexta* coniugatione, vaſa quæ omnia inſigniora ſunt, quàm corporis ratio exigit.

*Foramē Veſicæ.* Sub ipſa autem Clitoride ſupra ceruicis externum oſculum, quod Nymphæ circumſtant, p *foramen* quoddam reperitur, mediocris magnitudinis, per quod fœmininus ſexus vrinam reddit. Diligentius hoc propterea notandum eſt, ne ſuppreſſa vrina erremus cum iis, qui anatomiæ ignari ſunt, & catheterem in vuluæ vaginam iniiciunt, credentes ex illa vrinam reddi. p, 8. 17. F. E.

*Carunculę myrtiformes.* In hoc ſinu *quatuor carunculæ* obſeruantur, quas à forma, quam ſimilem habent, cum myrti baccis, *myrtiformes* appellant : in Virginibus rotundæ, in defloratis attritæ & flaccidæ. Hæ in quatuor quaſi angulis ſitæ ſunt, *duæ* à lateribus ſecundum longitudinem; *vna* in elatiore parte, quæ cæteris maior ac bifida, vt dictum vrethræ foramen obturet, occludatque: alia in inferiore, verſus interiora. Has caruncuIas coniungit membrana quædam, partim carnoſa, partim neruoſa, mediocriter craſſa, in medio, inſtar oblongioris annuli foramine, pertuſa, vt in adultis minimum digitum facile admittat. Per hoc Virginibus menſes effluunt, & vrina : at membrana de-

*Hymen.* cantatiſſima illa eſt, quæ *Hymen* dicta, ὑμὴν κατ' ἐξοχὴν, & virginitatis ſignum ſtatuitur, reueraq; eſt, quoties reperitur. De hac cum plures ſint Anatomicorum inter ſe controuerſiæ, quas nunc in medium afferre præter noſtri propoſiti rationem cenſemus, hoc vnum monendum duximus, in rebus Anatomicis audiendos neutiquam eſſe, vtcunq; in aliis medicinæ partibus docti fuerint, qui experientia & obſeruationibus carent. Ridendi ergo imprimis illi, qui nunquam: poſt hos, qui raro admodum inueniri, nec niſi præternaturam exiſtimant. Hanc enim in omnibus quas ſecui virginibus me depræhendiſſe, in publico Theatro ſæpenumero demonſtraſſe teſtor, nec defuiſſe vnam notaui, niſi præternaturam, vel quia petulanti manu (vt interdum euenire ſolet) rupta ſit, vel quia ab affluxione humorum, (quod etiam quandoque accidit) eroſa fuerit. At enim in maturis Virginibus craſſiorem reperi: in iunioribus debiliorem, molliorémque, rariſſime imperforatam, nec niſi ſemel, dum hic Patauii adoleſcens Medicinæ ſtudio incũberem, quam nulli propterea, quantumuis omnes animi neruos intenderent, perrumpere voluerunt, Chirurgia tamen curata eſt ab Excellentiſſimo Præceptore meo Hieron. ab Aquapendente. Aliis enim in primo congreſſu facile rumpitur, ex quo fit, vt virgini-

bus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

niter *collum* nominetur, quam appellationem & Græci retinuerunt, αὐχένα, & τράχηλον τῆς μήτρας vocantes. Soranus Epheſius honeſtiſſimum vocabulum indidit, qui κόλπον γυναικεῖον, *ſinum muliebrem* appellat. Eſt autem meatus teres, ab [f] externo orificio, ad [g] internum vteri oſculum pertinens.[h] *Situs* ergò eſt in imi ventris cauitate illa, quæ peluis dicitur, inter [i] veſicam & [l] rectum inteſtinum, quibus membrana à peritonæo enata alligatur. Exſtruitur autem ex *membrana duplici*, quam ſi per tranſuerſum ſeces, ſpongioſa quædam caro intercedit, ſimilis omnino illi, quæ in duobus neruoſis penis corporibus reperitur. Huius beneficio à libidine, & in coitu à penis frictione erigitur, ac intumeſcit, infinitis venarum arteriarumq; ſurculis copioſam ſpirituum vim ſuggerentibus. Voluit enim ſapientiſſimus Opifex, vt penem vndiq; amplexu ſuo comprimeret, quo ſuauior maiorq; ſexus vtriusq; delectatio foret, eoq; modo in coitu pro ratione penis, nunc latior, nunc anguſtior, modo breuior, aut prolixior redderetur. Hoc nomine internam quoq; tunicam frequentibus [m] *rugis tranſuerſis & orbicularibus* intertexuit, vt arctius retineant, quæ in *Virginibus* duriores ſunt, ac eminent: in *Vetulis, ac iis, quæ ſæpe virum admiſere,* ſenſim quaſi pereunt. Ipſa autem ceruix in iuuenculis molliſſima eſt; at iis, quæ ſæpe conceperunt, indies fit durior. *Connectitur* ceruix cum vicinis partibus: *anterius,* [n] ceruici veſicæ vrinariæ; & quia nonnihil latior eſt, etiam oſſibus pubis, ope membranarum à peritonæo prodeuntium: *poſterius* [o] recto inteſtino, cui toto ductu incumbit. Hoc quoque *diligenter notandum,* Ceruicem, cum nec virilem penem ſuſcipit, nec menſes fluunt, contortam eſſe, & in ſe pluribus rugis concidere, vt internas partes ab externo aere, ſiue calido, ſeu frigido defendat, quo nomine menſtruo tempore, mulieres, niſi ſibi proſpiciant, impense refrigerantur.

*Situs.* — *Subſtantia.* — *Rugæ ceruicis.* — *Cõnexio.*

f, E. vide & 8. 17. 5. — g, G. — h, 8. 18. Z. — i, Q. — l, S. — m, 8. 17. 5. A. A. — n, 8. 18. Q. & 8. 21. E. N. — o, S. & K.

[p] OS VTERI, τὸ στόμα τῆς μήτρας, & Galeno interdum *Ceruicis internum orificium*, foramen eſt, quod oris modo dilatari, & conſtringi poteſt. *Situm* eſt inter [q] ceruicem & [r] fundum, ex cuius infima ſede protuberat, *corpus referens* quaſi glandem obtuſam, perforatam tranſuerſa linea, quod tamen cum hiat, exactè rotundum efficitur. Hoc perpetuo conniuet: at *conceptionis tempore primisq;* (dum vtero gerunt) *menſibus*, ſic conſtringitur, vt ne anguſtiſſimum quidem admittat ſtylum: *in coitu* contra adeo dilatatur, vt penis glandem ſuſcipiat, quem dum ſuauiter amplectitur, multa voluptate vtrumque ſexum perfundit. *In partu* adeo extenditur, vt commodum egredienti (vtcunque magno) fœtui aperiat viam, quam rem conſiderans Galenus, ſe admirari quidem, at intelligere non poſſe, ingenue confitetur. Quod ſi forte inuerſum ſit, induratum, exulceratum, cicatrice obductum, aut nimis humidum, ſterilitas ſequitur. *Inuerſum* enim glandi virili non opponitur, vt ſemen recta iniiciatur in vterum, vnde refrigeratur, atque adeo infæcundum fit: *induratum* verò, non admittit glandem, nec ingreſſuro cedit: *exulceratum*, penis attactum refugit: *cicatrice ſi obductum ſit*, obſtruitur via ſemini: *humidum* vero, nimis laxatur, nec infuſum ſemen retinet, beneque clauditur. Sic quibus *nimio coitu laxatum*, plus æquo apertum eſt, Hippocrate teſte, 1. morb. muliebr. non concipiunt. *Figura* ipſius, ſi quando extra vuluam procidit, aut inuertitur, os tincæ piſcis exactè refert. Vt enim illud, ſic hoc oblongum eſt, quando conniuet.

OS VTERI. *Situs.* — *Figura.* — *Conniuentia perpetua.* — *Apertio eiuſdem.* — *Figura.*

p, 8. 17. 5. B. — q, A. A. — r, C. C.

VTERI tandem [ſ] FVNDVS ſequitur, qui proprie *vterus* dicitur, cum omnium partium vterum conſtituentium nobiliſſima ſit, & in cuius actionem omnes reliquæ cõſpirant.

VTERI fundus.

ſ, 8. 17. 5. C. C. & 8.

tia, in tantam anfugit molem, quanta pro commodo fœtus habitatio ...

concurbitulæ Chirurgorum perquam ſimilis, cum ex latiore fundo in anguſtũ os coar-
ctetur. Hanc tamen non ſemper ſeruat, ſed nonnihil in grauidis immutat, vndique in ro-
tundam ſphæram ſe conglobando, ex quo Galenus veſicæ vrinariæ aſſimilabat. *Conne-* *Cõnexi.*
*ctitur* fundus conterminis partibus, non tamen quauis ſui ſede, ſed ad latera tantum, cum
ante, retro, & ſupra ſe partem non habeat, cui adnaſcatur, ſed liber ſit, vt in coitu nunc
aſcendere ad ſuperiora, nunc deſcendere verſus inferiora queat.

t, 8.18.d. Sunt autem *ligamenta quatuor*, ex quibus [t] *duo ſuperiora* ſunt, lata, ac membrano- *Ligamẽta ſuperiora.*
d. 8.19. O- ſa, à peritonæo enata, quibus oſſis ilii lateribus vterus alligatur. Laxa ſunt, & mollia,
O. & 8.20 vt cum vtero dum grauidus eſt, & extendi, & iterum dum ſubſidet poſtea à fætu libe-
X. X. ratus, contrahi poſſint. Deducunt hæc [u] vaſa præparantia & [x] deferentia vtero, quem-
u, 8.20. H. admodum & [y] teſtes continent: & quia lata admodum ſunt, ab Arethæo veſperti-
x, Y. Y. lionum alis fuere, nec inepte, aſſimilatæ. Hæc ligamenta, vteri fundum in ſuo loco
y, V. V. detinent, ne à quauis cauſa inde dimoueatur, quemadmodum *videmus interdum aſcen-* *Vteri aſcenſu.*
*dere*, & diaphragma ac hepar comprimendo, ſuffocationis periculum inducere; non-
nunquam prorſus *in ſinum decidere*; interdum etiam vna cum ceruice, eaque inuerſa *ex-* *Vteri prolapſus.*
*tra pudendum propendere*; ſæpe ad lumbos & coxas *declinare*. Neque vero, dum vteri hunc *Vteri inclinatiõ*
fundum ſic locum mutare dicimus, ſolum ipſum, ſed vterum vna cum teſtibus & va-
ſis intelligimus. Et quamuis dubitatum ſit à multis de hac re noſtro ſeculo, quibus res *An vterus vere loco moueatur.*
viſa fuit riſu potius, quàm fide digna: merito tamen ridendi illi ipſi ſunt potius, vt,
qui neque in Anatomicis quicquam, neque in rerum Natura experientiæ habeant.
Reuera enim multiplicem loci mutationem, non tantum in iis, quæ vtero non gerunt:
ſed & in ipſis grauidis ſæpenumero animaduerti, vt vel propterea cenſeam, non fru-
ſtra doctiſſimum *Hippocratem*, in libr. de mulierum morbis, tam crebram huius morbi
feciſſe mentionem, tamque ſollicite ſymptomata ipſius omnia aſſignaſſe. Nec *Plato*
certè, quem diuinum vulgo appellant, vterum fruſtra appellat animal vagabundum,
ac generandi auidum, quod paſſim per corpus oberrat, meatus aeris intercludit, reſpi-
rare non ſinit, extremis denique vexat anguſtiis, ac morbis omnibus premit. Male ta-
men propterea à Galeno, 6. de locis affect. 5. repræhenditur, quaſi animal quoddam ſta-
tuerit, cum Plato eo loci per ſimilitudinem loquatur, & cum de pene virili dixiſſet,
animal eſſe veluti imperioſum, rationis expers, voluit idem de muliebri vtero per com-
parationem efferre. Vterus tamen per ſe non mouetur: ſed ab aliis trahitur, aut pelli-
tur, idque fit, ſi præter modum diſtentus ſit aqua, vel mola, aut (quod frequentiſſi-
me euenit) copioſo flatu: quoties Iecur nimium tumefactum ad ſiniſtram partem pro- *Hyſtericus affectus vt generetur.*
trudit, aut Lien ad dextram: inteſtina plena flatibus, aut excrementis, anterius, vel deor-
ſum. *Hyſtericus* autem *affectus*, meo iudicio, ſic generatur: inflatur vterus, & liga-

menta ipſius, à copioſis flatibus, (pluribus de cauſis excitatis) vnde ſurſum trahitur, & hepar ac diaphragma premit, ſic reſpirationem intercipit. Non tamen ideo grauidæ vteri præfocationem patiuntur, aut quando mola vterus diſtenditur. Vergit enim tunc potius pondere ſuo deorſum, aut ad poſteriora, & ſic tantum inteſtina premit. At flatibus repletus, ob leuitatem aſcendit, ſe inteſtina inter inſinuat, & ventriculum, ac diaphragma petit. Et hoc eſt quod Hippocrates dicit, vacuos & leues vteros, facilius mulieribus aſcendere, & os eorum intorqueri [z] *Ligamenta inferiora*, proceſſus ſunt neruei, teretes, ac caui. Oriuntur à lateribus fundi vteri, prope [b] vaſa deferentia, quæ contingunt, ad inguinaque deſcendunt per [c] productiones peritonæi, (de quibus iam actum eſt) ac ſupra pubis os, in latam, ac nerueam exilitatem degenerant, cui Clitoris alligatur. reliqua pars vſq; ad genu poſtea in interni femoris membranam excurrit. Huiuſmodi ligamenta in inguine infra ſupraq; glandulis fulciuntur, vt propterea huc nonnullis, (cum concaua ſint,) excrementitios vteri humores transferre videantur. Ego quoque, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum vigeſimo pridie Nonarum Februarii, fœminam Patauii aperui, quæ à nimio coitu mortua dicebatur, reperique ligamenta hæc, qua parte vicina ſunt vtero, plena ſemine fuiſſe.

*Ligamẽta inferiora.* — z, 8.18. e. e. 8.19. T T. 8.20. c. c. a, 8.18. Z. b, æ. æ. c, 8.2. P. P

*Obſeruatio.*

*Subſtantia.*

*Subſtantia vteri* ex plurimis conſtat membranis, iiſque nerueis, infinitos tubulos, amploſque cuniculos conſtituentibus, quæ anfractuoſo tranſitu inuicem cohærent. Facile hi comparent in vtero grauidæ, cum omnia diſtenſa ſunt: at in non prægnante, dum membranæ ſunt corruptæ, & cõtractæ, nec foramina hęc conſpicua ſunt, nec tubuli: ipſa quoq; ſubſtantia dura eſt, vt in illa, mollis. Vtcunq; autem plures ſint membranę, omnes tamen à duabus tantum conteguntur, *vna* externa, quam à peritonæo deducunt anatomes periti, *altera* vero interna. *Externa* lubrica eſt, ac læuis, niſi qua ſede intrant vaſa ſpermatica, aut exeunt ligamenta; omnium tamen, quæ à peritonæo oriuntur, craſſiſſima. *Interna* vero, plena meatibus exiguis, maxime ſub fundo ea ſede, qua vterus tegit inteſtinum rectum. Meatus hi, vbi mulier à menſtruis purgationibus vacat, vix conſpicui ſunt: quo tempore vero laborat, euidentes fiunt: quippe cum per hos purgetur menſtruus ſanguis ex corpore. Hos Veteres venarum, arteriarumque ora crediderunt, & quia in vtero ouillo, tum etiam vaccino, (quem propterea velim tyrones ante humani vteri diſſectionem inſpiciant,) cauitatem habent inſtar acetabuli, (eſt hoc menſuræ genus, quo acetum antiquitus vendebatur,) idcirco κοτυλεδόνας appellauerunt, nec modo in prædictis quadrupedum vteris, ſed etiam in muliebri. Cæterum fundi externa ſuperficies, ſuperne ad latera, obtuſos duos emittit *proceſſus*, qui in nõ grauidis prominentias illas nonnihil exprimunt, quæ in vitulis conſpiciuntur, vbi primum cornua erumpunt, quos ideo Diocles κεράιας, Cornua vteri vocauit, ſed in prægnante vteri forma in veſicæ figuram mutata, pereunt.

*Membranæ.*

*Cotyledones.*

*Cornua vteri.*

*Cauitas.* *Cellulæ vteri.* *Sutura.* *Magnitudo cauitatis.*

[d] *Cauitatem* habet, ſi diſſecetur, vnicam, in qua *nullæ* obſeruantur *cellulæ*, quas quidam ſibi finxerunt, decepti fortaſſis libro de anatome parua, qui male ad Galenum authorem refertur, cum ſpurius ſit: beneficio tamen [e] *lineæ*, ſimili ſuturæ, ſecundum longitudinem, in dextram ſiniſtramque partem, diuiditur. Eſt autem exigua admodum hæc cauitas, & vix vulgaris fabæ magnitudine, vt facile tota repleatur in coitu, cum etiam in quolibet ſeminis minimo, formatrix vis vniuerſa lateat.

d, 8.17.6. D. D. e, C. C.

Habet

ac membranoſa,adnectuntur.In non prægnantibus ſupra fundum, duorum digitorum latitudine,remoti iacent:in grauidis, qua ilium oſſa ſacro iunguntur. quanto enim magis vterus extenditur,tanto inferiores ipſius fundo deprehenduntur. *Subſtantia* mollior eſt,laxior,ac humidior,& ſi à membrana ſepares,tota ex plurib.glandulis ac veſiculis coagmentata,quæ apertæ aqueum humorem,aut ſero lactis, ſed paulò craſſioris, ſimilem in ſe continent. Sunt hæ veſiculæ vero aliis plures,aliis pauciores, nec vniformiter ſibi iunctæ. Hinc eſt, quod obſeruarim, vix certam eſſe ac vnicam ipſis *figuram*, ſed plurimum inter ſe pro ſubiectorum ratione differre. Depreſſi tamen omnes ſunt & lati, non ouales,ut marium.*Simplici* etiam inueſtiuntur *membrana*, à peritonæo deducta: at virorum teſtes,quatuor integuntur.*Magnitudine* quoq; admodum cedunt,& temperamento multis modis frigidiore ſunt præditi.

*A Subſtantia.* *A figura.* *A tunicarum numero.* *A Magnitudine.*

Conueniunt tamen,quod vaſis præparantibus, & deferentibus vtriq; donantur, etſi & in his non leue occurrat diſcrimen. VASA enim PRÆPARANTIA, *vtcumque numero non diſcrepant*,cum duæ ſint [c] venæ, duæ quoque [d] arteriæ: *nec exortu*, ſiquidem [e] vena dextra ſimiliter vt in maribus à trunco Cauæ infra emulgentem; [f] ſiniſtra è medio emulgente ſui lateris;at vtraque [g] arteria ab ipſo trunco exoriatur: *nec progreſſu* denique. Hoc *tamen peculiare obtinent*, quod nec imi ventris cauitatem egrediuntur,nec antequam ad teſtes veniunt,inter ſe commiſcentur,ſed in duos ramos diuiduntur, quorum *maior* poſtea ligamento membraneo vteri ſuffultus,ad teſtem abit: *minor* in vteri fundum deſinit,cum in Viris tota in paraſtatas abſumantur.

*VASA præparãtia.*

c, 8.20.G I. d, H.K. e, G. f, I. g, H. K.

[h] VASA DEFERENTIA à teſtium extremitate inferna oriuntur, duraque candida,ac neruea ſunt,& per ligamentum vteri,latum,ac membranoſum,(quod ſuperius ligamentum vocauimus)excurrunt,non tamen recta,vt in Viris, ſed flexuoſe, quod via breuior ſit. *Amplitudinem* quoque eandem vbique,vt in his,non ſeruant: ſed circa teſtes lata admodum,inde vbi nonnihil receſſerunt, anguſtiora fiunt,ac tandem circa vterum rurſus lateſcunt,in cuius cornua & capacitatem inſeruntur. Parte autem aliqua in vteri ceruicem implantari,quod Andr. Laurentius ſe inueniſſe gloriatur, nec nos vnquam reperire potuimus,& aperte à Galeno negatur,qui libr.2. de ſem. cap.3. non modo, inquit,in nullo fæminei ſexus animali huiuſmodi meatus deferentes ad veſicæ ceruicem inſeri,ſed ne ad ceruicem quidem vteri peruenire. Quod ſi aliquando Laurentius inuenit,luſum Naturæ fuiſſe credimus,nec inde quid vniuerſale aſtruendum, quomodo Natura tum in his nonnunquam locis,tum in præparantibus vaſis,& renibus,ac vena ſine pari,& aliis ludere conſueuit.

*VASA Deferentia.*

h, 8.19.& 20.Y.Y.

Eſt & aliud vas,quod [i] CAECVM quia vnicum tantum habet orificium,& à Falloppio inuentore,qui Tubæ extremo orificio aſſimilauit,*Tuba Falloppiana* dicitur, non ſecus vtero,ac inteſtinum cæcum colo connexum. Hoc à cornibus fundi oritur, ſurſumque oblique è teſtium regione fertur,ſuffultum ligamento membraneo ſuperiore vteri, ſicque teſtes circumdat,nec tamen aut ab iis naſcitur,aut ipſis vllo modo inſeritur, quemadmodum nec vas apparet, quod huc à teſtibus perueniat. Peruium hoc eſt ab ortu ſuo circa fundum vteri: at in fine cæcum clauſumque.

*VAS Cæcum.*

i, 8.18.c.c &19.P.P. &20.Z.Z

# CAPVT XXI.

## *Traditur actio & vſus ſingularum partium, quæ ad genitalia mulierum referuntur.*

QVEMADMODVM partes, quæ in Viro generationi famulantur, eo omnes conſpirant, vt fœcundum beneque elaboratum ſemen opportune in vterum coniiciatur: ita quæ fœmineo ſexui tributæ ſunt, ad hominis procreationem omnes tanquam ſummum vltimumque ſcopum collimant. Sed vt illa actio non ita ſimplex eſt, & vnica, quin alias ſub ſe compræhendat, cum ſemen neutiquam expelli poſſit, niſi prius generetur, nec generari, niſi materia aliunde accedat: ſic ad hominis generationem, quæ fit in vtero, complura concurrant neceſſe eſt, vt adeo ſolertiſſimus noſtri corporis Architectus, non temere tot partes in ſequiore ſexu conſtruxerit, quæ humanæ ſocietatis propagationi inſeruirent. *Primum* namq; vt generetur fœtus, ſeminis vtriusque conceptio requiritur; *deinde* eiuſdem conſeruatio; *hinc* opportuna maturatio, ac *tandem* in fœtum redacti excluſio. Recipi ſemen non poteſt, niſi iniiciatur in vterum: iniici autem nequit, niſi per coitum, qui vt fiat, rigiditas vtriuſq; membri, & inſignis quædam voluptas requiritur, cum Homo omnium animalium ſapientiſſimum, ad fœditatem coitus, niſi maxima delectatione quaſi compulſus, nunquam deſcenderet. *Actio partium genitaliũ, quæ ſunt in fœminis.*

Sed videamus nunc, quàm ſapienter omnes, quas expoſuimus partes, his actionibus inſeruiant. Primum enim ſe offert forinſecus *pudendum*, quod ex labiis, nymphis, carunculis myrtiformibus, & clitoride conſtruitur: tum *ceruix*, & *oſculum internum*, quæ omnia ad delectationem, vel vtriuſque, vel certe alterutrius ſexus mirifice faciunt. Hæ enim partes cum ex ſubſtantia quadam ſpongioſa effictæ ſint, præcipueque Ceruix & Clitoris, non ſecus ac penis, ita omnes in coitu eriguntur & intumeſcunt. *Labia* ergò, *nymphæ*, ac *myrtiformes carunculæ*, dum inflantur, validè penem amplectuntur, & premunt, præſertim in iuuenculis, vnde Viro inſignis voluptas accedit. *Clitoris* vero, cuius propria actio eſt erectio, fœminis præcipuum titillationis eſt inſtrumentum, vnde laſciuientibus indurari & prominere ſolet. Erecta autem ſic pubi virili opponitur, à qua cum concutiatur in coitu, vterum mouet, & ſemen quod paulò remotius eſt, in ſuis receptaculis excitat, prolicitque. Inde rationem licet haud difficulter petere, quam propter ſitum circa pubis oſſa obtineat, & ſubſtantiam eandem cum pene, tum arterias, venaſque maiores, quam ſui corporis ratio exigebat: neruos quoque inſigniores & frequentiores. *Ceruix* autem, & *internum oſculum*, vtrique ſexui voluptatem confert, & illius quidem actio ſimiliter erectio eſt; huius, apertio. Erigi enim conueniebat, vt & prompte exciperet penem, cum in corrugatam recta via non penetraſſet, & exceptum commode amplecteretur. Vndique ergo penem ſtringit, & ſecundum omnes ipſius dimenſiones ſeſe erigit, ſicque *breui* occurrit, *longo* cedit, *craſſo* dilatatur, *tenui* conſtringitur. Natura enim ita omnibus penis differentiis conſuluit, vt non opus ſit, ſollicite vaginam cultello æquam quærere, ſed vbique Opificis beneficio inueniatur. Id quoque vtilitatis hæc ratio attulit, vt dum flacceſcit penis, cum eodem ceruix hæc concidat, ſicque vteri oſculum dum extrahitur, non refri- *Pudendũ* *Ceruix.* *Internũ os.*

geretur. Fit autem hæc erectio eodem modo, vt in pene repletione, quia tum ſubſtantia ſic adaptata eſt, vt prompte ſpiritus excipiat copioſos, & arteriis tam copioſis ac grandibus referta, vt plurima materia ſuppeditetur. *Os* quoque *vteri internum dum inflatur* aperitur, vt glandem penis in ſe recipiat, quam ſtringendo, cum in Viro potiſſima ſit voluptatis ſedes, immenſam delectationem exhibet. Sed & ipſis fœminis voluptatem affert, quod norunt nonnulli, qui certo quodam ſitu mulieris in coitu (quem aperire quamuis honeſtus ſit, multis de cauſis hic nolumus) membrum ad vteri orificium intimius protrudunt, vnde ſegnem vterum ſemenque proritant, qui coeundi modus digniſſimus eſt vt ab iis obſeruetur maritis, qui ſobolis gratia matrimonium inire, cæterum coniuges habent ad Venerem & ſeminis eiectionem tardiuſculas. At enim hæ partes vbi libidine non turgent, collapſæ in ſe omnes reſident, prohibentque, quo minus aer externus ad vteri fundum penetret. Et *labia* quidem, rimam magnam: *nymphæ*, externum vteri oſculum claudunt: *ceruix* autem in ſe concidit, & quemadmodum penis flaccidus rectitudinem non obſeruat, ſic ipſa flaccida incuruatur. *Oſculum* autem *& ipſum internum*, præſertim dum conceperint, ita ſtringitur, vt vix ſpecillum tenue primis geſtationis menſibus admittat. Hoc officio & membrana ipſa fungitur, quam *hymenem* vocari diximus, quæ in virginibus externo oſculo à Natura præfixa eſt.

Atque hæ ſunt partes, quæ ſeminis virilis eiectionem, peniſque amplexum adiuuant: ſunt & aliæ, quæ muliebris expulſioni inſeruiunt. At enim cum id prius ex ſanguine & ſpiritibus vitalibus elaborandum fuerit in teſtibus; elaboratum deinde detinendum, donec opportuno tempore in vterum porrigeretur, à Venis & Arteriis præparantibus, idonea materia defertur ad teſtes, ſed breuiore longe ductu, quam in Viris, quod minus coctionis requirebat, vt liquidius ipſum ſit & frigidius. Antequam autem inſerantur in teſtes, *capreolorum inſtar torquentur inter ſe*, quo longiora nonnihil fierent, quamuis & hoc ipſo modo prudentiſſime ſeminis præparationi Natura prouidit. Nam cum præparantia vaſa in duos diducantur ramos, quorum alter ad vterum tendit, alter ad teſtes: illeque tempore geſtationis vteri, aut menſium, ad inſignem magnitudinem excreſcat, ne impetu quodam, magnaque copia ſanguis in teſtes irrueret, capreolaribus his vaſorum præparantium ductibus effecit, vt materia ſemini conficiendo deſtinata, ſenſim & paulatim teſtem ingrederetur. Teſtes autem *vna tantum* circumdedit *membrana*, quod extra corpus non propenderent, vt Viris, quibus contra externas iniurias muniendi erant. *Deferentia* autem *vaſa breuia ſunt & lata*, vt cito ad vterum feratur, quod minus mobile ſua natura videbatur. Comportatum in vterum ſemen retineri debuit, vnde *interior ſuperficies aſpera* facta eſt, cui adhæreat ſemen, & oſculum validiſſime ſtatim à coitu concluditur.

Facta conceptione, fœtus alimento pro nutritione & augmento egebat, vnde magna *vaſorum copia* vterum accedit, & *cotyledones* in vterum pertuſi ſunt, quibus cum placentæ carneæ vaſa cohærent. Vbi iam conceptus augendi tempus adeſt, nullum in vtero obſtaculum eſt, quo non poſſit in magnam molem excreſcere, cum *ex membrana* conſtet, quæ in immenſum dilatari poteſt. Iam cum fœtus ad maturitatem peruenerit, exitum ſibi quærens, non difficulter inuenit vias aptiſſimas admodum, latas,

&am-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

pocratem intelligant, neq; experientiam, quæ Veterum ſcriptorum, in primis autem diuini Hippocratis fideliſſimus eſt interpres, conſulant. Ego vero non tātum centies id tetigi, ſed & obſtetrices inueſtigare docui, vt cognoſcerent, reuera grauidæ eſſent mulieres, an molam tantum gererent, cum facile digito id explorare liceat. Docui quoq; eaſdem, cum tempore partus maxime hiet, inueſtigare, fætusnè verſus terram capite ſit cōuolutus, an proprium adhuc ſitum teneat, ex quod colligant iam iam inſtare partum, aut longius adhuc abeſſe. Vidi enim in hac re grauiſſimos fuiſſe ſæpius commiſſos errores, quod cum primum obſtetrices os vteri hiare percepiſſent, grauidas ſellæ impoſuerint, & ad conatus parturientium adegerint. Quæ res quātum afferat incōmodi, quiuis peritior ex ſe prompte nouerit, cum vteri oſculum refrigeretur, maximeq; ſi hyems ſit, vnde fætus, tenellus adhuc, ab aere non mediocriter lęditur. Vteri autem oſculum hoc cum hiet in grauidis, obturatur craſſa & lenta materia, quam quadam ego ſemper ſtatui eſſe ſeminalem. Seruit hæc mucoſa ſubſtantia, primo vt aerem externum ne ingrediatur in vterum impediat, cum & ſubſtantia ſua, flatus generando, & frigore plurimum nocere poſſit: deinde, vt viſciditate partus tempore, vteri ſinum & pudendum lubricet.

*Vterus.* Cæterùm ipſe *vterus*, dum gerunt, plurimum variat. Nam *magnitudinem* quod ſpectat, in immenſum ſemper creſcit: neutiquam tamen æqualis eſt, ſed ratione ſexus & numeri ipſorum fætuum, maior, vel minor obſeruatur. Fæmineus enim, maiorē reddit ac maſculeus; & gemelli, aut tergemini, quam fætus ſingularis. *Figura* quoq; non amplius cucurbitulæ medicæ, ſed veſicæ potius, flatibus, aut vrina diſtentæ, aſſimilatur; *ſitus* autē in medio eſt vtplurimum, niſi viſcus aliquod auctum ex morbo, in alterutrum latus cōpellat. Vltimis tamen menſibus anterius ſic deuoluitur, vt ipſum peritonæum attingat, omento & inteſtinis cedentibus verſus poſteriora. Primis enim verſus ſuperiora adigit, & ſimul ventriculum, ac eam coli inteſtini partem, quę ventriculo ſubiacet premit, vnde vomitus accidunt, & naturales facultates languent. *Subſtantia* autem, *& tunica vteri*, ſtatim ac concepit mulier, craſſior fit, ac mollior, vt falſum ſit, quod à nonnullis proditum eſt, quo magis diſtenditur, tanto fieri tenuiorem, cum poſtremis menſibus duorum pænè digitorum craſſitiem, maxime circa ſuperiorem fundi partem, cui placenta carnea adnectitur, adæquet. Cōſtat enim vteri ſubſtantia ex pluribus neruaceis membranis, inter quas obliquo ductu procedunt Venæ & Arteriæ, exiguis ramulis ſanguine repletis, ſic, vt ſubſtantia intumeſcat à repletis eius ſpatiolis ſanguine, quæ rurſus corrugatur à partu breui ſpatio, vt ſedecim dierum interuallo, ad naturalem fere magnitudinem redeat.

*Vaſa præparantia.* *Vaſa præparantia* ſunt multo maiora, quàm in non grauidis, cum per ea nutriatur infans. Minores tamen ſunt Arteriæ, quàm Venæ, quæ nonnunquam ad minimi digiti craſſitiem eleuantur.

*Teſtes.* *Teſtes, & Vaſa deferentia vna cum cæcis*, quod ſciam, non mutantur.

*Ligamēta.* *Ligamenta* autem *vteri inferiora*, ſextuplo craſſiora videntur, quàm in non grauidis, ob ſanguinem. Sinus horum ligamentorum implentur, nō ſecus ac alterius vteri ſubſtantiæ, cum qua habent ſimilitudinem, cum caua ſint, ſinuoſa, membranoſa, & mollia.

Finis Libri Octavi.

# ADRIANI SPIG

## BRVXELLENSIS,

# DE HVMANI CO

## RIS FABRICA,

### Liber Nonus.

### Qui medii ventris hiſtoriam complectit

### CAPVT PRIMVM

*De quatuor communibus medii ventris integumenti*

QVEMADMODVM imus venter iis partibus a corporis Architecto deſtinatus eſt, quarum b tum calorem indeſinenter effluentem : ſed noua ſobole Homo quam diutiſſime ſaluum i ſtaret: ſic medium, de quo nunc dicturi ſum partibus, quæ idem calidum fouere, per cor ſi quando calor ſuperet, circumfuſi aeris fri

Continẽtes. rumque. Voco *continentes*, quæcunque exterius ſunt, & reliquas includunt, hasque iterum communes, vel proprias facio, cùm nonnullæ cæteris quoque Ventribus, quædam huic tantum conueniant. *Communium* ſunt quatuor, cuticula, cutis, pinguedo, membrana carnoſa, eadem qua recenſuimus ſerie inuicem incumbentes. At *propriarum* plures numerantur, primumque mammæ vtriuſque ſexus, quæ anteriorem ſedem in pectore occupant, deinde muſculi, quorum bene magnus eſt numerus, partim ante retroque, partim inter ipſas coſtas ſitorum. Hinc membrana duplex, quarum altera totum ventrem ſuccingit, vt pleura: altera bifariam dirimit, vt mediaſtinum: poſt hæc oſſa, quæ vel anterius iacent, vt ſternum, ſiue pectoris os, & duæ Clauiculæ, vtrinque vna; in elatiore ſede; vel ad latera, vt duodecim coſtæ; vel poſterius, quemadmodum ſcapulæ & vertebræ. Tandem ſunt cartilagines, quæ ſeptem illas coſtas, quas veras vocari diximus, ſterno adnectunt, & reliquas quinque ſpurias, ſiue iungunt inter ſe, ſiue efformant. Cæterùm *contentarum partium* duæ ſunt duntaxat, Cor ſcilicet, & Pulmo; & *ad Cor quidem capſula pertinet*, Pericardium dicta, quæ humorem quendam ſeroſum continet: *ad Pulmones autem*, aſpera arteria. De harum quibuſdam antea diximus, puta de muſculis, libro quarto: de oſſibus, ſecundo: tertio, de cartilaginibus. De communibus quoque integumentis abunde quædam exſecuti ſumus ſuperiori libro: quamobrem cum nolimus faſtidioſe hic ruminare eadem, non niſi quo pacto ratione ventrium differant, leuiter attingemus.

Communes.

Propria.

Cuticula. Cutis. *Cuticula* ergo & *cutis* ab infimi ventris cuticula cuteq; in eo differunt, quod ſub alis, & in quibuſdam etiam paulò ſupra cordis ſcrobiculum, cui ventriculi ſuperius orificium ſubiacet, piloſa eſt: dorſi autem cutis, durior multò ac denſior, vnde & pilis vacat, ſenſum tamen habet acutiſſimum, tum ob neruos, qui eò frequentes appellunt ex poſterioribus neruorum dorſalis ſpinæ ſurculis: tum ob muſculos thoracem mouentes ſubiectos, qui tendinoſi, adeoq; admodum ſenſibiles ſunt.

Pinguedo. *Pinguedo* hic multo minore copia, quam in abdomine cernitur, quod nec opus fuerit ita defendere calorem, vt in imo Ventre viſcerum, & plurimum impedimenti attuliſſet Thoracis continuo motui. Ipſa autem pinguedo cum alias alba ſit, in thorace flauior nonnihil apparere ſolet.

Carnoſa membrana. Cæterùm *carnoſa membrana* nihil peculiare obtinet, niſi quod circa colli anteriorem regionem, carnoſior eſſe videatur, & muſculi naturam aſſumere, vbi quadratus ille muſculus efformatur, qui detrahit buccas, & labia, à Galeno πλάτυσμα μυῶδες vocatus.

## CAPVT II.

### *De mammis vtriusque ſexus.*

MAMMÆ. MAMMILLARVM externas partes, earumque appellationes libro primo copioſe tradidimus, vt operæ pretium non videatur eas denuo hic repetere. Nunc quæ ſubſtantiam, figuram, magnitudinem, aliaque partibus organicis neceſſaria, concernunt, breuiter exſequemur, dum prius monuerimus, Mammas vtriq; ſexui communes quidem, at ſequiori tamen in primis conuenire, propriaſque velut eſſe, cum in maſculis ſimilitudinis potius quandam rationem, ac ipſam rem videantur exprimere. Et hoc illud

eſt, cur

*do copioſa* intertexta eſt vbiuis, vt æqualitatem quandam mammis aſpergat, vnde quibus aut vi morbi ablata eſt, aut vitio ætatis increſcentis, flaccidæ mammæ turpiter dependent. Ipſa autem glandulosa ſubſtantia, interna parte membranæ carnoſæ ſuperiecta eſt, cuius beneficio muſculo pectorali humerum adducenti adnectitur, extra vero à cute nonnihil craſſiore tegitur.

Papillæ. In medio ipſarum r mammarum foris tanquam in centro ſ *papilla* conſiſtit, corpus teres, ſubſtantia conſtans fungoſa & rara, aliquammultis foraminulis priore parte pertuſa, quæ contactu, affluente ſpiritu, non ſecus ac penis virilis, ſubito attollitur, mox iterum, eo diſperſo, flaccida ſubſidet. Exquiſitiſſimo autem ſenſu prædita eſt, cuteque obducta tenuiore, ſed nonnihil rugoſa, magisque aſpera, quam in aliis mammarum partibus. Cæterum, ipſæ mammæ in humano genere *ſitum ſuum* in pectore, ſiue anteriore thoracis parte obtinent, cum cætera animantia rationis expertia, vel in ventre, aut inter femora recondita habeant. *Numerò* quoque duæ tantum ſunt, & vtrinque vna, figura ſubrotunda, dimidiam ſphæram conficientia, in quorum centro, velut axis quædam papilla non indecore prominet. *Magnitudo* autem nec ætati cuiuis, nec omni conditioni æqualis eſt. *Puellis* enim, *antequam Veneris vſui aptæ ſunt*, præter papillas fere nihil apparet: *vbi pubeſcunt*, leuiter attolluntur; *cum vero menſes primum erumpunt*, ad duos fere transuerſos digitos excreſcunt. Rurſus *Virginibus iam viro aptis*, in eam eleuātur magnitudinem, vt manu opportune contegant: *mulieribus* autem, *dum vtero gerunt*, vna cum vtero & fœtu augentur. *Quæ obeſæ ſunt*, iis quoq; ob pinguedinem in maiorem molem, quàm naturæ leges ferunt, eleuantur. r. 1. r. æ. / ſ. †

Vſus. *Vſus mammarum* maxime neceſſarius eſt, cum infanti, poſtquam ex vtero in lucē prodiit, cōmodum alimentum præparet ſuppeditetq;. Perquam enim à Naturæ admirabili in aliis prouidentia alienū erat, ſi quem tot menſibus in vtero per vmbilicales venas materno ſanguine, adeoq; alimento cōcoctu minime difficili nutriiſſet, editum protinus ad ſolidos duxiſſet cibos, quos neq; confeciſſet vnquam, & tam graui mutatione derepente facta, grauiter offenſus fuiſſet. Quare baud diſſimile ab illo præparauit, & ex eadem materia; ſed multò, quia per os, ad ventriculum, guſtatus ſenſu donatam partem, deducendum erat, dulcius iucundiusque. Tale lac eſt, quod ex ſanguine ab vtero refluente in mammis generatur, & omnes optimi alimenti conditiones obtinet, cum & palato arrideat, facile à ventriculo coquatur, & quam citiſſime, ac optime nutriat.

Videamus autem quanta ſolertia ipſa clementiſſima Parens vſa ſit, & quam opportunam fabricam mammis ad hoc munus exſequendum largita fuerit. Primo, ex glanduloſa *ſubſtantia* exſtruxit, qua nihil ad coctionem omnibus numeris abſolutam magis idoneum eſt: nec tamen vnam tantum glandulam eſſe voluit, ſed plures, vt tantò perfectius in pluribus conficeretur. His intertexuit *vaſa*, Venas & Arterias, quæ canales ſunt materiam aduehentes, & quidem non quamuis, ſed ſanguinem; nec vndecunque, ſed ab Vtero, vt eodem prorſus nutriretur alimento, quo antea, cum adhuc obſcuris alui carceribus includeretur. Sanguis hic non tantum venoſus eſt, ſed & arterioſus, quo nobilius ſit ipſum alimentum, & infanti à matre vita quaſi infunderetur, ſpiritusque. Sanguis autem hic ad mammas non ſolum ſua ſponte affluit, & quidem eo ſtatim tempore, quo fœtus iam planè abſolutus eſt: ſed multo copioſior poſtea, tum trahente ſuctu infante, tum

Parens ſic rete omnia inſtituerit, vt quæcunque tota hæc rerum vn
tur,in humanæ miſeriæ ſolatium concedant. Adde & hoc, quod ſi
mum eſt,vt cum Homo animalium ſapientiſſimum futurum eſſet, 
dum careret omni rationis vſu,vnde intellectum noſtrum ſummus
ſæ tabulæ comparauit,cui nihil inſcriptum ſit,inſcribi autem omnia 
cum oſculis ſermonem,cum ſermone vero rationem mater fætui inſ
que *binæ*,ne vna,aut minor,quàm requirebat neceſſitas, foret: aut nin
ſicq; plurimum incommodaret. Cum autem duæ ſint,vtriq; lateri vn
libritas corporis diligenter ſeruaretur. *Formæ ſubrotundæ*, tum vt plus
ornent decentius,& minus periculis obnoxiæ reddantur, cum eo lo
prominentes collocatæ ſint,qui ſæpius tunditur alliditurque. Cætera
papilla dici poſſint,tum de circulo papillæ circumiecto,ea omnia ſup
nec perfunctorie complexi ſumus.

## CAPVT III.

### *De Pleura, ſiue coſtas ſuccingente membrana.*

TRIPLICEM *membranam* in medio ventre reperire eſt: *vnam*, qu
pleura dicitur; *alteram*, quæ interſtinguit thoracem, mediaſtini
quæ cor includit, & pericardium appellatur. De his ordine 
ſumus,ſumpto initio à pleura,à qua & reliquæ originem ducunt. D

vox Græca eſt, πλευρὰ, ἀπὸ τῶν πλεύρων, à coſtis, quibus ſubtenditur, vnde & ὑμὴν ὑποζω-κὼς ab vſu, quaſi dicas, *ſuccingens membrana* nonnullis vocatur. Latine ſi Græcam appellationem velis exprimere, non inepte *coſtalem tunicam* dixeris. *Eſt* enim *membrana*, cum vniuerſam Thoracis cauitatem, tum imprimis coſtas obcingens, ex quo ſubſtantia ipſius ſubito patet, quæ aliarum membranarum inſtar, dura eſt, alba, tenuis, denique peritonęi ſubſtantiæ admodum ſimilis, niſi quod robore & craſſitie nonnihil præſtet. Eſt & *vbique duplex*, ex quibus illa pars craſſior eſt, quæ thoracis cauitatem reſpicit: tenuior verò, coſtis alligatur. Inter vtramque *Vaſa omnis generis* excurrunt, ex quibus *Venæ* ſunt duodecim vtrinque, quæ partim ab [a] intercoſtali ramo elatiore deriuantur, vt duæ ſuperiores; a. 5.3.e. partim à [b] vena ſine pari, vt decem inferiores. Totidem quoque ſunt *Arteriæ*, quarum b. c.c. *ſuperiores* quatuor, ab [c] intercoſtali ſuperiore, coſtarum radicibus attenſa, naſcuntur: [d] *inferiores* octo, à poſteriore ſede trunci deſcendentis arteriæ magnæ. *Nerui* ſimiliter c. 6.2.b d. u.u.u [e] duodecim ſunt, & quidem anteriores rami, qui à ſpinali medulla, dum per thoracis e. 7.2.0 vertebras fertur, prodeunt, cum poſteriores in dorſo incumbentes muſculos digerantur. 10.11.& Vaſa hæc [f] ſub coſtis ea ſede, qua peculiaris ipſorum gratia ſinus exſculptus eſt, æ- vſque a quali inter ſe ſpatio diſtinctæ diſtribuuntur: Venæ tamen, & Arteriæ, per totam coſtam 19. f. 2.7.1 non excurrunt, ſed cum oſſea parte terminantur: ne tamen intercoſtalia ſpatia vaſis de- F. ſtituantur, eo à mammariis ſurculi, ſecundum longitudinem ſeriatim enati, digeruntur. Quia autem plurima hæc vaſa ſunt, propterea & frequens admodum membranæ huius inflammatio naſcitur, quæ à Medicis Pleuritidis nomen ab affecta parte accepit. Neque tamen inter pleuram tantum, & muſculos intercoſtales, quos vna cum coſtis pleura ſuccingit, ſi quando inflammatio hæc in abſceſſum verſa fuerit, pus ipſum coaceruatur: ſed pluries fere inter duplicaturam huius membranæ, per quam vaſa incedunt, & quæ ſtabiliuntur.

*Subſtantia.*

*Vaſa.*

*Figura.* *Figuram* ergo Thoracis quoque habet, hoc eſt, variam; *ſuperius*, anguſtam nonnihil; *inferius* latam; latiorem adhuc *à lateribus*; *foris* gibbam; *intus* cauam. *Superficiem* autem *interiorem* læuem, ne pulmonibus aſperitate incommodet: *exteriorem* aſperam, vt validius alligetur. Illa etiam aquoſo humore ſemper illita eſt, qui naſcitur ex vaporibus eleuatis à ſanguine, & poſtea condenſatis reſpectiua huius membranæ frigiditate. Prodeunt tamen ab ipſa nerueæ quædam fibræ, quibus pulmo pleuræ alligatur, quæ ſi nimis ſtrictæ ſint, cum pulmo libere moueri non poſſit, Diſpnæam perpetuam, eamque incurabilem infert. *Magnitudo* quoque, thoracis internæ magnitudini reſpondet, quemadmodum peritonæum cauitati imi ventris. *Foramina* quoque ſunt complura. *Superne* quidem, vt tranſitum largiatur venæ cauę, & arterię magnæ, tum gulæ, aſperę arterię, ac neruis ſexti paris: *inferius*, qua diaphragma tegit, terna, adeoque totidem, ac ipſum diaphragma habet, eodemq; modo poſita: vnum pro vena caua; alterum, pro gula; tertium, pro magna arteria. Cæterum ipſius *exortum* à meningibus cerebri ſpinalem medullam inueſtientibus, quamplurimi diſſectionum proceres repetunt: hæ enim cum neruis in thorace deductę, & lateſcentes, in pleuram degenerare videntur.

*Superficies.*

*Magnitudo.*

*Foramina.*

*Exortus.*

*Vſus.* *Vſus* autem ipſius ſimilis eſt vſui peritonæi, vt ſcilicet tegat, alliget, tum totum mediũ ventrem, tum viſcera, & vaſa. Huic vſui quomodo Natura ſolertiſſima ſatisfecerit, & quam opportunam ſubſtantiam, figuram, magnitudinemq; conceſſerit, promptum erit

cuiuis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

præparat,prohibetque,cum pulmones repleti multo aere,totam cauitatem repl
pars pulmonis dextra ad ſiniſtram pertingat,& premat,quod Natura hoc interſe
to facile cauit,quod non oſſeum,nec cartilagineum factum eſt, ſed membraneun
liquo pacto cederet,nec duritie pulmones offenderet, ſi quando vltra conſueti
pulmones extenderentur.

## CAPVT V.

### *De Pericardio, & humore in ipſo contento.*

*Synonyma.*

TERTIA *membrana* eſt,quæ περικάρδιον dicitur; quod περὶ τὴν καρδίαν poſita
eſt,circa cor,vnde & interdum περικάρδιος χιτὼν à Græcis nominatur. Hipp
vocat κουλεὸν,ſiue *vaginam*:at Ariſtoteles ὑμένα πιμελώδην,καὶ παχὺν, *membranam*
*& craſſam*.Latini vt plurimum Græcam appellationem retinent, vocantes *perica*
alii quam optime *cordis inuolucrum*, *capſulam*, *aut indumentum* indigitant. Memb
nim eſt ampla, vniuerſum cor inuoluens, à Mediaſtino producta:vel potius,(
mam inde originem repetas, à qua & ipſum Mediaſtinum naſcitur, ) à pleura, c
anteriore & poſteriore nectitur:at inferius, diaphragmatis circulo nerueo tam v
citra dilacerationem ſeparari haudquaquam poſſit. Magis autem ad ſiniſtrum lat
ctat, quàm ad dextrum; & ad priorem partem, quàm poſteriorem. *Subſtantian*
ſatis craſſam,quæ commode diſtendi & dilatari poteſt,ex quo fit, vt ægri in cor
pitatione vix ſentiant dolorem, niſi fortè tam valida ſit, vt valide cor ad coſtas
gat. *Figuram* habet pyramidalem, cum ſuperius latius ſit, inferius anguſtius,
cordis, quod complectitur in ſe, figuram affabre exprimit. Diſtantia etiam,
ter cor & pericardium, æqualis eſt, adeoque ipſum pericardium maius, vt in ſ
tu naturali commode diſtenderetur, nec tamen in pericardium allideret. Tant
go interuallum inter cor,& hoc ipſum intercedit, quantum requirebat commo
dis dilatatio. Eſt autem continua omni ſui parte, excepta baſi, in qua quinqu
mina, ob vaſa cordis obtinet: duo quidem, propter venæ Cauæ, partim intr
partim egreſſum: alia vero tria, ob venæ arterioſæ, & arteriæ venoſæ, tum
exitum.

*Humor in pericardio contentus.*

In hac membrana continetur aqua, quam Galenus 5. locor. affector. 2. vrin
lem ſtatuit, nec tantum in mortuis reperitur, ſed & in viuentibus, quanquan
ſemper copioſior ſit, & præſertim ſi diutius à morte aperiantur. Differt hæc ac
copia,& colore. *Copia quidem*, pro ratione ætatis, temperamenti, ſexus, & n
rum. Pueris enim,vberior eſt, quàm iuuenibus, & iis qui temperamenti ſunt val
midi,quàm qui ſicco præditi: fæminis quoque, ac maribus, copioſior colligit
qui ſeroſo admodum ſanguine abundant. Hinc eſt, quod obſeruamus, eos qu
ſtructionibus viſcerum, lienis, iecoris, & meſenterii laborant, adeoque copiam
humoris in venis coaceruant, quod propter has ipſas obſtructiones chyli tant
nuior aquoſiorque pars per meſaraicas venas aſcendere queat, ſi quando nimi
affectu, & potiſſimum mærore afficiantur, Cordis palpitatione corripi, quod i
cor illico effundatur,ſicque copioſum humorem hunc generet. *Quoad colorem*, i

*Differentia huius humoris.*
*A copia.*
*A colore.*

limpidiſſima eſt: in hydropicis, vrinæ turbatæ ſimilis; in quibuſdam aliis, loturæ carnium ſimilem vidimus.

*Vſus pericardii eſt, primò,* vt Cor in loco naturali contineat, quoties vel ſupini, vel proni iacemus, aut ad alterutrum latus voluimur, in qua re quam proficuum quoque ſit mediaſtinum, capite præcedente oſtendimus. Colligit deinde, & aſſeruat in ſe hanc aquam, ſiue ſeroſum humorem, qui multis nominibus vtiliſſimus eſt. *Cor* enim *nimio motu æſtuans,* refrigerat: *exſiccatum,* humectat & madefacit: *aſperum,* lubricat: *nudum,* contra externas iniurias munit, & quaſi loricat. Hinc eſt quod videmus, eos, quibus abſumpta eſt, in hecticas febres, ac tabes incidere, quod cor habitualem calorem hac deſtitutum prompte ſuſcipiat, & ſuſceptum ſeruet. Sed & digna memoratu videtur hiſtoria, quam refert Realdus Columbus, de diſcipulo quodam ſuo Romæ mortuo, cui pericardium prorſus defuiſſe inuentum eſt. Subinde is dum viuebat, in ſyncopen incidit, & ſubinde mortuo ſimilis videbatur, ex qua & extremum tandem diem clauſit. Cæterùm, de ipſius generatione diuerſæ admodum ſunt authorum ſententiæ. Quidam connatum à primordiis vitæ primoque natali ſtatuunt, non ſecus ac aerem implantatum in auribus: ſed quia tamen experientia comprobatum eſt, alio atque alio tempore plus aquæ contineri, aut minus, generari ipſam plures poſtea ſtatuerunt. In viuis enim animantibus ſectio docuit, modicum contineri humoris: at in iis, qui à cordis palpitatione, vel mortui ſunt, vel ſæpe viui infeſtati fuere, copioſiorem inuentum eſſe, quam naturalis quantitas requirebat. Non defuerunt autem, qui ex potu generari crediderunt, tranſſudante ex Oeſophago, dum deſcendit, quæ opinio riſu potius, quàm refutatione digna mihi videtur. Eorum ergò ſententia, aut veriſſima, aut certe à vero non longe aliena videtur, qui arbitrantur, aquam hanc, ex vaporibus generari, eleuatis ex ſanguine & ſero, qui in venis arteriiſque cordis continetur, & poſtea reſpectiua pericardii frigiditate condenſatis. Sic videmus in iis etiam, qui inculpatiſſima fruuntur ſanitate, peritonæi internam ſuperficiem ſemper madere, pleuramque perpetuo humidam, non aliunde certe, quam ab iſtis vaporibus condenſatis, cum ſolers Opifex præpedire ſic conatus ſit, quo minus membranæ, quod prompte alias fieret, exſiccarentur.

Vſus. 1. 2.

## CAPVT VI.

### *De Corde, eiusque partibus externis.*

COR, Latinis à Græco vocabulo καρδία dicitur: καρδία autem, vel quaſi κρατία, ab imperio, (vt voluit Chryſippus) 2. de placit. Hippocratis, 5. quod habet in alias partes; vel certe, quaſi κραδία, per literarum tranſpoſitionem, ἀπὸ τοῦ κραδαίνεσθαι, quod vibrare ſignificat, ac ſi perpetuo motu vibretur. Græci veteres, & præcipue Poetæ, excellentiæ gratia σπλάγχνον, ſiue *viſcus* appellarunt, vnde Medea μεγαλόσπλαγχνος dicta, cordata, ac animoſa: hinc elegantiſſimum verbum σπλαγχνίζεσθαι, quo Græci ſummum cordolium denotant, quaſi dicas, imo corde dolorem perſentire. *Situm* eſt cor in medio ventre, *anterius* ſterno, & in fæminis quoq; mammis; *ad latera,* coſtis; *poſterius,* ſcapula & vertebris munitum. Huius [a] *Baſis* ſecundum omnem locorum differentiam exacte

*Etymologia.*

*Situs.*

a. 9.1.H. H.

edium locum obtinet:at [b] *mucro* ſiniſtrorſum nonnihil,& antrorſum, infra læuam pallam exporrigitur, cuius & motum in ſiniſtro latere percipimus, vnde nonnulli anatomiæ imperiti, totum cor in ſiniſtro latere iacere crediderunt. In quadrupedibus con-a, non baſis tantum, ſed & mucro mediam ſedem tenet. *Figuram* habet pyramidalem, io fit, vt nuci pineæ à priſcis diſſectionum proceribus fuerit aſſimilatum: ſed hæc figu- quadrupedum potius, quam hominis cordi conuenit, quod illorum cor ex baſi ampla rotunda, ſenſim in mucronem acuminatum terminetur: at huius latius ſit, & nonnihil preſſum. Quamuis crediderim, & cor in viuo homine rotūdius eſſe, quam poſt mor-m apparet, & rotunditatem illam amittere tantum, concidente ob mollitiem, & ven-iculorum magnitudinem, ipſius carne. [c] *Externa* cordis *ſuperficies* à baſi vſque ad mucro-s ſummum læuis eſt, & æqualis, præterquam in locis, vbi adipe perfunditur, aut [d] vaſa ſcurrunt: *interior*, maxime inæqualis. Quoad *magnitudinem*, ratione corporis maius ho-ini, quàm cæterorum animalium vlli contigit, & in longitudine quidem, ſex trans-rſos digitos æquat: in latitudine vero & altitudine, quatuor. Totum autem *carneum* t, craſſum, rubrum, ac denſum: in mucrone tamen, quàm baſi nonnihil ſpiſſius, fibriſ-ue multis intertextum, quo nomine Hippocrates non veritus eſt, libro, quem de Cor-inſcripſit, muſculum vocare. Plurimum tamen inter vtrumque diſcriminis occurrit, haud ſciam, qua ratione defendi poſſit, ſi carnis colorem, denſitatem, fibrarum iuerſitatem, ipſamque actionem reſpicias. *Color* enim in muſculorum carne multò ru-icundior eſt, ipſaque caro mollior, quàm in corde. *Fibræ* autem ſimplices, cum recta inctę à principio ad finem excurrant: at Cor ex omni fibrarum genere contexitur: nec co inter ſe differunt, quemadmodum videmus in inteſtinis, aliiſq; quibuſdam parti-us, in quibus tranſuerſæ fibrę exteriorem partem obtinent, rectæ & obliquæ inter-am, aut contra: ſed inuicem omnes implicitæ ſunt ac confuſę. Iam ſi *actionem* ſpectes, uſculorum actio contractio eſt ad ſuum principium, dependens à voluntatis noſtrę nperio, adeoque delaſſatur ac fatigatur, ſi nimia ſit: cordis contra ſubſtantia motum ibera naturæ inſtinctu inſitum ac innatum, qui neque ſiſti à voluntate noſtra, neque ncitari poteſt, & (res dictu mirabilis) indeſinenter multorum annorum ſpatio ſine la fatigatione aut noxa cietur. *Connectitur* ope pericardii, ſuperius mediaſtino, inferius iaphragmati; per vaſa autem aliis partibus: cætera liberum eſt vbique, vt libero motu rpetuo agitetur.

Cæterùm vt partes omnes inſpiciamus, diuidi cor poteſt in partes diſſimilares, & ſimi-ices. *Diſſimilarium* duæ ſunt, vna ſuperior, altera inferior: illa, [e] *Baſis* dicitur, & *Caput cor-*, eſtque lata & orbicularis, ex qua quatuor illa vaſa, de quibus poſtea dicturi ſumus, o-ginem ſuam deducunt: hæc, [f] *Mucro* & *Apex* vocatur, eſtque acuminata. *Similarium* alię nt externæ, aliæ internę. *Externæ*, Adeps, Membrana integens, Vaſa omnis generis, & uriculæ. *Internæ*, Ventriculi, & Valuulæ.

Incipiamus *ab* [g] *adipe*, quam circa cor inueniri negauit Philoſophus, in hiſtoria ani-alium: quæ tamen in homine copioſior, quàm brutis, maxime ad baſin, vbi vaſorum egreſſus, inuenitur. Quin imo cor nonnunquam adeo adipe inuoluitur, vt minus ritis anatomicis impoſuerit, cor abfuiſſe: præſertim cum & ego ex diſſectionibus ſeruarim, animalia ſanguinea, quo pinguiora ſunt, eo minus cor habere. Et hoc

eſſe

b, I.I.
c, F, G.
d, a.a.
e, 9. I.H. H.
f, I.I.
g, b.b.

*triculi cordis humani.*

Quin & 1. hiſtoriæ animalium 17. ordinem quoque & ſitum cuiuſque explicans, maximum quidem, in dextro latere; minimum, in ſiniſtro: at medium magnitudine, inter ſiniſtrum & dextrum locatum ſcribit. Et ne quid deſit tandem, 3. de part. animalium 4. laudat quoque hoc Naturæ inſtitutum: & ſatius eſſe iudicat, tres fuiſſe conſtitutos ventriculos, quam duos, vt vnus quidem, commune ſit vtriuſque principium, medium enim & impar principium eſt. Hunc ternarium cum Ariſtoteles mediocribus animalibus aſſignarit, non defuerunt quamplurimi, qui in homine tres ſinus conati ſunt oſtendere, quos cum ego minime vnquam obſeruare potuerim, nec verò Ariſtotelem ita temere erroris accuſandum cenſeam: crediderim equidem inter maxima animalia, elephantos, rhinocerotem, & balenas retuliſſe; hominem autem, equum, & bouem, inter mediocria, quæ duos tantum habent. Nullibi enim de hominis corde, quod ſciam, loquens, ternos ventriculos ſtatuit: at clariſſimus locus eſt, 4. de generatione animalium vltimo, vbi hominem, reſpectu elephanti, ἐλάττονα vocat, & paruum: quo eodem ſane loco, eandem illam diuiſionem animalium, qua in maiora, mediocria, & minima dirimuntur, inſinuat. Duo ergo ſunt in humano corde ventriculi, *vnus* dexter: *alter* ſiniſter.

*Differentia ventriculorũ.* *A magnitudine.* *A ſanguine.* *A formã.*

Differunt hi ventriculi, primo *magnitudine* inter ſe, cum dexter ſiniſtro multo ſit maior, vt qui à baſi ad mucronem vſque pertingat; vnde & ab Ariſtotele, 1. hiſtoriæ animal. 17. κοιλίη μεγίστη, *maior*, ille dicitur; hic, ἐλάττων, *minor*. Deinde, *ſanguine*, cùm *dexter* craſſiorem paulo contineat, &, vt melius exprimam, venoſum, quæ cauſa eſt, vt Galenus κοιλίαν φλεϐώδην, καὶ αἱματώδην, *ventriculum venoſum*, *& ſanguineum* appellat. *Siniſter* contra ſpirituoſum obtinet, omninoque talem, qualis per arterias in vniuerſum, corpus digeritur. *Forma* quoque differunt, cum ſi per tranſuerſum cor diſſeces, *dextrum* quidem figuram creſcentis lunæ ſemicircularem exprimere inuenias: *læuum*, orbicularem. Septum enim, quod vtrumque ventriculum interiacet, qua dextum ſinum reſpicit, gibbum eſt: qua læuum, cauitatem habet. Ex quo fit, vt figura dextri, à baſi cordis, vſque ad cauitatis finem ſemicularis ſeruetur: ſiniſtri vero cauitas orbicularis, paulatim, inſtar coni, à

*A ſitu.*

latiori baſi in anguſtum tendens. *Quartò, ſiniſter ventriculus* in cordis medio exacte exſculptus eſſe videtur, ſi portionem illam, quæ dextrum conſtituit, auferas: *dexter* autem quodammodo à latere tantum appoſitus.

*A craſſitie.*

*Quintò*, carne *ſiniſter* triplò quàm dexter craſſiore conſtat, multoq; ſolidiore, ac compactiore.

Diui-

c, D.D.D. carni eius imprimuntur,cum in parietibus reliquis,tum in ſepte
D. pervias putat,ſed obliquo tortuoſoq; ductu,non recto,vt ſangu
in ſiniſtrum ſenſim feratur,non cum impetu irruat. Ego cum d
qui cenſuit, nullatenus penetrare. Cæterum ex ventriculis ſin
foueis pluribus ac inſignioribus refertus, quod etiam notauit
libro de corde,qui ambo,inquit,ſinus,interiore parte aſperi ſun
tulum:ſed ſiniſter magis,quam dexter.Obſeruare præterea licet
bras in vtroq; ventriculo,teretes, & graciles,à ventriculorum
quæ in membraneas fibras deſinunt, infernæ parti valuularum
mus,inſertas.Hæ in dextro,quinq;, vel ſex quandoq;: in ſiniſtr
ſiores ac ſolidiores occurrunt,quibus ſi quis nomen velit impo
*cordis*, vel *papillares*,non male,credo,vocabit.

Porro hi duo ventriculi circa baſin cordis in quatuor vaſa d
ſunt Venæ,totidemq; Arteriæ. *Venæ*,in dextrum ventriculum:
d, 9.1.L. minantur,aut prodeunt. *Venarum prima*,[d] *Caua* dicitur,Ariſtotel
venarum maxima eſt, quæ Galeno reliquiſque Medicis à Iecor
detur.Huius orificium aortę orificio triplo maius,in totum dex
panditur,exceptum primo à dextra auricula. *Altera Vena*, *Arteri*
dem ( vt ſuperius libro quinto complexi ſumus) quod ſanguin
nutritione pulmonibus deferat,cum ſanguis in dextro cordis ſi
ſit: *arteria* autem, quia corpus arteriæ obtineat; hoc eſt, ex
duplici, vt arteriæ ſunt, confecta. Hæc vena caua longe min
cos, ad pulmones tendit,dexterque in dextram:at ſiniſter,in læ
innumeros iterum diſperſi,diſſeminantur. *Arteriarum*, quæ ex ſi
e, N. deunt, prima dicitur [e] *magna*, Ariſtoteli ἀόρτη. Hæc ex baſis ipſ
brana enaſcitur,& in duos diuiſa truncos,vnum ſurſum, alteru
f R. de illum truncum aſcendentem,hunc deſcendentem vocauimu
ra eſt, *arteria* nomen ab officio obtinens, quia ſanguinem ſcilic
lem pulmoni tranſportat: ſed *vena*, ob tunicam ſimplicem,ven
Hæc ſimiliter bifariam diuiſa, ſtatim ab egreſſu è corde, alteru
alterum in ſiniſtrum lobum digerit.

Ad horum vaſorum orificia vndecim membranæ reperiunt
libro de corde, pelliculas cordis appellat: Galenus, 6. de vſ
generali voce. Anatomici Recentiores *Valuulas* & *Oſtiola*, a
inſtar valuarum,aut portæ aperiri,aut claudi,vt materia affluer
intercipiatur. Sunt autem duplicis generis: *aliæ* enim ex ampl

cronem deſinunt, atque vbi clauduntur, telorum triangularium eminentiis ſimiles ſunt, vnde *triſulcæ*, aut *tricuſpides* vocantur: *aliæ* iis ſimiles, quæ in reliquis venis, præſertim artuum, cernuntur, ſemilunæ, aut Græcorum C ſimiles, vnde *ſemilunares*, vel *ſigmiformes* appellantur. *Illæ* intro ſpectant, quod vaſis intromittentibus appoſitæ ſint, vt cito admittant materiam, ſed non emittant: *hæ*, extra, & vaſis educentibus appoſitæ. Triſulcarum ergo tres, Venæ cauæ orificio: & duæ, Arteriæ venoſæ appoſitæ: ſigmiformium autem tres iuxta arteriæ magnæ, quam venæ arterioſæ. Valuulæ hæ, ſed imprimis triſulcæ, plurimis fibris, & quaſi filamentis, iiſque fortibus, ad ſeptum cordis, maxime verſus mucronem carunculis teretibus adnaſcuntur. Has omnes qui videre velit, ventriculos tranſuerſim incidat prope baſin, cum omnes in ſitu egregie tunc ſeſe monſtrent.

*Triſulcæ.* *Semilunares.*

## CAPVT VIII.

### *De actione, & vſu Cordis, partiumque ipſius.*

*Actio Cordis, Pulſus.*

QVÆNAM propria cordis ſit actio, & quæ ſoli competat, nemini meo iudicio obſcurum eſſe poteſt, cui vnquam vivæ alicuius animalis diſſectioni intereſſe licuit. Vidit enim haud dubio cor indeſinente quodam perpetuoque motu, modo latius ampliusque factum, modo rurſus anguſtius, ſtrictiuſque. Motus hic à Galeno, 6. de placit. Hippocr. & ab Ariſtotele, libro de reſpiratione, σφυγμὸς, vel σφύξις dicitur, ἀπὸ τοῦ σφύζειν, quod pulſare, vel ſalire ſignificat. Latini *Pulſum* appellant, conſtatque hic motus duabus partibus, quarum altera διαστολὴ dicitur, *dilatatio*: altera, συστολὴ, & *contractio*. Eſt autẽ *dilatatio cordis*, mucronis ipſius ad baſim attractio, qua amplius ipſum fit, & ſiquidem longitudo comprimitur, ſphæricum; *contractio* autem eiuſdem mucronis à baſi diſceſſus, à quo cor anguſtius redditur. Inter vtramq; hanc actionem neceſſario *quies* quædam quaſi media intercedit, cum nulla res ſit, quæ contrariis motibus citra hanc agitari poſſit, quod, vti ſummus philoſophorum demonſtrauit 8. Phyſicor. text. 62. 63. duobus ſimul oppoſitis motibus res illa agitaretur. Eſt igitur duplex, aut *interna*, quæ intercedit contractionem & dilatationem: aut *externa*, quę inter dilatationẽ & conſtrictionem interiicitur. Perficiũtur hi motus, & gemina quies, beneficio fibrarum, quas diximus omnis generis cordi tributas eſſe. Cum ergo rectæ contrahuntur relaxatis tranſuerſis, cor dilatatur, cui, quod de longitudine decedit, in latitudinem additur: vbi contrahuntur tranſuerſæ, relaxatis rectis, conſtringitur, & quod demitur de latitudine, in longitudinem accedit. Quod ſi obliquæ contrahantur, in ſe coactum cor manet, & intermediam illam quietem inter dilatationem & conſtrictionem perficit. Cæterum cum duos eſſe cordis vẽtriculos dixerimus, dextrum ſcilicet & ſiniſtrũ, & hunc altero multo nobiliorem, merito ambigere videmur, vterq; an vero hic tantũ moueatur: & ſi vterq; an æqualiter, an huius motus illius motum ſequatur. Huic dubitationi ſic ſatisfaciendum eſſe cenſeo, vtrumque pulſare, ſed magis ſiniſtrum quam dextrum, quod viua diſſectio edocet: vtrumque autem per ſe, quia in vtroq; principiũ huius motus eſt, etſi in ſiniſtro præſtare videatur. Ipſe tamen hic motus voluntarius non eſt, & qui ex noſtro dependeat arbitrio, quemadmodum muſculorũ contractio,

*Partes pulſus. Dilatatio. Contractio. Quies intermedia.*

quam

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

impeditum quam ſapientiſſime fuit, dum frigore extrinſecus accedente, influens repercutitur, intuſque efferueſcens magis, cum opus eſt, opportune externis partibus inde ſuggeritur. Similiter calidis temporibus, quid facilius erat, quàm exſolui & diſſipari: at ita interioribus adhęrens, omnes caloris ambientis ac diſſipantis vires eludit, dummodo (quia ſemper quod ad externas partes digeritur, in auras abit diſſipatum,) ſuo tempore alimentis reſtituatur. Similiter inſito erat opus quam maxime, vt facile influens, ob affinitatem ſuſciperetur. Cum ergo fonte quodam caloris neceſſario indigeret Natura, Cor exſtruxit, in quo calor ſic abundat, vt qui in corde exiſtimatur minimus eſſe, in aliis partibus maximus ſit: imo talis, vt ſi viuente adhuc homine in ſiniſtrum ventriculum demittatur digitus, feruens calor percipiatur, quod teſtatæ ſunt hiſtoriæ eorum, qui à carnifice viui ſunt diſſecti. *Proprius vſus ac priuatus eſt*, vt ſibi ipſi ſeruiat, reſpiratione ſcilicet pulmonum mediante, quæ ſimiliter inſpiratione & exſpiratione conſtat. *Inſpiratio* cordi neceſſaria eſt, vt aer attrahatur frigidus, qui ſanguinem in corde feruentem & calorem attemperet: *exſpiratio*, vt fuligines genitæ expellantur. *In dilatatione* ergo aer aduenit; *in contractione*, fuligines pelluntur. Non tamen aer ſua ſubſtantia ingreditur, vt poſtea monſtrabimus: ſed refrigeratur tantum ſanguis ab aere, qui in arteria venoſa eſt, & ſic viciſſim infuſus in cor, eum qui in ſiniſtro ventriculo continetur.

*Cur inſito calore opus fuerit.*

Proprius.

Sed age, videamus quomodo fabrica cordis, actionibus his & vſibus ſatisfaciat. Primum ergo *ſitum eſt* in medio ventre, vt ad vtrumque reliquorum, ſupremum, inquam, & imum, tum ipſos quoque artus, æqualiter ſanguinem & cum hoc, ſpiritus diffunderet. Et quo fit, vt & *ipſa baſis exacte medium* in hoc ipſo *teneat ſecundum omnem locorum differentiam*, ſed imprimis iuxta ſuperiorem, & imam. nam à dextra & ſiniſtra, à priore & poſteriore parte, propterea potius remota æqualiter videbitur, quo commodius ſeſe dilatare poſſit, nec vllibi allidat, quod accideret prompte, ſi ad alterutram declinaret. *Mucro* autem *nonnihil ad latus vergit in homine*, quia thoracem parte inferna depreſſum habet, & breuem: at brutis, ad diaphragma, quod pectus acutum obtineant, & longius. Abſque hoc ergo foret, vtriuſque motus, cordis inquam, & diaphragmatis, ſe mutuo impediiſſent, quod Natura ſolers euitare cupiens, mucronem in latus nonnihil repoſuit; *nec tamen in dextrum, ſed lævum collocauit*, ob venam cauam, quæ in thoracem per ſepti tranſuerſi dextram partem aſcendit. Sunt ergo nugæ, quas quidem afferunt, factum hoc eſſe propterea, vt ſiniſtram partem calefaceret, quę alias frigidior eſt dextra. Quid enim quæſo, commodi à ſitu cordis quæuis pars conſequetur, cum cor tranſmiſſione ſanguinis, ſpirituumque, non poſitu, vel connexione calorem largiatur? *Figura oblonga eſt, ſed ſuperius latiuſcula, adeoque pyramidalis*; *oblonga* quidem, quia hac ratione attracto mucrone ad baſim, quam commodiſſime in ſphæram globatur, & ſic in dilatatione plurimum ſanguinis trahit: rurſus diſcedente mucrone ab eadem, quam opportune ſtringitur. *Superius* autem *lata eſt nonnihil*, & ampla, vt quatuor vaſis, partim ingredientibus, partim è corde emergentibus ſedem præparet. *Maius* autem *cor eſt homini, quam aliis animantibus*, quia homo omnium animalium maxime ſanguineum eſt. Vt ergo hepar quoque maximum obtinuit, à quo confectus ſanguis in venis portæ ad cor tranſmittitur: ita & iam cor ipſum merito ma-

*Cur mucro cordis in ſiniſtro latere ſitus.*

*Refutantur alii.*

ximum habet, quod copiam illius ſanguinis ſuſcipiat. *Subſtantia dura eſt, ac denſa*, vt ſpiritus, qui calorem influentem conſtituunt, ne diſſipentur, conſeruet: quemadmodum arteriæ eadem de cauſa venis craſſiores ſpiſſioreſque ſunt factæ. Cæterum, cum fons ſit caloris, ac veluti ciſterna quædam ſanguinis, quem attenuat: merito *cauum* eſſe debuit. Sufficiebat autem huic muneri vna cauitas, vnde vnum tantum ventriculum habere videmus piſces, aliaque multa animalia: ſed quia Homo pulmonibus præditus eſt, atque reſpirat, dextrum ſiniſtro ſummus Naturæ opifex adiecit. Et hoc eſt, quod diximus, ſiniſtrum ſcilicet ſinum Cor totum conſtituere, adeoque & in eius medio exacte exſculptum; dextrum, tantum appendicem quandam eſſe. Voluit enim ſummus Parens, vt Pulmo peculiari nutriretur ſanguine; non venoſo quod nimis eſſet craſſus: neq; arterioſo, quia nimis tenuis: ſed medio inter vtrumq; adeoq; tali, qui in dextro ventriculo nonnihil attenuatus foret. Decebat n. pulmones eſſe leuiſſimos, & propterea ex tenui & rara carne conſtare, vnde etiam ſanguine, diuerſo à ſanguine, quo aliæ partes nutriuntur, ali conueniebat. Hoc quam verum ſit, non melius licebit intelligere, quam ſi experientiam me imitatus conſulas. In fœtu enim, dum adhuc vtero concluſus coercetur, craſſo & venoſo ſanguine nutritur, quemadmodũ ſequenti capite dicemus, vnde duplo grauior eſt, & quæuis particula pulmonum aquæ iniecta, protinus ſubmergitur, cum pulmo hominis adulti vel totus in ſummo natet. *Dexter* ergo *ventriculus* ea ratione conditus eſt, vt pulmonibus opportunum conficiat alimentum, vnde quæ pulmonibus carent, eadem & hoc deſtituuntur. *Siniſter* autem, vt ſit ciſterna caloris ſanguiniſque, ex qua vniuerſo corpori ſuppeditetur. Ex his iam cauſas licebit reddere differentiarum vtriuſque. D*exter* enim ſiniſtro *maior eſt*, quia plurimum ſanguinis à pulmonibus digeritur: tum, quia ſanguis admodum tenuis neceſſario eſt, qui alit, & ſic facile diſſipatur: tum, quia pulmones ipſi in perpetuo ſunt motu, & valde quoque à vicino corde incaleſcunt; calor autem digerit, diſſipatque. *Continet quoque craſſiorem ſanguinem, quam ſiniſter*, quia ille nutrire debet; hic vero, in ſpiritus conuerti, qui tenuiſſimi cum ſint, materiam ſubtilem requirunt. Siniſter, in medio quaſi corde exſculptus eſt, quia eſt cauitas primaria: at *dexter, appendix tantum, vnde lateri* adhæret. Tandem ille, & triplo fere craſſior, quia ſpirituoſus ſanguis facile diſſiparetur, niſi optime munitus foret, quod in dextro non eſt verendum, qui craſſiorem continet. Hæc ergo cum ita ſe habeant, merito *quatuor vaſa circa cor conſpiciuntur*; duo, circa dextrũ ſinum, & duo ſiniſtrum, vt in vtroq; ſint & inferentia, educentiaq;. *Vena* quidem *caua*, vt materiam pro ſpirituoſo ſanguine ſuggereret: *Arteria* autem *magna*, vt eundem per totum corpus diſtribueret. Rurſus, *Vena arterioſa*, vt pulmonibus ſanguinem: *Arteria venoſa*, calorem & vitam ſuppeditaret. Vena autem caua, & arterioſa iunctæ ſunt in dextro, vt prius in hoc pro pulmonibus ſanguis elaboraretur: arteria vero magna, & venoſa, vt ex eodem optime præparatus, per illam omnes partes, at per hanc, ad pulmones diſpeſceretur. Sed & alia cauſa eſt, quia dum vena arterioſa nutrimentũ pulmonibus ſuggerit, partem aliquam arteriæ venoſæ per anaſtomoſes, quibus inuicem iunguntur, infundit: ſicque ex dextro ventriculo ad ſiniſtrum ſanguis, materia ſpirituum, in dilatatione tranſportatur. Falſum enim eſt, per ſeptum quidquã exſudare, cum illa foramina peruia non ſint: ineptum autem, quod laudant

*Pulmo nutritur peculiari ſanguine.*

*An per ſeptum ſanguis diſtribuatur.*

Naturæ quoque in hac re prouidentiam, quæ per ſeptum voluit traducere, vt ſenſim inſtillaret, non vi, aut impetu irrueret, quod fieret, ſi per arteriam venoſam, vtpotè vas magnum ac inſigne accederet, vnde calor ſuffocaretur: quaſi vero Vena caua non multo maior ſit, per quam in dextrum ſinum ſanguis effunditur. Quod ſi quis quærat, quo nomine foramina ea facta ſint, promptum mihi erit reſpondere, propter nutritionē eſſe condita, cum venæ per cordis intimos receſſus haud diſpergantur, nutritio tamen neceſſaria ſit; vnde conſuluit cordi Natura foraminibus his interim, quæ venarũ ductibus reſpondent. Id verum eſſe facile licebit colligere, cum videamus, non in ſepto tantum hæc comparere, ſed in vniuerſo corde, id quod mihi quidem magni argumenti loco eſt, alio, quam dicunt ipſi, fine creata eſſe. Eſt tandem & alius vſus, cum circa bronchia aſperæ arteriæ vaſa hæc conſiſtant, vnde ipſis refrigeratis ab externo aëre attracto, neceſſario & ipſa frigus concipiunt, ipſeque ſanguis in ijs contentus, qui poſtea infuſus in ſiniſtrum ventriculum, reliquum attemperat. Nec enim verum eſt, ſubſtantiam ipſius aëris cor accedere, cuius ſubſtantia cor non indigeat, & nec via vlla ſit, per quam ingrediatur: vt taceam, maximam Naturæ imprudentiam, quæ cætera tam prouide, tantoque conſilio omnia perfecit, ſi Cor vitæ fontem externi aëris iniurijs tam temere obieciſſet, à quo tam ſedulo omnes reliquas, vel minimi quoque momenti partes, defendit. Taceam quoque, refrigerari ſatis ebullientem ſanguinem, vbi frigidus arteriæ venalis affunditur, cum videamus à leui halitu ebullientem in magno aheno ad ignem aquam componi, dum carnes noſtras coquimus. Vterque ergo ventriculus duo vaſa continet; vnum, quod infert; alterum, quod exportat: infert, dum cor dilatatur; exportat, dum conſtringitur. Cæterum, quia futurum erat, vt illatum modo, ſubito reflueret, niſi impediretur: Natura ſane ingenioſiſſimum quid commenta eſt, dum vaſorum orificijs *membranulas* quaſdam præfixit, quæ alternatim aperiuntur, & clauduntur. *In dilatatione quidem aperiuntur omnes, ſiue extenduntur*, adeoque *triſulcæ* veluti fiſſuras efficiunt inter ſe, per quas materia intromittitur: *ſigmiformes* vero, extrema ſuorum vaſorum claudunt, & ſanguinem egreſſum remeare prohibent. *In contractione contra, omnes clauduntur, & laxantur*, ſicque *triſulcæ* ſpatia illa, & fiſſuras claudunt, ne quid regrediatur: *ſigmiformes* vero, flacceſcunt, vt ſanguis libere efferatur. Omnes namque eam conformationem adeptæ ſunt, vt ſimul tenſæ, totum orificium exactè tegant, & occludant. Vt autem quam optime tendantur, & vim ſanguinis irruentis ſuſtineant fortius, plurimum *fibræ illæ à carunculis teretibus enatæ* iuuant, quæ contrahuntur, & valuulas reſupinant. *Tres* autem tantum ſunt creatæ, quia, vt Galenus præclare philoſophatur, pauciores adeoque maiores, neque tam exactè clauſiſſent, neque tam celeriter: plures, adeoque minores, multo quidem citius, & exactius, at imbecilliores fuiſſent. *Duæ* tamen *tantum arteriæ venoſæ principio affixæ ſunt*, vt non tantum per ipſam ingrederetur cor ſanguis ille, qui per venam arterioſam à dextro ventriculo ſuppeditatur: ſed & ſemper aliquid viciſſim ex ſiniſtro ventriculo ad pulmones tranſmittatur, ſpatio aliquo relicto, quod vitam, vt reliquæ arteriæ, ipſis offerret. Cæterum eleganter dubitari hoc loco poteſt, quæ cauſa ſit, quam propter Omnipotens illud Numen in dextro quidem ventriculo, venæ, arterioſam ſubſtantiam, craſſamque membranam: at in ſiniſtro, arteriæ, veno-

*Valuulæ.*

*Elegans dubitatio.*

ctis,euaneſcit.

Vſus. Vniones hæ vaſorum, pulmonum gratia conditæ ſunt, quos in fætu, & craſſo ſanguine venoſo nutriri, nec arterioſo deſtitui conueniebat. *Craſſo nutriri*, vt, cum nondum cordi reſpirādi præſtarent officium, ad quod leuitas ipſorum requirebatur, aſpera arteria, tenera adhuc & flexibilis, ab eorum pondere comprimeretur, ne vacuum in ea eſſet, quod aërem traheret, qui in vtero concedi non poterat. Hinc & in fætu pulmones grauiores eſſe cernimus, & aquæ iniectos, quantulacunq; portione, non ſecus, ac parenchyma cordis jecorisve, ſubito mergi, cum adultorum animalium pulmones contra, vel toti, innatent. *Arterioſo non deſtitui*, ne priuarentur vita, qua carerent neceſſario, quod ſanguis vitalis per vmbilicales arterias attractus, & hinc in truncum Aortæ delatus, cor haudquaquam ſubire poſſet, nec adeo ad pulmones deduci, ob valuulas, quæ circa orificium arteriæ magnæ, qua ſede in cor hiat, ſitæ, foris ſpectant. Vaſa ergo hæc ſapiens Natura ſic adaptare debuit, vt neuter ſanguis ad cor appelleret: non venoſus, ne in dextro ventriculo, vt in editis, attenuaretur: nec arterioſus, ne non ad pulmones deueniret. Ille ergo per venam vmbilicalem attractus ad hepar, indeq; per radices portæ refuſus in cauam, cuius beneficio ad cor defertur, ſtatim, antequam id attingat, in arteriam venoſam effuſus, pulmonibus ſubminiſtratur. Hic contra, attractus per arterias vmbilicales, vbi prope orificium arteriæ magnæ conſtiterit, cum cor ingredi nequeat, per tubulum ad venam arterioſam, indeque ad pulmones defertur. Ex quo patet, cur in ſiniſtro Ventriculo *Arteria venæ ſubſtantiam nacta ſit*, nimirum, vt ſanguinem venoſum diſtribuat, qui craſſior cum ſit, vt excidat, tenuiorem membranam requirit: contra, in dextro. *Venæ vero arteriæ*, ne, cum deferat ſpirituoſum ſanguinem, ſi ſimplex eſſet tunica, ſubito digereretur. *Iungitur* autem *Vena caua cum arteria venoſa foramine*, quia ſibi conterminæ ſunt: *Arteria* vero *magna cum Vena arterioſa tubulo, ſiue canali*, quia longius à ſe diſtant. At enim, ne ex arteria venali, refundi quidquam poſſet, *membrana* foramen clauditur: rurſus &, ne regurgitaret ex vena arteriali ſanguis, *canalis obliquitate* proſpectum eſt.

*Modus quo vnio hæc deperditur ex ſententia Hieronym. Theobaldi.* Cæterum, qua ratione poſt editum fætum, tum anaſtomoſis hæc obliteretur, tum etiam vas ipſum pereat, nemo, quod ſciam, hactenus aperuit. Hanc tamen princeps inueſtigauit, & ad nos perſcripſit Excellentiſſimus Vir, Hieronymus Theobaldus, Medicus Venetus, quæ, cum non minus elegans ſit, vt ipſe Medicorum eſt elegantiſſimus, quam ingenioſa, & Anatomico homine digna, ſic digniſſimam merito ſtatuimus, quæ non priuatim tantum, ſed & publice legatur, vt fidæ noſtræ amicitiæ pluribus confirmatæ officijs; ob commune diſſectionum ſtudium, in quo Vir egregius egregia plurima inuenit, grata memoria hic, & vbique præſtetur. Eadem autem opera, ob

ra, ob argumenti vicinitatem, eiuſdem quoque, de vaſorum vmbilicalium, & vrachi, in funiculos permutatione, ſententiam proponemus. In prima ergo reſpiratione, quæ ſubito partum excipit, duo euenire, inquit, quibus fœtus, adhuc vtero incluſus, minime aſſuetus fuit, pulmonum nempe ab aëre impletio, & inanitio reciproca: deinde, Diaphragmatis ad interna viſcera depreſſio. Ab illa, hæc vaſorum circa cor vnio: ab hac, vmbilicalium ſtructura perit. Repletis enim ab aëre pulmonibus, Vaſa duo, Vena ſcilicet arterialis, & Arteria venalis, quod arteria aſpera jam extendatur, quæ antea in fœtu, ob pondus pulmonum, compreſſa ſubſidebat, cum bronchia ramosq; eius circumſtent, (vt dicetur ſequenti capite,) ſtringuntur, vnde ſanguis vtriuſq; ad cordis ſinus vi pellitur. At enim cum Venæ arterioſæ valuulæ ingreſſum eius prohibeant: Arteriæ autem venoſæ admittant (quod illæ foris, hæc intro ſpectent,) fit, vt ſanguis huius, ad cor, perpetuo motu, trudatur. Cum autem Vena caua & ipſa, more ſuo, ſanguinem ad arteriam venoſam impellat, membranula à ſanguine compreſſa valide, exactèque clauſa, (quæ ratio eſt, cur in ſuperiore parte adhæreat, in inferiore libera ſit) omnẽ ingreſſum præpedit, ex quo fit, vt ſanguis hic poſtea, qua data via, ad dextrum cordis ventriculum ſecedat. Quia vero in conſtrictione cordis ſanguis expellitur, euenit rurſus, vt per Venam arterioſam detrudatur, à qua digeſtus deinceps continuo ad Arteriam venoſam, dum ſanguis in hanc nunquam ceſſat irruere, perpetuoq; etiam à cordis dilatatione ex ea attrahatur in ſiniſtrum ſinum, ipſa membranula, fatigata aſſiduo ad ſuas oras affluxu, tandem coaleſcit, ſicq; anaſtomoſis hæc aboletur, ac perit. Affluente ergo, hac, vt dixi, ratione, ſanguine, & petente ſiniſtrum cordis Ventriculum in dilatatione, vbi cor conſtringitur, per arteriam magnam iterum effunditur, vnde cum deorſum à corde ſanguis jam tendat arterioſus, nec, vt ante (cum à matre ſuggerebatur) ſurſum quidquam trahatur, in tubulum nullus effunditur. Sed nec ex Vena arterioſa quidquam in hunc ſecedit, cum, vti diximus, Natura id obliquitate ipſius prohibuerit, vnde fit, vt alimento omni tubulus hic deſtituatur, ſicq; primum in ligamentum coaleſcat, mox omni prorſus, vt & vita, carens, computreſcat, & ex putredine in auras abeat. Eadem compreſſio vaſa vmbilicalia in aliam ſubſtantiam tranſmutat: & *Venam* quidem, in ligamentum, quod Iecur ſuſpendit: *Arterias* vero, & *Vrachum*, in funiculos. Cum enim ad *Venam vmbilicalem* à matre ſanguis amplius haud digeratur: à muſculis autem abdominis, tum viſceribus quoq;, ob diaphragmatis deſcenſum compreſſis, & ipſa prematur, nec ab hepate alimentum nanciſcitur, ſicq; neceſſario cauitate amiſſa in ligamentum abit. Non tamen, vt obliquus vaſorum cordis ductus, euaneſcit, qua eius ſubſtantiam à vicinis venis nutriri voluit Natura & incraſſari, vt in ligamentum abiret, cum tantam compreſſionem, quæ vita priuare queat, haudquaquam patiatur. *Arteriæ* quoque *vmbilicales* ſimiliter comprimuntur, impleta veſica vrinaria, atque in latitudinem diſtenſa, cum antea in fætu in longitudinem porrigeretur, & eædem arteriæ, dum animal accreſcit, in funiculos abeunt, quia elongantur, & cum non vna vbique augeantur, manent breuiores. *Vrachus* quoque ob eandem diſtenſionem, quam facillimè comprimitur, cuius orificium breuiſſimo temporis ſpatio ſic perit, vt ne guttula vrinæ perfluat.

*Arteriarum vmbilicaliũ in ligamentum conuerſio.*

*Arteriarũ vmbilicaliũ in ligamentum conuerſio.*

*Vrachi permutatio.*

# CAPVT X.

## *De Pulmonibus, & eorum aſpera Arteria.*

*Etymologia.* *Synonyma.* PVLMO, quod alterum viſcus eſt eorum, quæ in medio ventre continentur, Græcis πνεύμων dicitur, παρὰ τὸ πνέειν, à reſpirando, quod ipſius officium eſt. Auicenna *cordis culcitram* vocauit, quia cor ei tanquam puluino incumbit. Vulgus *cordis flabellum & ventilabrum appellat.* *Partes.* Diuiditur in duas [a] *partes*, quarū altera dextrū, altera ſiniſtrum thoracis latus occupat, in quorum medio cor ſitum, vnde apud Veteres pluries propterea plurali numero *pulmones*, & apud Græcos quoq; πνεύμονας vocari legimus. Sic Plautus in Curculo, Pulmones diſtrahuntur, cruciatur cor. Ab hoc *Pulmonarij* nomen acceperunt, qui pulmonum inflammatione laborant, Græcis περιπνευματικοὶ dicti. *Linea diſſecans.* Horum vtraq; pars è regione quartæ thoracis vertebræ, *linea* per tranſuerſum nonnihil obliq; ducta, in duas alias ſubdiuiditur, ſuperiorem ſcilicet, & inferiorem: interdum in tres, quas *lobos fibraſve pulmonum* appellant, & membraneis nexibus ita ſibi adhærent, vt ſectio hæc interdū vix compareat. *Lobi pulmonū.* Quod ſi duo duntaxat ſint, ſuperior lobus inferiore breuior eſt. *Figura.* *Figurā* habent vngulæ bubulæ, cum extrinſecus, qua parte thoracis cauitatē reſpiciunt, gibbi ſint: intrinſecus, caui. Hippocrates tamen, libro de corporum diſſectione, teſtudini animali, nec ineptè, comparauit. *Magnitudo.* *Magnitudo* tanta eſt, vt in viuentibus, cum inſpirant, vniuerſam medij ventris cauitatē repleant: at dum exſpirant, flaccidi concidant: non ita tamen opere magno, vt in mortuis, cum ſemper aliquid aëris ſpiritusq; in ſe retineant in viuis, nec omnis vna regrediatur. *Cōnexio.* *Connectuntur ſuperius* ope aſperæ arteriæ, collo, & dorſo: *anterius*, ſterno: *poſterius*, vertebris, idq; ope mediaſtini: *infra*, ſepto, quibuſdam nexibus (notatu digniſſimum) à membrana, qua tegitur pleura, qui ſi breuiores ſint, jam diximus, diſpnæam incurabilem inſequi. *Subſtantia.* *Subſtantia* ipſa eſt παρέγχυμα, & caro, (*ſi adulti hominis ſit*) roſei coloris, mollis, ſpongioſa, admodumque leuis, vnde in aquam proiecta ſupernatat. Contra *fœtus* pulmo, rubicundior eſt, durior, & grauior, ſtatimq; ſubmergitur, ob ſanguinem venoſum, quo nutritur in vtero, deductum à caua ad arteriā venoſam per anaſtomoſin, vt monſtrauimus. *Membrana.* Παρέγχυμα hoc membrana cingitur, à cōmuni vaſorum pulmonem ingredientium tunica enata, quæ tenuis, mollis, & vehementer poroſa eſt, vt mirum nulli videatur, ſi ex thoracis cauitate materiam per hanc in aſperam arteriam rapi, exſpuiq; poſtea videat. *Vaſa.* *Vaſa* autem accepit omnis generis: *Venas* quidem, à vena arteriali, ex dextro cordis ventriculo prodeunte: *Arterias* vero, ab arteria venoſa, è ſiniſtro. Illa, nutrimentum; hæc, vitam affert; ſed vtraq; in duos ſtatim, ac primum pulmonem attigere, ramos diuiduntur, mox iterum in plures, donec tandem penitus in capillares ſurculos, propè externam ſuperficiem, diſſoluantur. De his ſupra ſub finem libri ſexti egimus, cum Venarum Arteriarumq; hiſtoriæ colophonem imponeremus. *Neruum* quoq; exiguum à ſexta coniugatione neruorum cerebri habet, qui tamen ad membranam duntaxat accedit, à quo & obtuſus ille ſenſus, quem nactus eſt, ipſi naſcitur.

[a] 9. fig. 1. c. d.

Eſt & [b] aliud vas, nulli alteri viſceri, aut parti totius corporis, præter pulmones, commune, quod olim ab antiquiſſimis anatomiæ proceribus, ἀρτηρία dicebatur, ab officio,

[b] 9. fig. 1. A. E. E. & 9. fig. 2. & 3.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ferentes, cum quarta parte, & quidem poſteriore ſui ſede, de
pſam ſupplet membrana dura , quæ ibi ſuccingitur, quantun
circuli in planam ſuperficiē extendat. Vocantur hæ cartilagin
Latinis, *ſigmiformes*, cum C Græcorum, ſimiliter rotundum qu

*Truncus fiſtulæ.* men integrum haudquaquam abſoluat. Fiſtula ergo hæc, cum annulari laryngis cartilagine, initium ducat, recta deſcendit, & poſteriore ſui ſede membrana quadam œſophago adhæren pe quartæ thoracis vertebræ corpus, in duos diuidatur ramo:

*Diuiſio eius.* quorum vterque ſui lateris pulmonem ingreditur. Ingreſſ alios ſubdiuiduntur, & hi rurſus in alios, donec tandē in mini nam vſque ſuperficiem pulmonum diſperſos, faceſſant. Vo ipſam ſubſtantiam excurrunt, pulmonis βρόγχια, quæ vox apu cos retenta fuit. Cęterum vt annulares cartilagines trunci, qu fertur, eo minores anguſtioreſque fiunt; ita rami cum primum non amplius ex ſigmiformibus annulis conſtant; ſed ex integri rias exprimentibus formas, rhombos, inquam, quadrata, & membrana cohærent, vt quibus in locis arteriæ venalis, & ve bus iunguntur, membranei ſint, cæteris vero in locis, cartilagi ter vtriuſque huius vaſis propagines, ita vt aſperę arteriæ rami ſede arteria, poſteriore vena. Interdum tamen varius obſerua riæ rami cæteris vaſis incumbunt, aut ſubiacent,

*Actio.* *Reſpiratio.* Actio *pulmonum* eſt *reſpiratio*, cum nullum animal ſit pul ſpiret. Eſt autem *Reſpiratio, attractio emiſſioque aeris per aſperam arte caloris refrigeretur.* Primaria ergo pars in pulmone aſperæ arter ciſterna aeris propterea nuncupata: ipſa autem reſpiratio d bus, inſpiratione, & exſpiratione. Inſpiramus aerem, dum dil

*Cauſa reſpirationis.* pſo arteria: exſpiramus, dum concidit rurſus, & aerem pellit. ſtrictio pulmonum, vnde fiat, in dubium à multis reuocatum e ſemper ſui partibus, qui non per ſe, ſed motu thoracis has fieri viua ſectione nobis pateat, dilatato diaphragmate protinus th mones, extendi. Sequitur enim fugam vacui pulmo, qua nihil dum fortius: at, ne præſenti vitæ periculo, in thoracis vulnere pterea fibris quoq; Natura benigniſſima pleurę quaſi alligauit quam remiſſius, ſi forte thorax læſus ſit, trahatur. Ex his intelli eſſe, interdū naturalem tantum, interdū ex naturali animaliq; c dū thoracis motus, à quo pendet, duplex eſt, vt ſupra lib. 4. c. 8. o ſimpliciter, cū libera eſt reſpiratio, & à ſolo diaphragmate thora

cum violenta,& thoracis muſculi intercoſtales concurrũt.Reliquos enim,quos cæteri Anatomici addunt,ad reſpirationem nihil facere,ſatis laudato loco probatum fuit. Neque eſt, quod quis obiiciat diaphragmatis motum naturalem dici non poſſe,quod ipſum muſculus ſit, cum ſciamus ſic vocari non tantum ipſum, qui fit fibris, ſed & qui muſculis,ſi naturali modo fiat,hoc eſt, præter noſtræ voluntatis arbitrium. Comprimitur ergo pulmo compreſſo thorace, eodemque diſtento dilatatur, & non ſecus ac fabrorum folles,ne inane ſpatium maneat,aere impletur. Inprimis tamen aſpera arteria,cuius cartilagines à ſe mutuo nonnihil recedunt:membranæ autem,quæ illas iungunt,in latitudinem expanduntur.

VSVS *reſpirationis* eſt, tueri, attracto aere,calidum, quod in ſuo fonte eſt, hoc eſt, in corde. Cum autem calidum pluribus modis ſeruari poſſit, *primum* pabulo & materia, in quam agit;*deinde*, ventilatione à frigido : *tandem*, excrementorum fumoſorum euacuatione, non ſecus ac videmus externum noſtrum ignem tribus his modis apud nos conſeruari ( abſque his enim ſi foret, in locum naturalem, qui ſupra eſt,protinus auolaret ) *pabulo* quidem,per alimentum, cibum potumq; ſeruatur;*fuliginoſorum excrementorum euacuatione*, per arterias,ad quas deferuntur, & per poros exhalant reliquiæ: *ventilatione à frigido* , per aerem externum conſeruatur. Non enim credendum eſt,aeris ſubſtantia, transformata in ſpiritus vitales,tanquam pabulo, calidum noſtrum refici,cum videamus inſpirato plurimo aere,ſi cohibeatur,ſuffocari tamen animal:quod certe propterea fit, quia aeris ſubſtantiæ ſuſcipiendæ gratia reſpiratio non ſit inſtituta. Quin videmus plura quoque eſſe ſanguinea animalia,vt piſces, quæ vitali ſpiritu prædita,aerem tamen non attrahunt.Accedit,quod à Naturæ prouidentia admodum foret alienum,ſi,cum reliquas partes omnes ab aere tam ſollerter & ſtudioſe defenderit,ipſum caloris fontem cor,tam temere eidem obieciſſet. Sic enim protinus omnia ab aere lædi cernimus, vt quamprimum aliqua pars interior ipſi expoſita ſit,actiones omnes naturales,quæ ipſi famulantur,læſæ deprehendantur. Attrahit ergo aerem externum pulmo, vt qualitate ſua frigida fruatur, quod nobis ſatis manifeſtum fit in calidioribus locis,vbi violenter reſpiramus, quod cor, quantumuis pulmones plurimum hauriant aeris,nihil adiumenti percipiat,cum non refrigeretur. Quia tamen nulla in re vnquam prodiga Natura eſt, ſed vt Oeconomus ſollers ſtudioſe omnia in vſum reuocare contendit,ne quid pereat,quod quocunque modo animali poterat eſſe adiumenti, vt inſpirationem aeris ad vitæ tutelam traduxit, ita exſpiratione ad melioris vitæ vſum abuſa eſt. Adhibet enim ad vocem, qua affectuum ſuorum promit reconditas vires, alterique ſignificat. Ac vti *fiſtula* quidem aſperæ arteriæ præcipuum erat inſtrumentum refectionis calidi innati,quod in corde eſt:ita *caput* eiuſdem primarium organum vocis.

*Vſus reſpirationis.*

*Calidum quot modis ſeruetur.*

*Inſpirationis uſus.*

*Exſpirationis vſus.*

Sed iam videamus, quomodo his actionibus ſatisfaciat Pulmo. Primum *in thorace ſitus eſt*, vt & ori larynge eſſet vicinus, à quo haurit aerem, & reddit: & deinde cordi ſuo corpore, cui in inſpiratione ſeruit:tum linguæ, quæ vocem poſtea in articulatum ſermonem diſcriminat. D*iuiſus* autem *in duas partes*; vt in medio cor tegeretur,& vt à ſe diductæ hæ partes violentius aerem attraherent. *Linea* autem *ſubdiuiduntur*, ob flexuram thoracis, cui ſic ſequaces redduntur. *Figura* peculiaris nulla eſt,ſed talis, quæ

loco accommodata erat, vnde *foris gibba, intus concava*, quod dorſum cauum erat, cor conuexum. *Subſtantia* conſtat *ſpongioſa ac molli*, vt eſſent quam leuiſſimi, vnde dum fœtus adhuc vteri ergaſtulo concluditur, nec reſpirationis munere indiget, duriores ſunt ac craſſiores. Cæterum vt nutriatur & viuat, nonnihilque ſentiat, *omnis generis vaſa accepit*, & *venam* quidem, *non à porta vena*, quia hæc nutrit tantum eas partes, quæ ſanguine admodum craſſo indigebant, vt viſcera nutritioni dicata: *neque à cava*, quia & ille craſſior erat, quam leuitas ſubſtantiæ pulmonum admittebat: *ſed à dextro cordis ventriculo*, in quo ſanguis fit, medius inter arterioſum & venoſum, adeoque nec nimis tenuis, nec craſſus, ſicque ſanguine nutritur, quali non alia pars corporis, quemadmodum & ipſum quoque parenchyma ab aliis variat. *Arteriam* autem à ſiniſtro ventriculo. Eſt & alia cauſa maximi momenti, quamobrem à corde hæc vaſa immediate deducta ſint, nempe vt ex dextro ventriculo ad ſiniſtrum feratur ſanguis, è vena arteriali in arteriam venoſam effuſus, ſicque ſpirituoſus ac nobilis ille ſanguis, qui per arterias deducitur, generetur. In ipſo autem itinere, ne qua occaſio benefaciendi animali Naturæ temere præterlabatur, refrigerat hunc, vt effuſus in ſiniſtrũ ſinum, calidum, quod in corde efferueſcit, temperetur: non ſecus ac nos ad ignem noſtrum externum ſæpe vno oculi ictu ebullientem cohibemus aquam, pauca frigida affuſa. Atque hæc eſt illa refrigeratio calidi, cuius gratia reſpiratio inſtituta eſt, pulmoneſque, & totus thorax fabrefactus. Attractus enim per arteriam aſperam frigidus aer, bronchia primum refrigerat, hæc, quia medium tenent locum, vtrimq; adiacentia vaſa, vnde & ſanguis protinus vicinitate frigidum concipit: effuſus autem ad cor, neceſſario efferueſcentem calorem cohibet. Hæc cauſa eſt, cur vbi iunguntur inuicem, membranea ſint bronchia, vt ſcilicet frigus promptius penetret. *Arteria* autem *aſpera non tota ex cartilagine conſtat*, quia dilatari baud potuiſſet: *neque ex membrana*, quia facile concidiſſet: vt ergo neutrum deficeret, cartilaginibus membranas intertexuit, non ſecus ac coſtas muſculis intercoſtalibus in ſtructura thoracis. *Larynx* autem *ex rima conſtat*, vt ſonum ederet aer, per anguſtum ſpatium traiiciens; cæterum bunc vt variis modis, & pro ſuo quiſque libitu formaret, cartilagines circumiecit. quibus præfecit muſculos, qui pro noſtro arbitrio, modo claudunt, aut aperiunt; modo dilatant, aut conſtringunt, ſicque amplum anguſtumve reddunt. At enim ne exſiccentur nimium hæc inſtrumenta, cum vox à ſicco corpore ingrata fiat, (quemadmodum fiſtulæ arte paratæ id edocent) glandulas adiecit, à quibus perpetuo moderate irrigaretur.

*Quomodo calidum cordis refrigeretur.*

FINIS LIBRI NONI.

internarum rationem obſeruant,ſuntq; , vt in reliquis duobus ven-
*tes*,vel *contenta*. *Continentes* vocantur, quarum complexu aliæ coërce-
,partim communes, vt capilli, & quatuor integumenta cōmunia di-
iæ,vt pericranium,muſculi,& oſſa caluariæ , quæ externæ ſunt : duæ
inges dictæ,Cerebrum ambientes,quæ omnes in caluariȩ interna ſe-
*Contenta* primum duæ ſunt,Cerebrum & Cerebellum,quibus tamen
lis medullæ principium , quod adhuc caluariæ terminis continetur,
s deinde aliæ,quæ quinq; ſenſuum ſunt inſtrumenta , quanquam ta-
on in capite ſolum coërceatur:ſed per vniuerſum corpus diffuſum,la-
x his quarundam hiſtoria , jam ante enarrata eſt,& quatuor quidem
ro ſeptimo,vt hic nihil ſuperſit aliud,quam diſcrimen, quod occurrit
ventrium:propriarum,puta muſculorum,& cranij,partim in quarto,
o libro abunde ſatis enodata.

imum in conſpectum ſe offerunt , [a] totam poſteriorem capitis partē, *a*, 1
opterea dicitur , contegentes. Horum *ſubſtantia* denſa eſt , ſolida, ac
longitudinem fiſſilis; at in latitudine flexibilis. Habent hi pili *tres par-*
,quæ interdum finditur:*mediam alteram*,quæ flecti poteſt ; *tertiam* tan-
a quadam & mucoſa ſubſtantia obſitam , quam *pilorum radicem* appel-
eficio cuti pilus inhæret. *Situs* omnibus communis eſt , in poſtica ca-
tus tamen diuerſus,cùm [b] ſyncipitis capilli,verſus frontem ; [c] occipi- *b*, a
qui circa tempora ſunt,verſus aures vertantur; quorum ductuū cen- *c*, c
iſa,in ſumma mediaq; caluariæ ſede locus ille eſt,qui Ariſtoteli κορυφὴ, *d*, b
aſi κρυφὴ,quod crinibus denſioribus,ac reliquæ capitis partes, tegi, vi-
atem proprietatem rei apta voce exprimentibus,[e] *Vertex*, ꝙ circa eum *e*, d
, vocatur. Hic ergo communis terminus eſt quatuor caluariæ partiū,
m , quæ ſe vſque ad frontem verſus priora extendit:occipitis , quæ ad
&temporum,quæ latera reſpiciunt.*Figuram* habent,non, vti creditur
d,quod nuper inuenti inſtrumenti optici beneficio , quod res,quan-
mas , euidenti magnitudine oculis offert, obſeruare licuit,quadran-
ſtipitum cauliumve quarundam plantarum. In nonnullis recti ſunt,
ntur , & criſpi fiunt. Cæterum in humano corpore *longiſſimi* ſunt in
untur,non quidem,vt alijs placuiſſe video, ex fuliginoſis cerebri ex-
ſanguine potius,attracto per radicem pili in reliquum truncum.Pro-
teſt , quæ analogia quadam pilis correſpondent in alijs animalibus,
uatilium quidem genere ſquamæ quȩ per radices ſuas alimentum at-
libus autem pennȩ,in quibus,ſi quam extrahas junioribus,manifeſtè
tas,qui pennas componat, idemq; alat. Eodem ergo modo & in pi-
s,ex ſanguine,à pilorum radice attracto , & in propriam ſubſtantiam
enerari,mihi omnino perſuaſum habeo , quod vna eademq; in ana-
à ſapientiſſimo rerum Opifice accuratè obſeruata fuerit. Quæ cauſa
mpto cerebro,quemadmodum Hippocrates 6.epidemior.loquitur,
r,exhauſta ſanguinis debita copia, eius ſcilicet , à quo pili proueniūt
&quo

& quo cerebrum parteſq; circumſtantes nutriuntur. Quod *ſi calidum ſit* moderate, vt ferax eſſe ſolet humorum hæc temperies, ſanguinem ſuppeditabit, vnde læta ipſorum ſeges luxuriabit: contra, *ſi frigidum ſit*, & materia deficiet, & egreſſus quoq; intercipietur. Iam *ſi ſiccum ſit*, quis dubitet raros futuros, & quam ſubito defluuio perituros? contra, *ſi humidum ſit*, denſos, frequentes, & in extremum vſq; ſenium perduraturos.

*Differunt tamen capilli* in homine, penes ætatem, ſexum, regionem, temperamentum, & habitum corporis. Ac *quoad magnitudinem*, breuiſſimi rariſſimique ſunt infantibus, prolixi mulieribus, breuiores viris. Breues ſunt Æthiopibus, longiores Scythis, alijſq; Septentrionem colentibus populis. Qui humidiore ſunt cerebro, longiores producunt: qui ſicciore, breuiores. *Quoad figuram*, pueris nuper natis molliores, ac ſimpliciores ſunt, rectique fœminis, & qui frigidas humidasque plagas incolunt, vt Europæi, aut temperamentum ſimile ſunt indepti, rectos alunt: calidi contra, vel in calidis regionibus degentes, criſpos, quemadmodum Æthiopes. *Quoad colorem*, humoris prædominantis color in capillis vbique cernitur, cum qualem humorem caro attraxerit, talem colorem pilus induat, ex Hippocrate, lib. de natur. puer. Pueri albos capillos plerunque, aut modice flauos habent; iuuenibus ad nigredinem vergunt: ſenibus & decrepitis, cani fiunt. Viri, & qui calidam ſiccamque regionem inhabitant, aut temperamentum huiuſmodi natura obtinuere, nigris capillis teguntur. Nonnullis ſunt pauciores, vt infantibus: alijs pauci, vt ſenibus, quibus decidunt, quod malum Caluities vocatur, oriturq; in ſyncipite potius, quam alibi. Calueſcunt autem celerius, quibus pili molles ſunt, parui, tenues, & qui calida cerebri temperie laborant, cum à bilis acrimonia pilorum radices his prompte erodantur.

*Differentia.*

*A magnitudine.*

*A figura.*

*A colore.*

*A copia.*

Vſus capillorum *primarius* eſt, vt cutem: *ſecundarius*, vt cerebrum defendant ab iniurijs, vel foris, vel intus ſubeuntibus. *Foris* quidem *incidunt*, aër, pluuiæ, grandines: at *intrinſecus* vapores ex inferioribus partibus exhalantes, negotium faceſſunt. *Aer* pluribus nocere poteſt modis: *frigiditate*, cutis poros conſtipando, vnde vaporum egreſſus inhibetur: *caliditate*, vnde ſpiritus diſſipantur, cerebrumque velut excoquitur: *humiditate*, partes internas laxando: *ſiccitate*, omnia adſtringendo, & innatam humiditatem abſumendo. His omnibus capilli caput contegendo quam aptiſſime ſubueniunt. *Pluuiæ* madefaciunt, *grandines* concutiunt: illas capillorũ denſitas; has, ductus arcet. Denſitas enim pluuias non admittit facile: at ductus, quod incidit grandinis ſtatim deducit. Similiter autem & internorum vim hebetant. Vaporibus enim ab infernis partibus eleuatis, & ſumma capitis petentibus, exitum largiuntur, viamque liberam atque apertam concedunt.

VSVS.

a, 10. I. I. C.
b, B.

DE [a] CVTICVLA & [b] CVTE, nihil eſt noui, quod afferam, differens à reliqua, niſi quod illa tenuior ſit in capite: hæc craſſior. Non tamen per ſe, ſed capillorum illam conſtipantium gratia, quæ tenuitas his defluentibus in caluitie vel tactu percipitur. Eadem de cauſa & durior eſt alia cute, vt Falloppius monet, & frigidior, indeque & ſiccis gaudet medicamentis, & calidioribus, ne calor eius exſoluatur. Ariſtoteles Philoſophorum coryphæus, 3. hiſtor. cap. 11. ſenſu cutim per ſe carere inquit, maximeque in capite id contingere. Rationem mox ſubijcit, quod inter cutim & os, minime omnium caro ſit interpoſita. Sed falſus videtur fuiſſe, cum liquido pateat, ſenſu re-

CVTICVLA.

Libr. de vulner.

Aaa uera

vera eſſe præditam, at obtuſo. Nec cauſa eius rei hæc eſt, quod ſubſtrata carne careat, vt cenſuit Philoſophus: (nam & tibiæ priori parti cutis excarnis obducitur, nihilominus acuto ſenſu donata eſt,) ſed quia tum pauci nerui ad eam pertingunt: tum quia partim ex ſenſibili, partim ſenſu deſtituta ſubſtantia conſtat. Senſum enim habet cutis: at carent eo, pilorum radices. *Vaſa.* *Venas* quoque obtinuit, & *Arterias*, illæ, à iugulari externa; hæ, ab arteriæ carotidis exteriore ramo propagantur.

*Pingvedo.* [c] Pingvedo circa occipitium obſeruatur copioſior, in obeſis; pauca, aut nulla etiam in macilentis. In fronte quoque pauca eſt, eſt tamen quædam, & præcipue in iis, qui obeſi ſunt: imo omnibus quibus glabra obtigit, nec rugis intricata, vt adoleſcentibus, pinguedo cuti ſubeſt, cum rugæ ob carnoſam membranam fiant, quando pinguedine nulla interiecta, immediate cuti ſubſternitur, vnde & macilentis frequentiores ſunt, maioreſque. *c, F.F.F.*

*Membrana carnoſa.* [d] Membrana carnosa circa frontem, niſi in obeſis, viciniſſime adhæret; crasſiorque eſt, & [e] muſculos illos conſtituit, qui vulgo fronti, à nobis autem ſupercilijs tribuuntur. *d, D.D.D.* *e, E.E.E.*

# CAPVT II.

## *De Pericranio.*

*Etymologia.* SVB [a] membrana carnoſa ſubito, ac nullo intercedente corpore, alia quædam [b] membrana inuenitur, quam Græci à ſitu περικράνιον, ſubintellige χιτῶνα, & communiter quoque περικράνιον in neutro genere appellant, διὰ τὸ περὶ τὸ κράνιον τείνεσθαι, quod circa cranium, ſiue caluariam tendatur. *a, 10.11.* *D.D.D.* *b, G.* *Subſtantia.* Membrana eſt tenuis, & alba, capitis oſſa inueſtiens, non tamen omnia, ſed frontis tantum, duo ſyncipitis, & occipitij. *Frontis* quidem *os*, ad oculorum vſque orbitas: *ſyncipitis*, ad ſquamiformes conglutinationes: *occipitij*, ad primã vſq; vertebram. Temporũ enim oſſa nuda ſunt, [c] cum ad ea appellens, muſculos eam ſedem occupantes, (ſunt autem attollens inferiorem maxillam) aſcendat, & externa obtegat, non tamen ad inſertionem pertingat: ſed circa iugalis oſſis regionẽ terminatur. *c, M.M.M.* *Numerus* Hanc nonnulli duplicem faciunt, aliam dicentes eſſe, quæ membranæ carnoſæ, aliam quę cranio nectitur: illam vero [d] pericranium dici, hanc [e] perioſtium. Attendi enim omnibus oſſibus membranã foris, quæ ab externis protegat, & tueatur. Mihi tamen *ſimplex tantum* ſemper viſa eſt, etſi in ipſa diſſectione geminam mentiatur naturã, id ipſi cum cæteris omnibus membranis, quæ quantulamcunq; craſſitiem nactæ ſunt, commune obtinuiſſe. *d, Oſtenditur ex horum opinione litera G. & a.* *Craſſities.* *Craſſior* autem hæc eſt pluribus aliis, quę in noſtro corpore reperiuntur: ſic tamen, vt circa ſuturas ſeipſam quoq; craſſitie vincat. *e, H. & b.* *Senſus.* *Senſum* habet acutiſſimum, ob primi ſecundique nervorum ceruicis coniugia, quæ per occipitium ſparguntur: tum [f] propaginem tertij paris cerebri, quæ foramina oſſium frontis egrediens, ad cutem eidem obtenſam proficiſcitur. *f, n.1.2.3.* Huius gratia prudenter Chirurgi admonent, pericranium pungendum haudquaquã eſſe: & in vulneribus capitis ſtudioſe, dum terebris cranium perforamus, pręcauendum, ne alicubi lædatur, ſed ſi à ſubiecto oſſe remouendum ſit, inciſione cultelli acuti, vnguibuſque ſeparetur. *Cõnexio.* *Connectitur* enim cum craſſa cerebri membrana fibris quibuſdã nerueis ad cranij interiora ſe penetrantibus,

validequе

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*Conexio.* ca ſuturas cohære t ,per quas, vt dixi, [c] fibras quaſdam ad exteriores crani
cit,vt validiſſime alligetur. Sed & circa baſin eiuſdem vbiuis, imprimis vl
acutos exigit os cuneiforme:tũ foraminibus cranium ipſum pertuſum eſ
bibus firma cõnexione iungitur, ſi diſcedas à duobus tantũ oſſis cuneiforı
circa quos glãdula pituitaria ſita eſt. [d] Nectitur & tenui mẽbranæ, & huiu
*Superficies.* tu cerebro,beneficio vaſorum,quæ huic,& illi largitur. [e] *Superficies exte*
*rior*,quæ cranium reſpicit, [f] inæqualis eſt,& aſperitate quadam donata,ob
bus ſe conterminis partibus adſtringit:*interna, vel inferior*, æqualis,ſplendic
*Foramina.* dior.*Foraminibus* pertuſa eſt plurimis,ſparſim ſeminatis,ad vaſorum: ſed in
iuſculo,ad infundibuli tranſitum: maximum omnium obtinuit, qua ſede
dulla dorſi vertebrarum ſeriem ingreditur: quemadmodum & cribri inſt
cernitur,vbi os ſpongioſum obtendit.Membrana hæc duobus in locis refl
*Proceſſus.* plicat , ſicque *proceſſus duos* exigit , quorum alter in elatiore capitis parte
ſteriore conſidet:ille,ſuperior;hic,poſticus non immerito nominatur. *Su*
*perior*, quẽ quaſi deducit, [h] ſinui tertio,de quo paulo poſt dicemus,ſed cun
cerebri ad anteriora excurrat, bifariam idipſum in [i] dextram [l] ſiniſtramq
Redditur autem in itinere anguſtior,& quo longius à principio ſuo profe
apicem tenuiorem deſinit,qui tandem in [n] proceſſum ſuperiorem oſſis ſp
Criſtam Galli vulgo vocari ſupra monuimus, alligatur. Hic quia apte fa
ſoriam exprimit,à Diſſectoribus *Falx* vocatur. *Poſterior* ergo ſedes, quæ po
membranę cerebellum obuelanti contigua eſt,*falcis baſi*:at *prior*, quę Criſtę
*mucroni* reſpondet.*Superna & convexa pars,dorſum*;inferna,& caua,*aciem* mer
ſteriore autem ſede in priora latus, ſenſim falcis in morem ſtringitur,&
*Hemicraniæ cauſa.* [o] *Poſterior* breuior,at craſſior, [p] cerebellum potiſſimum à [q] cerebro diuidi
riorem proceſſum nonnulli referunt, quod hemicrania nonnunquam c
cohibita ſcilicet vi dolorificæ cauſæ ab hoc interſepimento, quo minus vı
tus occupet. At falluntur hi grauiter, cum hemicraniæ non internas ſub
partes:ſed foris,temporales muſculos obſideant,humoribus bilioſis irrue
Sinus craſſæ membranæ. In his duobus proceſſibus quatuor quaſi tubuli, ſiue canales deducun
reliqua cerebri, aliarumque partium vaſa adamuſſim rotunda, ſed latio
quos *Sinus* appellant.[r] Primi duo,ſiue dexter & ſiniſter, à ſitu lateris in quo
*Primus & ſecundus.* ſic appellati,ad latus foraminis primi oſſis occipitii,oriuntur, & per poſte
dentes oblique, ad ſe verſi, circa cerebelli apicem [ſ] coeunt, atque angulu
quẽ nonnulli reſectionũ ſtudioſi Herophili ληνὸν, ſiue *Torcular* fuiſſe arbi
hos ſub principium inſeruntur Venę iugularis internę maior,& Arterię c
nor ramus,per [u] ſecundũ ac tertiũ occipitii foramina,primo accumbenti
plitudinem ſubeuntes.Circa finẽ autẽ duos alios ex concurſu ſuo educunt
*Tertius.* ter ſurſum vadit, [y] alter deorſum labitur.Ille tertius dicitur,hic quartus.

ulum ſubſtantiam cerebri peruadant, vſquequaq; variis antractibus hoc nomi-
:ebro incisis ſe inſinuat, & ad intimiores partes tranſmittit. Ex quo clarum
rauiter nonnullos hallucinari, qui Cerebrum inflammatione poſſe corripi, ne-
quod & Galenus olim agnouit, ſcripſitque, & experientia ipſa ſæpenumero eui-
:r oſtendit. Ad aphoriſmum enim quinquageſimum vltimæ ſectionis, in quo
ocrates, eos quibus cerebrum ſyderatum eſt, tridui interuallo obire docet, gra-
potius inflammationem, quam natiui caloris exſtinctionem (quam alias Sphace-
gnificat) intelligendam eſſe teſtatur. Rationem addit, quod ab hoc nulla ſalutis
uperſit, quam Hippocrates tamē promittit ſi hoc ſuperauerint. ὁκόσοισι ἂν σφακελισθῇ
ϕαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται. Iam & nos ipſi
oramina cranii, quæ terebris fiunt in capitis vulneribus, cerebrum cum dura
ıbrana ita ſublatum eſſe, vt extra caluariam promineret, ſępe vidimus: ſedata mox
ımmatione in ſuum locum rediiſſe. Quin & in apertis cadaueribus abſceſſus in i-
Cerebri ſubſtantia repertos, multorum grauiſſimorum authorum teſtimonio
probatur.

*An cerebrum inflammetur.*

## CAPVT IV.

### *Cerebri, quatenus id in Veteri ſectione ſe offert, hiſtoriam nectit.*

CONTINENTES ſupremi ventris partes vidimus, reliquum nunc eſt, vt & contentas inſpiciamus. Continetur in cranio *Cerebrum*, Græcis ἐγκέφαλος dictum, à ιο, ὅτι ἐν τῇ κεφαλῇ κεῖται, quod in capite locatum. Veteribus Philoſophis, quibus

*Cerebrũ. Etymologia.*

medulla eſſe credebatur, cum adiectione μυελὸς ἐγκεφαλίτης, *medulla capite contenta*, ad differentiam τῶ ῥαχίτιδος, eius quæ dorſo compræhenditur, & ſpinalis medulla hodieque nuncupatur. Reuera autem Cerebri ſubſtantia à medullari oſſium plurimis in rebus diſtat, & id multis paraſangis, ſiue temperamentum intuearis, ſiue vſum conſideres. Calida enim hæc eſt, & oſſium humectationi dicata: illa frigida, ſenſui motuique deſtinata. *Subſtantiam* ergo habet ſui generis peculiarem ac propriam, & nulli alteri parti, niſi ſpinali medullæ, quæ quaſi oblongatum cerebrum eſt, communem. Hanc etſi haud accuratè definire nobis liceat, quod mens noſtra ad formarum inſpectionem hebeſcat: nonnullis tamen accidentibus circumſcribere conueniet, ſi dicamus craſſam eſſe, viſcidam, glutinoſam, albam, ac mollem. *Magnitudo* autem tanta, vt homo in reſpectu ſui corporis ex omnibus animalibus maximam cerebri copiam ſit nactus, teſte Ariſtotele 1. hiſtor. anim. & mares plus, quam fæminæ, in qua re tamen haud ſubſcribo. Id vero notandum eſt, quod tradit ſe obſeruaſſe Falloppius in profundis capitis vulneribus, in plenilunio turgere cerebrum, ſubſidere decreſcente Luna. Ex quo facile rationem licebit multorum petere, ſed imprimis cur in lunæ obitu grauiora eueniant incommoda, ex ictu capitis, quod tunc temporis ob interuallum cranio duræque membranæ interiectum promptius venæ quæuis abrumpantur. Quin &, cur nouilunij tempore epilepſiæ periodo quadam moueantur. Humores enim acres denegata humiditatis permixtione acredinem concipiunt, cerebrumq; mox laceſſunt, ſed imprimis ſi melancholia peccet aduſta, aut atrabilaris humor. *Figura* cranij formam æmulatur, adeoque rotundum eſt: ſed circa baſin aliquantulum depreſſum. *Superficiem* autem habet inæqualem, & hoc duabus de cauſis. *Primo*, ob [a] anfractus & ſpiras, inteſtinorum circumuolutionibus ſimiles: *deinde* ob tubercula, quę per baſin ſparguntur, ex quibus quatuor priorem ſedem circa frontem occupant, duo vtrinq; ad latera ſita ſunt in media baſi, quinq; circa occiput.

*Subſtantia.* *Magnitudo.* Lib. de vulnerib. *Figura.* *Superficies.* a, 10. 2. 2. CCC.

Diuiſio.

*Diuiditur* [b] *Cerebrum* in tres partes, in [c] Cerebrum propriè ſic dictum, [d] Cerebellum, & [e] principium ſpinalis medullæ. Varia enim Cerebri acceptio eſt, & modo, vt jam ſumpſimus, totum id inſinuat, quod cranij amplitudine compræhenditur, quomodo & Cerebri vulnera dicuntur, quæ quocunq; loco inflicta ſunt huic ſubſtantiæ: modo anteriorem, & maiorem eius partem, vt ſumpſit Ariſtoteles, 1. hiſtor. anim. cum bipartitum eſſe inquit omnibus animalibus, eiuſq; poſtremæ parti adiunctum id, quod Cerebellum vocatur. Differt autem à Cerebello ſubſtantia, colore, magnitudine, figura, & cauitatibus. *Subſtantia*, quia mollius eſt: *colore*, quia candidus: *magnitudine*, quia triplo amplius: *figura*, quia rotundum: *cauitatibus*, quia his plenum.

b, vide 10. 9. 2. c, BBB. d, D. D. e, EEE.

*Diſcrimẽ Cerebri, & Cerebelli.*

*Duplex Cerebrũ ſecandi ratio.*

Cæterum antequam harum hiſtoriam enodandam ſuſcipiamus, merito monendũ eſt, duplicem eſſe ſectionis Cerebri rationem: *vnam* à Galeno traditam, & à pluribus quoq; Recentiorum obſeruatam, puta Veſalio, Falloppio, alijſq;: aliam nouiter opera Conſtantini Varolij inuentam, qui & ipſe plures mox aſſeclas indeptus. Inter vtramq; illud eſt diſcriminis, quod *antiqua* à ſuperiore ſede ſectionis ſeriem auſpicatur: *noua*, liberato cerebro ab oſſibus omnibus, à baſi initium ducat. Hanc, & illam, cum tenere plurimum interſit, quod ſine antiqua Veterum Medicinæ Scriptorum, ſed imprimis Galeni

*Antiqua.* *Noua.*

*Poſterior.* fundibulum fertur: [z] *alter*, in poſteriora porrectus, ſic anguſtus, vt Veſalius interdum reperiri negitet, ſub [a] teſtibus & [b] natibus cerebri in quartum Ventriculum delabitur. Circa hunc rima quoq; eſt, quam Columbus Vuluæ muliebri aſſimilat. z, 10.5.2. G. vide & 10.8.11. D a, II. b, H. H.

*Infundibulum.* Ex priore ergo ad infundibulum via patet. Eſt autem [c] *Infundibulum*, quæ & *Peluis* quibuſdam, cauitas quædam ſub tertio Ventriculo, ex membrana cerebri tenuiore compoſita, quæ ſenſim anguſtior reddita, infundibulum, quo vtimur ad transfundenda liquida in vaſa ſtrictioris orificij, æmulatur. Deſinit autem in [d] glandulam quandam, eadem tenui membrana obuelatam, quæ Galeno innominata manſit: cæterum noſtris *Pituitaria* dicitur, quod pituitam credatur excipere, deſtillantem à cerebri ventriculis. *Glandula pituitaria.* Sita eſt autem in [e] ſinu oſſis cuneiformis quadrato, qui in ſellæ medio exſculptus eſt, à quo quatuor alij excurrunt, partim verſus [f] priora, ad ſecundum foramen eiuſdem oſſis in oculi ſedis radice poſitum; partim ad [g] poſteriora, ad inæquale & aſperum foramen, quod eiuſdem oſſis quintum eſt. *Rete admirabile.* [h] Circa glandulam à lateribus dicti ſinus plexus quidam membranoſus conſiſtit, infinitis arteriarum ſurculis retis inſtar complicatarum exſtructus, qui omnes originem habent [i] à maiore carotidis arteriæ ramo, qui per foramen proprium in oſſe temporum inſculptum cranij amplitudinem ingreditur. Vocatur hic plexus *Rete admirabile* Recentioribus: Galeno, δικτυοειδὲς πλέγμα, hoc eſt, *plexus retiformis*. Figuram eius non rectius animo committes, ac ſi piſcatorum retia quamplurima extenſa, & inter ſe confuſa mente conceperis. Quanquam autem à doctiſſimo Veſalio negatum ſit, eſſe quale à Galeno deſcriptum reperimus, quem nec hominis cerebrum, ſed bouis: nec exactè vidiſſe, ſed deluſum viſu profitetur: omnino tamen id ſtatuendum eſt, in hominum quoq; cerebris plexum hunc reperiri, quantumuis non negemus in vitulorum boumque capitibus multo maiorem, adeoque & euidentiorem. c, vide 10.10. N. ſed imprimis 10.8.11. K. d, O. e, 2.5.1. I. f, K. K. g, L. L. h, expreſſus hic eſt 10.10. litera L. L. i, K. K.

[l] *Circa ſecundum ac poſterius foramen*, qua in quartum itur, corpora quædam occurrunt, non admodum inſignis magnitudinis, quæ inter primas meretur partes illud, quod ab Anatomiæ proceribus κωνάριον vocatur, ſiue [m] *Glandula pinealis*, ducta appellatione à ſubſtantiæ, tum figuræ ratione. *Glandula pinealis.* *Subſtantia* enim glandulæ eſt, nonnihil duriuſculæ, & *figura* nuci pineæ, aut turbinatæ ſimilis, cuius apex ſurſum ſpectat, baſis deorſum. *Sita* ergo eſt hæc glandula in principio canalis illius, qui poſteriorem ventriculum cum tertio coniungit, & prout cæteræ glandulæ omnes venarum diuaricationibus tributæ ſunt, ſic hæc ſinum quartum ad duos priores ventriculos contendentem ſuſtinet ac ſuffulcit. Glandulæ pineali ex vtraq; tertij ventriculi parte contiguæ ſunt particulæ quatuor, rotundæ, ac eminentes, ex quibus priores, [n] *Teſtes*, δίδυμοι: poſteriores, *Nates* & *Clunes*, Græcis ſimiliter γλουτία, appellantur. *Nates. Teſtes. Meatus.* Sunt autem portiones cerebri tenues & globoſæ, imaginem eorum, à quibus nomen acceperunt, repræſentantes, quæ *meatum* ducunt ex tertio ventriculo in quartum patentem. l, 10.5.1. G. m, K. n, II. o, H. H.

*Quartus ventriculus.* [p] *Quartus* autem hic *Ventriculus* inter Cerebelli inferiorem partem, & ſpinalem medullæ ſuperiorem ſitus eſt, omnium ventriculorum cerebri minimus, qui, ad teretem figuram compoſitus, ſenſim in acumen ſe ſtringit, vnde & ab Herophilo ſcriptorio calamo comparatus fuiſſe æſtimatur. p, 10.B. 3.C.

CA-

# CAPVT V.

## *Cerebelli, eiuſque partium iuxta Veterum diſſectionem, enarratio.*

CEREBELLVM altera ac poſterior Cerebri pars eſt, à Græcis παρεγκεφαλὶς dictum, quod Cerebro velut appendix cohæreat. [a] *Situm* enim eſt à poſteriore ipſius ſede in occipitio, cui duarum membranarum interuentu, quibus inuoluitur, cohæret. *Differt* autem à Cerebro pluribus in rebus, idq; haud leuiter, ſubſtantia, inquam, magnitudine, forma, cauitatibus, & colore. *Subſtantia* enim eius, quâ ſpinali medullæ circa baſin originem confert, durior multo eſt: & *magnitudo* vix tertiam partem conficiens: *forma* autem latiore, quam rotunda; tum *ſinibus* nullis intus excauata, *colore* flauum, & cinereum. [b] *Conſtituitur* autem *ex quatuor partibus*, quarum [c] duæ laterales ſunt, dextra, & ſiniſtra: [d] duæ mediæ, anterior & poſterior. Illæ, rotundæ ſunt ſphærarum in morem: hæ, teretes, & (ſi ſimul contempleris,) velut in orbem aguntur. Illas, *Globos cerebelli* haud incommode vocaueris: has, Veteres *Vermiformes proceſſus*, σκωληκοειδεῖς ἐπιφύσεις, dixerunt. Sunt autem apud eoſdem celeberrimi, ex quibus alter anteriorem quarti ventriculi ſedem, alter poſteriorem apice ſuo reſpicit. Figuram enim habent vermium, qui carioſa ligna depaſcuntur, multipliciter orbiculati, ex altera parte latiores, altera ſtrictiores. Stricta ergo *ſinum* reſpiciunt, qui inferiorem ſedem cauat, & *ciſterna* à nonnullis dicitur, eſtque elatior ſedes quarti ventriculi, cum reliquam ſedem tenuis membrana obuelet.

*a*, 10.6.*fig.* 1.II.& *fig.* 2.FF. itē 10.9.1. D.D.
*b*. vide 10. 8.*fig.* 1.-& 3.II.10.II. 2.AA.aa.
*c*, CC.
*d*, D. vide & 10.8.13.

CEREBELLUM. *Etymologia.* *Situs.* *Subſtantia.* *Magnitudo.* *Forma.* *Color.* *Partes.* *Globi.* *Proceſſus.* *Sinus.*

# CAPVT VI.

## *Spinalis medullæ, ſecundum Veterum placita, deſcriptio.*

TERTIA *pars Cerebri*, eius inquam ſubſtantiæ mollis, & albæ, quæ toto cranij complexu coërcetur, *Spinalis* eſt *Medulla*, impropriè ſic hodieq; dicta ob erroneam Veterum opinionem, quibus à medulla oſſali nulla propemodum in re diſtare credebatur. Græcis ergo μυελὸς ῥαχίτης: ſed & νωτιαῖος dicitur, ſiue *dorſalis*. Vtcunq; vocetur, eius appellatio ambiguitatis haud eſt expers, *ſed ſæpe*, vt apud Galenum & pleroſque omnes Antiquos Anatomicos, illam ſubſtantiam denotat, quæ cranio, veluti proceſſus quidā cerebri oblongus, per occipitij foramen primum & ampliſſimum egrediens, in totam vertebrarum dorſi ſeriem ad oſſis vſq; coccygis ſedem, cum itinere ſemper decreſcens, labitur. *Interdum*, vt ab ijs vſurpatur, qui falſitate priſcæ ſectionis deprehenſa & abolita, nouam ſubſtituerunt, pro ea tota ſumitur, cuius [a] pars adhuc cranij terminis contenta, ab Antiquis ignorata fuit. Medulla ergo ſpinalis commode ſitus ratione bifariam diuiditur, ſi aliam quidem Cranio, aliam ſpina vertebriſq; comprehenſam dixeris. Quæ tamen vera eius origo ſit, & quantulacunq; illa portio, quam Cranium tegit, ſequens enarrabit Caput: nunc enim ſic eius hiſtoriam perſequi animus eſt, vt Antiquis illis Reſectoribus perſpecta erat.

*a*, hanc oſtendit eleganter, fig.2.tab. 9.lib.10.

SPINALIS medulla. *Etymologia.* *Homonymia.*

*Ortus.* Cæterùm ſpinalis medulla ex Galeni ſententia 8. vſ. part. 10. ex quarto cerebri ventriculo, tanquam principio ſuo digreditur, cum cerebri non minus, quam cerebelli ſit quędam productio; at vbi jam ad amplũ occipitii foramen peruenit, recto tramite per ſpinam fertur. *Subſtantiam* ergo & Cerebri nacta eſt, non tamen vt illa duplicem, ſed medullarem tantum: nec ita mollem, ſed duriuſculam, vt adeo alba ſit, & compacta, quamquam nec ſibi ipſi vbique ſimilis, cum progrediendo ſemper indureſcat. Eſt & gemina, diuiſa velut longa ſectione in medio, vſque ad lumborum vertebras, quam bipartitionem coctio tibi oculis ſubiiciet facile, cum citra dilaceratione͂ diuellet. Sed & animo ſi velis hanc concipies, dũ aduertas cauſam, quæ alterutrius lateris paralyſin impingit. *Membrana.* Cingitur hæc *membrana* duplici, non ſecus ac Cerebrum vnde oritur. *Vna*, quæ immediate tangit, à tenui meninge protenſa, & ſeſe inter vtramque partem inſinuans, ſola ſeorſim inuoluit. Per hanc vaſa excurrunt, quæ vel nutritioni ipſius, vel vitæ proſpiciunt. *Altera*, quæ hanc obtendit, & à craſſa membrana proficiſcitur. His duabus inuolucrum circumiicitur ex Galeni ſententia, enatum à ligamento vertebrarum corpora iungente. Cæterum id obſeruandum eſt, priores duas, quę à cerebri meningibus deſcendũt, nullo inter ſe, quemadmodũ vbi adhuc in caluaria ſunt, interuallo diſtingui, ſed ſeſe contingere. *Figura.* *Figura* teres eſt, ſub principium amplior, ſenſimque in apicem, vbi nonnihil proceſſit, attenuatur. *Funiculi.* Tota autem continua cum ſit, circa finem tamen in plures *funiculos*, ac quaſi filamenta quædam, caudæ equinæ ſpeciem referentia, diſſoluitur. Educit autem ſimiliter ac Cerebrum (quanquam hercle, vt dicturi ſumus, ipſa potius ſola ipſius portio ſuperior) *Nervi.* *nervos*, qui cum innumeri ſint, ab Anatomicis tamen in numerum foraminum vertebrarum communium, per quæ ex ſpina egrediuntur, ſunt digeſti, vt adeo tot ſint coniugationes, quot vertebrarum foramina. Quo autem pacto hi nerui egrediantur, & egreſſi diſtribuantur in ſingulas partes, abunde ſatis in ſuperioribus videmur eſſe complexi. *Lib. 7. c. 3.*

## CAPVT VII.

*Cerebri eam diſſecandi rationem, quam Recentiores inuenerunt, primum proponit, mox partium eius beneficio inuentarum, aut aliter comparentium, hiſtoriam nectit.*

*Noua ſectionis utilitas.* SIc ergo Cerebrum ſe, eiuſque partes, ſi Galeni Veterumque præceptis inſiſtens ſectionem aggreſſus fueris, habent: at ſi Recentiorum quorundam inuentis placide acquieſcens, ab inferiore ſede auſpicaberis, & plures primo partes, quam enumerauimus, & elegantius nonnullas, ac aliter ſe oculis obiicientes, tam figura, quam magnitudine, ſitu, atq; origine haud dubio depræhendes. *Plures* dico *partes*, cum præter Vermiformes Cerebelli proceſſus, & Pontem (ſic ab inuentore Varolio vocatum,) intueri detur: *elegantius*, Infundibulum, & glandulam pituitariam, tum rete admirabile. *Differentia.* *Aliter ſe habentes, in figura* quidem, tertium & quartum ventriculum: *in magnitudine* autem, duos primos & anteriores dictos ſinus: tum *in ſitu* nates, & teſtes, nuncupata corpuſcula: tandemq; *origine* ſpinalem medullam, duo prima neruorum cerebri paria, tum quintum, & octa-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ter hos progreditur [i] *octauum par nervorum*, quod odorum receptioni dicatum eſt. Inde *i*, Q. Q.
[l] *Arteriæ carotidis ramus maior* vtrinq; & *rete admirabile* ſpectabis, in quorũ medio [m] *glan-* *l*, G. G.
*dula pituitaria* cum [n] *infundibulo* ſuo eſt ſita. Hinc [o] *ſecundum neruorum par* contemplaberis, *m*, I.
& [p] *Vertebralem arteriam*, quæ per tranſuerſos vertebrarum ceruicis proceſſus aſcen- *n*, P.
dens, ſub [q] ſpinali medulla cum coniuge [r] vnita, ad anteriora capitis [ſ] excurrit, ac [t] ite- *o*, K. K. I.
rum bifariam diviſa, [u] rete admirabile cum carotide arteria efformat. His ſic obiter lu- *p*, Z. Z.
ſtratis accuratius mox omnia rimanda ſunt. *q*, E. E. E. *r*, c. *ſ*, d. *t*, e. e. *u*, hæc expreſſa eleganter 10. 10. litera L. L.

*Spinalis medullæ verus ortus.* Primum ergo inueſtigãdus verus ſpinalis medullę ortus, qui ſeſe haud difficulter in conſpectum proferet, reflexa eadem verſus anteriora. Non enim in occipite, vt alias creditur, ſed anteriore magis cerebri parte exoritur, efficta ex quatuor veluti radicibus, quarũ *anteriores duæ* maiores ſunt, & ea ſede ex cerebro enaſcuntur, quæ circa Ventriculorum fere medium conſiſtit; *duæ poſteriores* minores, ex cerebelli inferiore parte enatæ. Progredientibus autem verſus poſteriora illis, hæ occurrentes iunguntur, ſicque ſpinalem medullam producunt, ex qua vt vno, ſic vero principio omnes, quotquot ſunt corporis nerui, emergunt. Circa truncos poſteriores, *proceſſus* occurret nonnullus, qui in veteri ſectione prorſus ſe nequaquam prodit, à Varolio *Pons Cerebelli* dictus. *Pons Cerebelli.* Hic per tranſuerſum in anteriora & inferiora fertur, ſicque ſpinalem medullam amplexatur, vt ſcripſimus ſuperius primum par gulam conſtringentium, Oeſophagi principium amplecti.

*Neruorũ Cerebri dictorum verus ortus.* His indagatis, exacte neruorum, quos vulgus ad Cerebrum refert, origine inueſtigare expedit. *Primum* enim *par*, non vt inquiunt Priſci, ex cerebri baſis anteriore ſede oritur; ſed ex radicum anteriorum ſpinalis medullæ ſuperiore parte, qua ventriculorum cauitatem reſpiciunt. *Primi.* Similiter *ſecundum* ex eodẽ fere loco, quod in ſuo exortu ſic vnitur, vt angulum communem efficiat. *Secundi.* *Quintum* ex ponte Cerebelli prodit, qui cum Veteres fugerit, & huius paris verum exordium latuiſſe eos neceſſum eſt. *Quinti.* *Octauum* ſimiliter ad extrema cerebri latera, ea ſede, quæ ſupra auditus foramina eſt. *Octaui.* *Cætera* vel ex Veſalii quoque, & Columbi mente à ſpinali medulla egrediuntur. Quis autem omnium progreſſus ſit, quæque diſtributio, ſupra libro ſeptimo compræhendimus.

*Quartus ventriculus quid ſit.* Neruorum principiis dimiſſis, Cerebellum auferendum eſt, vt *quartus ventriculus* pateat, qui inter ipſius baſin, & ſuperiorem ac poſticam partem ſpinalis medullæ, ex eorum concurſu enatus, reconditur, cum reuera non ſit aliud, quam cauitas quædam teres, ex duobus ſinibus ſemicircularibus efformatus. Superiorem ergo eius portionem Cerebellum: inferiorem, Spinalis medulla confert: ac, ſi rem æqua metiaris æſtimatione, ventriculi nomine prorſus indignus eſt, cum in ipſa cerebri cerebellive ſubſtantia non ſit ſitus, neque primaria intentione à Natura exſculptus, ſed ex corporum diſpoſitione neceſſario talis emergat.

*Nates. Teſtes. Pinealis glandula.* Remoto deinde Spinalis medullæ principio, ablatis autem penitus neruis opticis vna cum demonſtratis, corpuſcula illa quatuor, *Nates, Teſtes, & Pinealis glandula*, non tamen, vt vulgo, in ipſo Cerebri corpore, ſed extra tibi apparebunt, facilique agnoſces induſtria, principia eſſe ſpinalis medullæ, vt in vſu inueſtigando ſudorem haud moveas. *Teſtes* enim portiones ſunt radicum medullæ à Cerebro enaſcentis: *nates* autem earum, quæ à Cerebello deriuantur. *Foramen poſterius tertii vētriculi.* *Foramen* deinde poſterius tertii ventriculi, per quod

quod ad quartum viam eſſe tradiderunt, non aliud eſt, quam interuallum, quod ex concurſu quatuor horum corporum ſphæricorum, ob figuræ neceſſitatem, ſequitur, & formatur.

Tandem *Ventriculorum* cerebri inſpectio reſtabit, qui vt pateant, longa tibi & profunda ſectio in baſi vtrinque facienda erit, labraque ſectionis ad latera conjicienda, aut diſtrahenda. Sic manifeſto comperies, *quoad numerum* duos tantum eſſe Ventriculos: *ratione magnitudinis*, ampliores, quam vulgo creditur: *at figura*, cerebri formam ſequi. Quin ſi aduertas maiori induſtria, vnicum eſſe affirmabis, diſtinctum ſepto lucido. In his conſiderabis plexus retiformes, qui ex membrana, vaſis varie inter ſe complicatis, tum (quod diligenter notandum ex obſeruatione Varolii) innumeris glandulis componuntur. *Ventriculi anteriores.* *Septum lucidum.* *Plexus retiformis.*

His viſis inuertendum cerebrum eſt, & eius ſuperior pars diducenda, quæ falcis interuentu, (eſt hic proceſſus ſuperior duræ membranæ) bifariam ſcinditur. Circa medium vtriuſque calloſum corpus interiacet, quod vtramque nectit. *Dextra & ſiniſtra cerebri pars.* *Calloſum corpus.*

## CAPVT VIII.

### *De Actione & vſu Cerebri.*

CVM omnis, quæ de rerum naturalium, actione vſuve inſtituitur diſquiſitionis principium, vera ſit ac ac perfecta ipſarum prævia inſpectio, quod animus noſter in cauſarum inueſtigatione, iis inſiſtat & vtatur notionibus, quas ſenſus, mentis ſatellites, obtulerunt: neminem eſſe ſtatuo, quin tacita protinus vi quadam intelligat, maiores noſtros, vtcunque ſummos, & in Philoſophia exercitatiſſimos Viros, grauiter in Cerebri vſu hallucinatos eſſe, quod, vti monſtrauimus, pleraſque omnes ipſius partes, vel imperfecte, vel falſe admodum, ob ignotam veram diſſecandi rationem cognouerint. Quamobrem & dum ad hanc nos diſputationem componimus, ab eorũ veſtigiis merito diſcedendum erit, & Recentiorũ potius ſequenda inuenta, quorũ ingenio, vt primũ vera diſſecãdi Cerebrũ ratio in lucẽ eruta eſt, ita & occaſio data fuit, accuratius ſubtiliuſq; plurima inueſtigandi. Vtcunq; autem necdum omnia ſic clara reddita ſunt, vt omnes ſuperaſſe tenebras videantur: credendũ tamen, fore aliquando, qui in hanc rem, velut omniũ præclariſſimã, animum diligentius intendẽtes, quæ nunc mentẽ noſtrã fugiũt, clara ac manifeſtiora reddant. Interim dicamus, quę in hac difficillima reſectionum parte noſtro ſumus aſſequuti ſtudio, exordiũ ab ipſa Actione deſumentes. *Veteres merito circa Cerebri actionem hallucinatos eſſe.*

Graues hic mox diſceptationes inter Medicos, Peripateticoſque Philoſophos ſe offerunt. *Hi* enim cordis refrigerandi gratia conditum, ex duce ſuo Ariſtotele, 2. de partibus animal. c. 7. probare conantur: *illi*, ſpirituum animalium generandorum nomine factum, non inſtrenue profitentur. *Ego*, etſi haud ignorem, quam longe inter ſe diſtent ſummi hi Viri, ſi primum eorum opiniones recitari audias: non tamen ſic ſententiis, quam verbis à ſe mutuo mihi diſſentire videntur. In eorum ergo concedo placitum, quibus creditur, *Galenum* rem ipſam duntaxat: *Ariſtotelem* vero etiam modum indicaſſe. Ille enim, ſpiritus animales ex vitalibus in cerebro elaborari ſtatuit: hic, modum ſimul exprimit, quo generatio illa perficitur. Dum enim beneficio arteriarum caroti- *Actio Cerebri.*

 dum,

dum, tum jugularium venarum, ſpiritus & ſanguis, in duræ cerebri membranæ ſinus effunduntur,temperamento cerebri, quod, quam cordis,frigidius eſt,temperantur, aptique animalibus functionibus, (ſenſu hæ motuque abſoluuntur)fiunt. Manifeſte id tibi licebit notare,vbi vel vino,vel internis cauſſis cerebrum incaluerit, in quo ſubito, nec mens ſibi conſtat, errantque ſenſus, ac motus labaſcunt. Nec tamen, quod quibuſdam viſum eſt, ſecundum ſubſtantiam quædam hic vitalium ſpirituum fit mutatio,quæ totam horum naturam euertat: ſed temperamenti ſolius alteratio quædam perficitur.Quanquam certè credam, quoad ſubſtantiam attenuationem quoque aliquam accedere,cum nudos magis,liberosque ab omni concreta materia, atque vitales ſpiritus,qui ſanguini adhærent,vſu experiamur.Cæterum ipſe Ariſtoteles,vtcunq; à multis hic acerbè reprehendatur,qui obſcuritatem eius exprobrant, prudentiſſimè tamen,meo judicio, egiſſe videtur, vt qui modum cum re breuiter ſic explicare contendit. Nec tamen ita obſcuritatem ipſe ſuis verbis, vel ambiguitate vocum, vel impropria quadam dicendi ratione affert, quam relinquit ijs, quibus legendi Ariſtotelem,& intelligendi ratio non ſatis eſt perſpecta. Nam cum loquendi formulas,quas ipſe habet,tum à noſtris hominibus,tum imprimis Galeno diuerſas,acerbè nimis ſubito eludunt,næ faciunt,omnia vt intelligendo,nihil vti intelligant. Quam enim clarus ſit,ac quam præclaram ſententiam de Cerebri actione protulerit, apertè ſatis ex laudato loco colligitur,2.part.an.7.in quo clariſſimè edocet, Animæ noſtræ officia muniaque omnia caloris beneficio obiri, adeoque & motum ac nutritionem calore abſolui. Calorem autem hunc, cum in corde ſtabuletur,vt in fonte, propterea & calidiſſimum ibi eſſe:ſed cum in alijs aliſque tum partibus, tum actionibus, mediocritas quædam requiratur,momentum,quo hanc aſſequitur, contrarium poſtulare.

*Ariſtotelis defenſio.*

Neceſſario ergo pars aliqua(talis eſt Cerebrum)condenda erat,quę calorem cordis feruentem,id eſt,vitales ſpiritus,temperaret, cuius ope reliquæ actiones, vt motus ac ſenſus,abſoluerentur.Ergo cum Cordis refrigerandi gratia Cerebrum conditum ſcribit,multa ſimul non minore elegantia, quam breuitate explicat,vſum primo, deinde modum,ac tertio materiam. *Vſum* quidem,quia Cordis gratia factum: *Modum*, quia refrigerat: *Materiam*,ſiue ſubiectum,Calorem. Sed videamus,quam aptè etiam Galeno aſſentiatur. Calorem, inquit,cordis refrigerari:at calor hic vbique animæ inſtrumentum ab eodem vocatur, & hoc ipſum Spiritus alibi dicuntur eſſe:qui ergo clarius Vitales Galeni ſpiritus indicaſſet,cum calorem cordis vocat? Sed & qui melius? cum ſic cauſam illius refrigerationis ſimul includat, quod ſcilicet tam feruentem calorem actiones omnes haudquaquam perferant. Galenus tamen ſtrictius hunc vſum perſequitur, dum ſenſus motusq; gratia fieri id contendit: explicat enim quæ ſint actiones illæ,quæ refrigerio cerebri indigent. Ex his concluditur,partibus omnibus ſenſu motuq; præditis,facultatem hanc, ſpirituum animalium in Cerebro genitorum ope offerri,haud ſecus,ac Vita ipſa eorum ſubſidio,qui in corde reſidentes,Vitales à Medicis propterea appellantur.Cæterum,vt hi ipſi ſua ipſorum ſubſtantia Arterias peruadunt, omneſq;,ad quas tranſmittuntur,adeunt partes,ſic &(ſuperius id probatum eſt) animales ſpiritus neruorum penitiſſimas partes,cum vitalibus ſint tenuiores,fulminis inſtar peruadunt,ac temporis momento penetrant.In viuo namq; corpore,partes quæ-

*Spiritus animalis in ſubſtãtia neruos adit.*

*Lib. 7. ca. 1.*

uis

tius feratur, comes ipſa, varios *anfractus* in ſuperiore ipſius ſuperficie exſculpit, quibus ſeſe vbiuis inſinuat. In ſinus autem ſanguis arterioſus venoſusq; effunditur, qui mox confuſus, & Cerebro alimentum, & ſpiritibus animalibus generandis, materiam ſuppeditat. Quicquid enim craſſi ac fibroſi in eo eſt, in nutrimentum cedit: at vitales ſpiritus, exhalantes in Cerebri ſubſtantiam, attenuatiq;, mox ac refrigerati fuerint, in animales faceſſunt, neruiſq; poſtea transmittuntur. *Sinus* hi *quatuor ſunt*, ex quibus *primi duo* obliq; aſcendunt, cum à lateribus vtrinq; ipſos exſtruentia vaſa aſcendant, quæ in communi ſede coëunt: *reliqui* excurrunt, partim verſus ſuperiora, vt *tertius*; partim ad inferiora, quemadmodum *quartus*. Cum autem quaqua verſum propagines multiplices diſſeminent, quam commodiſſime ſane omnibus cerebri partibus proſpectũ fuit. Duo enim priores cerebri quidem poſteriorem tantum, at totam cerebelli ſubſtantiã nutriunt, ſpiritibuſq; perfundunt; tertius vero, ſuperiorem; ſed quartus, mediam ac inferiorem ſedem. Alij rami Venarum, Arteriarumq;, qui cranium ſubeunt, nec nutriunt cerebrum, nec vitam largiuntur, quemadmodum neq; horum quæ diximus propago vlla extra cerebrum ad alias partes defertur. Ad craſſam enim membranam à minore jugulari vena, tum Carotidis maiore ramo vaſa accedunt.

*Sinus.*

*Excrementa cerebri.*

Cæterum, vt in quauis noſtri corporis coctione excrementa quædã ſeparari neceſſe eſt, quæ tanquam inutilia primum colliguntur, mox detruduntur: ſic eadem ratione in tertia cõcoctione cerebri, imprimis quia frigidior pars eſt, vel potius minus, ac aliæ, caloris particeps, coaceruari plurima, neceſſitate quadam colligitur. Sunt hæc craſſa, viſcidaq;, (Mucũ vulgus Medicorum appellat,) quæ vti coaceruentur alicubi ſapiens Natura *Ventriculos duos* (reuera .n. duo tantum ſunt) efformauit, è quibus poſtea per anteriorem tertij dicti ventriculi meatum, tum per peluim ſenſim ad glandulam pituitariam transmittit, à qua ad inferiores inde partes ſtillando deducitur. *Ac ſi moderatè quidem* recrementa hæc *congerantur*, oculis affluunt, pro muſculis: tum neruis, pro eorundem principijs, ne in motibus partium quaſi perpetuis, exſiccentur, irrigandis. his .n. munijs, etſi abuſu quodam adhibeantur, maxime tamen neceſſaria videbantur. Iam *ſi abundent*, vel errore externo, aut debilitate cerebri, ad ſpongioſi oſſis ſedẽ nonnunquã (frequentiſſime id adeo hyberno tempore frigoris gratia euenit) affluunt, vbi obſtructiones foraminulorum inferentia, Grauedinem excitant. At enim cum promptum foret, vt vel ſua natura, quæ viſcida eſt, vel mora diuturniore in cerebro, tenacior materia hæc reddita ventriculorũ parietibus, tum inferioribus cerebri ſedibus adhæreret, ſicque irremediabiles concitaret obſtructiones, prouida in cunctis Parens, plexus Choroides ex arteriolis infinitis efformauit, quarum tum motu, tum calore ac ſpiritu attenuata ſenſim deturbantur. Quia etiam excrementa haud vnquam in ſuum concedunt locum, ſed vel expultricis facultatis vi, qua trudantur, vel, attractricis, vt trahantur, indigent, *Glandulis* ijdem hi plexus pleni ſunt, quarum ſubſtantia, vel magni illius Hippocratis teſtimonio, quocunque corporis loco inueniatur, ſeroſorum humorum expurgationi dicata eſt. Sunt autem arteriæ hæ glandulæq;, membranulæ tenuis, denſæ tamen, ope connexæ, vt à diſruptionis periculo, cui tenuitatis ſuæ gratia obiectæ erant, vendicarentur. Quemadmodum autem à viſcoſitate diſcrimen erat, ne obſtructio oboriretur: ſic vbi acredinem recrementa hæc ſuſcipiunt, epilepſiæ, velli-

*Ventriculos duos.*

vellicato neruorum principio, quod circa ſpinalem medullam eſt, periculũ imminet.

Reliquarum partium, quæ in Cerebro ſunt, vſus, ex dictis facile colliguntur, vt demonſtratione prolixiore haud egeant, dum veram modo diſſecandi rationem & noris probe, ac ſtudioſe ſequaris. *Teſtes* .n. & *Nates*, portiones tantum eſſe radicum medullæ, à cerebro, tũ cerebello enaſcentis, ipſa inſpectio docebit: *foramen* autẽ *poſterius tertij ventriculi*, non aliud, quam meatum ex horum globoſorũ corporũ concurſu enatum, ipſe conijcies. Vbi .n. cumq; quatuor ſphæræ ſeſe contingunt, in medio interuallum quoddam ſpatiumq; interijci nulli nec dubium eſt, nec obſcurum. *Glandula Pinealis* his adſtans, glandula eſt diuaricationem ſinus quarti ſuſtinens, ac verſus anteriora deducẽs. Ipſe autem *quartus Ventriculus*, & extra ipſam Cerebri ſubſtantiam conſiſtit, (vnde nugæ ſunt ſpiritus eum ſuſcipere) & nihil eſt aliud, quam cauitas, ex ſinu Cerebelli, & medullæ ſpinalis enatus. Ille, ob concurſum proceſſuum vermiformium fit; hic, ob vnionem duorum truncorum. Ex neceſſitate ergo fabricæ horum corporum, non finis alicuius gratia, qui quidem Cerebri actioni inſeruiat, conditus videtur.

*Teſtes. Nates. Foramen poſterius tertij vẽtriculi. Glandula pinealis. Quartus ventriculus.*

# CAPVT IX.

## *De oculo interno, ſiue viſus inſtrumento.*

IN capite Cerebrũ, ſi late hoc vocabulo vtaris, tum ſenſuum inſtrumenta contineri, ab initio huius libri diximus. Cum ergo quantũ præſens inſtitutum requirebat abunde ſatis de illo verba fecerimus, reliquũ videtur, vt de his quoq; ſermonẽ exordiamur. Sed .n. cum ſenſuum alij quidem interni dicantur, alij externi; illos Cerebro, tanquã inſtrumento proprio vti, apud omnes pænè pro confeſſo habetur, modũ tamen ipſum nemo fortaſſe adhuc eſt, qui aperuerit, cum ferè ſic euenire videamus, noſtra vti anima infinitarum rerum cognitionis ſit capax, & in diuinarum quoq; ſcientiã penetret, ſeipſam tamen, immerſa his corporis vinculis, intelligere neutiquam poſſit. Externorũ vero ſenſuũ domicilia quinq; ſunt, ꝗ totidem reperiantur obiecta, quæ ſenſibus obuerſantur: non tamen omnia in cranio collocata ſunt, ſed quatuor tantũ, diffuſo per totũ corpus quinto, quod Tactui debetur. Exordiemur ab *Oculo*, qui viſui dicatus eſt, cum & ſubtiliſſimo obiecto gaudeat, & hanc mortalium vitam beatã ex omnibus quã maxime reddat, quo ſine voluptas nulla, nulla jucunditas eſt, cũ immenſam hanc rerũ pulchritudinem eum neceſſe ſit fugere, qui viſu deſtitutus perpetuis tenebris vrgetur. *Senſus.*

Dicitur autem OCVLVS, ὀφθαλμὸς Græcis, quaſi ὠπὸς θάλαμος, ſedes ac domiciliũ viſus, & vel externus eſt, de quo libro primo actum fuit, vel internus. *Externus* dicitur, qui citra diſſectionem conſpicuus eſt, ad quem referuntur ſupercilia, palpebræ, tarſi, cilia, tum glandulæ, & foramen lacrymale: *interior*, contra, qui diſſectionis beneficio innoteſcit. Conficitur hic ex muſculis, adipe, vaſis, tunicis, & humoribus. De *muſculis* [a] libro quarto dictum eſt: de *adipe* pauca monenda ſunt, ſi dicamus, copioſum ſatis oculis apponi, interiectum inter muſculos & vaſa, qui ſeruit ad eoſdem irrigandos, ne in motu, qui perpetuus quaſi & continuus eſt, exſiccentur. *Vaſa* omnis ſunt generis *Venæ*, à jugularibus ortæ: *Arteriæ*, à Carotidibus: *Neruorum* duplex genus, [b] vnum ſenſum primario impertiens: [c] alterum, motum: illud primum par, & Opticum: hoc, ſecundum,

*Oculus. Externus. Internus. Muſculi. Adeps. Vaſa. Nerui.*

a, cap. 5. b, 10. 9. 2. RR. c, K, L.

cundum,& Motorium vocatur: cæterum vtriuſq; hiſtoria libro ſeptimo enarrata eſt. Reſtat ergo vt hic de ſolis tunicis humoribusq; agamus.

*Tunica.* De *Tunicarum* numero magna lis eſt inter Anatomiæ proceres,quam ipſam vt declinemus, inſpectioni potius, quam authoritati inſiſtamus, ſed & hac diuiſione euitabimus. *Alias* enim dicimus tunicas,quæ ipſum oculi globum efformant, pro humorum receptione:*alias*,quæ adnaſcuntur oculo,vt alligent vicinis partibus: *nonnullas* demum, quæ humores ipſos immediate cingunt, ne inter ſe confundantur. *Primi ordinis ſunt*, quæ propriè oculorum tunicæ vocantur:*ſecundi*,quæ impropriè: *tertij*, quæ humorum membranæ appellari quam commodiſſimè queant. *Primi ordinis*, ab optico neruo efformantur,qui [d] cum triplici conſtet ſubſtantia,(conflatur.n.ex duabus cerebri membranis,dura tenuiq;,tum ipſa eiuſdem molli natura) à ſe (in nullo id alio totius corporis neruo videre eſt) mutuo ſeparata,mox expanſa, & ſe conglobante,tres quoq; ſunt numero,[e] *vna*,craſſa,à dura;[f] *altera*,tenuior,à tenui; [g] *vltima*, mollis,à cerebri ipſiſſima ſubſtantia producta.*Prima*,[h] Dura dicitur:*ſecunda*,[i] Vuea;*tertia*,Retina,vel Retiformis. [l] *Secundi ordinis*,duæ ſunt: *altera* enim à pericranio conſtituitur, & [m] Adnata vocatur; *altera*, à tendinibus muſculorum oculorum duræ tunicæ implantatis, & Innominata appellatur,quaſi incognita Veteribus nomen indepta haud fuerit,cum tamen expreſſam ipſius mentionem Galenus,10.de vſu part.2.fecerit,vbi,ad circulum, inquit,ſexta quadam tunica extrinſecus propè accedit,in duram tunicam inſerta, in quam muſculorum oculos mouentium eneruationes(id eſt,tendines)finiunt. Prior ergo ex his,orbitæ; poſterior,muſculis,oculum alligat.Humorũ cum tres ſint,(vt poſtea dicetur,) Aqueus quidem nullam habet membranam,quæ ipſum coërceat:at Cryſtallinus,& Vitreus membrana cinguntur, quas opportunè Cryſtallinam, Vitreamque dicemus. [n]

*d. 10.12.1.*
*e. a.a.*
*f. b b.*
*g. c c*
*h. B B*
*i. D C.*
*l. F.*
*m. G.*

*Dura.* *Dura* ergo *tunica*,Græcis σκληρώδης dicta, omnium oculi membranarum ſubſtantia duriſſima,craſſiſſimaque eſt,ſitu extima, colore cinereo. Hanc nonnulli Arabes ſecuti in duas diuidunt,poſteriorem inquam,& priorem; illi totius nomen tribuunt, hanc à *Cornea.* ſubſtantiæ ſimilitudine *Corneam* appellant. Pellucida enim eſt inſtar laminæ corneæ bouinæ, eundem etiam colorem refert: magnitudine tamen alteri vſque adeo cedit, vt non vlterius ſe extendat,quam cryſtallini humoris eſt ambitus. Rotunda ergo quoque, velut ipſe eſt,perque eam iridem,& pupillam apertis oculis extrinſecus,tanquam duas haſce partes cooperientem intuemur. Gibbam ſedem anteriorem habet, at poſticam concauam, denſa,dura,æqualis ac tenſa. [o]

*n. 10.12. fig. quidē 2.facie exteriore. at 3. interiore delineatur.*

*Vuea.* *Vuea*, ab optico neruo vſque ad iridis ambitum,ſiue Coronam,ſeſe expandit,ac totam eam oculi partem, quam dura vſque ad corneam,cingit. Atra eſt in vtraque ſua facie,ſic tamen, vt in exteriore color hic facile à digitis detergatur,at in interiore inſeparabilis ſit. In bobus interior cærulea eſt, externa perpetuo nigricat. Hanc Herophilus folliculo vuæ nigræ, ex qua ſuccus, cùm gigartis expreſſus eſt,haud ineptè aſſimilauit, ῥαγοειδῆν vocans. Cum enim colore conueniant,foris quoque vt folliculus hic,læuis eſt,intus aſperiuſcula, ante perforata, vn-

*o. 10.12. fig. 4 ac exteriore: ſed 5. interna ſede conſpicua.*

*Pupilla.* de & alijs τετριμμένη appellatur. Foramen hoc *Pupilla*, Græcis κορὴ, & quia nigrum eſſe ſolet, *Nigrum oculi* quibuſdam dicitur,ea ſede exſculptum,quæ centrum corneæ ambit. Eſt autem in homine,rotundum: in boue,ouale: in fele, fiſſuræ inſtar oblongum, cui dilatatio ac conſtrictio,pro ratione lucis vehementioris aut debilis ingreſſu vel receſſu,com-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tem formam citra materiam ſuſcipit. Ob hanc ergo cauſam duabus ex partibus internus oculus exſtruitur, ex diaphanis inquam, & opacis. Diaphanæ ſunt, ex tunicis quidem, Cornea, Aranea, ac Vitrea, omneſque humores: cæteræ membranæ, opacæ. Diaphanæ ergo partes anticam oculi ſedē occupant, vt ab affecto aere & ipſæ afficiantur, ab illuminato & ipſæ illuminentur: opacæ cōtra, in poſteriore, & à lateribus ſitæ ſunt, vt lumē melius clariuſq; per diaphana corpora penetret & ſplendeſcat. Sic in profundo putei fundo, ſi obſcuriſſimus ſit, meridianis horis ſtellæ comparebunt. Cæterū cum in omni organo pars vna ſit, cui potiſſimū actio refertur accepta, quæ & primaria propterea dicitur, in oculo quidem plerorumq; fere omnium Anatomicorum conſenſu *humor Cryſtallinus* illa perhibetur. Ego vero in viſione duas pręcipue partes conſtituendas arbitror, vnam, quæ lumen immutatum ſentit, alterum, quæ recipit: illa, (ni fallor) retina eſt tunica; hæc, vitreus humor. Hic enim, quam cryſtallinus, optico neruo multo eſt vicinior, vltimamq; propterea & maximam ſuſcipit refractionem. Merito ergo *Cornea gibba exterius eſt*, vt in oculum magna corpora aliæq; res viſibiles, etiam ex obliquo inciderent: *interius conuexa*, vt humori aqueo, (ſub ea enim totus continetur,) conueniens ſpatium tribueretur. Eundem vt retineret, neve aut diffluеret, aut exhalaret, *denſa* facta eſt; & ne perrumperetur, aut facile eroſa damnum acciperet, tum à fumo acribuſq; foris incidentibus, *tum* à lacrymis excidentibus, *dura* eſt exſtructa. *Æqualis* ac *tenſa*, nè ſpecies viſibiles corrugatæ offerrentur: Diaphana vero, vt lux ad humores, qui lucis in oculo refractiones efficiunt, tranſiret. Prima enim in aqueo fit cum cornea; ſecunda, in cryſtallino; tertia in vitreo. Fit namque viſio per refractionem: refractio diuerſa corpora poſtulat, diuerſæq; magnitudinis, ac ſplēdoris. Rurſus inter opacas partes tunica *Dura* facta eſt, ad oculum in ſua rotunditate conſeruandum. *Vvea*, nigra interius & exterius, vt aqueus cryſtallinuſq; humores obſcurarentur impenſius, ſicque lux oculum ſubiens ſplenderet magis, ac colligeretur. abſque hoc enim foret, ad profundum locum non penetraret. *Foramen uveæ datum*, vt res viſibiles admitteret: *Cryſtallina* ac *Vitrea*, vt ſuos humores terminent, ne diffluant.

*Pars primaria oculi.*

## CAPVT X.

### *De Aure interna, ſiue organo Auditus.*

*Avris.* AVDITVS organum, *Auris* dicitur, à vocibus hauriendis, quod eius eſt officium. Hęc duplex eſt, vna externa, altera interna, eadem ſane ratione, atque Oculum geminum diximus. EXTERNA, Græcis diminutiue ὠτίον dicitur, quos Latini recte imitati *Auriculam* vocant: Interna, totius nomine gaudet, ac verum præcipuumque auditus eſt organum. Appellationes illius, parteſque [a] libro primo perſequuti ſumus, hic figuram tradamus, quæ pæne oualis, ſi latitudinis circumferentiam ſpectes: ſin altitudinis, exterius, vbi occipitium reſpicit, magna ex parte gibba; interius, tribus cauitatibus ſinuata. *Prima*, intima eſt, [b] auditorium meatum conſtituens, & ad tympani vſque membranam penetrans: *Secunda*, quæ hanc immediate ambit, latiuſcula, ac [c] Concha dicitur: *Tertia*, ſub oris auriculæ reflexa, totam fere ipſam circumit, & innominata remanſit. *Componitur* [d] *ſuperior auriculæ pars*, ex cartilagine, cute tenui, & membrana, carnoſa, per quarum externam ſuperficiem, quæ caput ſpectat, exiguæ venæ atque arteriolæ

*Externa.* *Cauitates.* *Partes ſimilares.*

a, cap. 1. b, 1.1.3.h. c, e. d, a.

e, b. teriolæ à venis iugularibus, tum carotidibus arteriis ortæ, excurrunt.[e] *Inferior pars (Lobus* dicta) ex molli ſpongioſaque carne conſtat, cute obtecta, citra membranam carnoſam. Ipſe autem *auditorius meatus*, partim cartilagineus eſt, vt foris, partim oſſeus, vt ſede interna. Cæterum *Vſum* Auriculæ egregie nobis clarum reddunt, quibus vel frigoris iniuria periit, vel gladio abſciſſa eſt, cum articulatum ſonum nequaquam apprehendant, ſed fluentis inſtar aquæ murmur duntaxat percipere ſibi videantur. Percuſſus enim aer, neque præparatus, neque collectus prius à cauitatibus auriculæ, in meatum auditorium compellitur. Ipſa autem auricula cartilaginea eſt, vt commode omnibus externis reſiſteret, nec tamen in ſe mollitie concideret, quo pacto & aliæ partes extremæ è cartilagine, (vt ſuperius [f] libro tertio diximus) exſtructæ fuerunt. *Auditorius meatus.*

f, cap. 1.

Interna auris in oſſe temporum conſiſtit, ſed ea eius parte, quam [g] os petroſum appellamus. Habet hęc cauernas tres, membranas, oſſicula tria, muſculos duos, & neruum. *De oſsiculis*, [h] libro ſecundo actum eſt; *de muſculis*, [i] quarto: *de neruo*, [l] ſeptimo: Cauernæ ergo, & membranæ hic explicandæ erunt. *Interna.*

g, 2. 6. 8. S S.
h, cap. 9.
i, cap. 5.
l, cap. 2.

*Cauernarum* [m] *prima*, *Tympanum* à nonnullis Recentioribus vocatur, quia tympano bellico inſtrumēto cum ſua membrana impendio quam ſimilis eſt. Hæc omnium maxima, oſſis petroſi principio inſculpta ea ſede eſt, quæ mammillaris proceſſus radicem, & ſinum, qui maxillę inferioris capitulum ſuſcipit, intercedit. Continet autem in ſe tum aerem illum, quem implantatum Philoſophi appellant, tum duo foramina, [n] vnum maiuſculum, per quod in ſecundam cauernam itur: [o] alterum minus, quod in tertiam tendit. [p] *Secunda*, *Labyrinthus* dicitur, & in oſſis petroſi radice inſculpta, rotunda eſt, in innumeros & anfractuoſos meatus, magna ex parte poſterius ad mammillaris proceſſus interiora tendentes, deſinit. [q] *Tertia*, quam *Cochleam* appellant, omnium minima eſt, cochlearumque gyros perquam affabre exprimit, in anteriore ſede proceſſus petroſi ſub primæ cauitatis tuberculo ſita. *Cauernę. Prima. Secunda. Tertia.*

m, 10. 12. 9. G.
n, 10. 22. 10. A.
o, B.
p, 10. 12. 11. A.
q, B.

*Membranarum* complures ſunt, pellucidæ, ac aranearum telarum inſtar tenues, quæ priores duas cauernas, nonnulloſque in labyrintho meatus inueſtiunt. [r] Vna eſt præ cæteris maxime nobilis, à Barbaris *myrinx*, à Recentioribus quibuſdam *Tympani membrana* vocata. Hæc rotunda eſt, cæteris craſſior, [ſ] annulo illi oſſeo, qui [t] tympano, ſiue primæ cauernæ circumiicitur, quaqua verſum adnata, adeoq; & veluti ſeptum quoddam eam ipſam ab auditorio meatu ſeparans. Poſt hanc in eadem cauerna [u] *tria oſsicula* continentur, à figura Malleus, Incus, ſtapeſque dicta; *muſculuſque* exiguus, quem ſupra Internum auris internæ vocauimus. *Mebranę. Oſſicula. Muſculus*

r, 10. 12. 8. A.
ſ, 10. 12. 9. C.
t, G.
u, D. E. E.

Auditus, ſiue actio auris, vt Recentiores aſſerunt Anatomici, accidit, cum ſonus, qui ſolidorum corporum velociter percuſſorum qualitas ſenſibilis eſt, vicino aeri, tanquam proprio ſubiecto, impreſſa, ad aurem internam, & eius præcipue membranam tympanum obcingentem, per continuatum aerem defertur. Ingreditur enim hic aer commotus primam cauernulam, in qua implantatum illum aerem mouet, quo commoto reliquus, qui in aliis continetur cauernis, agitur, & ad nervum tandem pertingit, à quo percipitur. *Actio.*

## CAPVT XI.

### *De naſo interno, ſive olfactus inſtrumento.*

NASVS. INSTRVMENTVM Olfactus nonnulli, vulgi ſententiam ſequuti, naſum eſſe arbitrantur. Galenus, modo anteriores cerebri ventriculos, modo proceſſus mammillares autumat, quia tamen hæ partes concurrere ad olfaciendum videntur, dicamus Odoratus inſtrumentum ex duplici conſtare parte, externa nempe, & interna. *Externa*, Naſus vulgo dicitur, & tribus *ex oſsibus* conſtat, de quibus [a] libro ſecundo actum eſt: ex *cartilaginibus quinq;*, quarum hiſtoriam in [b] tertio perſequuti ſumus: tum *cute membranaque carnoſa*, quarum tractatio ſub generali continetur, quã [c] libro octauo exhibuimus. Illius membranæ enarratio omiſſa adhuc eſt, quæ interius naſi foramina inveſtit, & acutiſſimum habet ſenſum, tenuis, & rubicundi coloris. Hæc, quo cerebro vicinior ſit, maximeque circa elatiorem naſi regionem ſenſum acquirit exquiſitiorem. mox vero, criſtoſum os ſuccingit, ac foraminulis totidem, quo ipſum, pertunditur, per quæ mucoſus humor grauedine preſſo capite, exſtillat, vacuaturque.

Exter- nus. *Oſſa Cartilagines. Mẽbrana. Cutis.*

a, cap. 12. b, cap. 2. c, cap. 1.

Cæterum *internæ partes inſtrumenti olfactus*, ſiue naſi interni, *os* ſunt *cribroſum*, craſſa & exſangui membrana obcruſtatum ea ſede, qua cerebrum reſpicit, tum *proceſſus mammillares*. Ex cerebri enim anterioribus partibus [d] duo veluti tubercula vaccarum mammis ſimilia prominent, quæ ideo *mammillares* (ab aliquibus, *papillares*) *cerebri proceſſus* vocantur. His ſubiacet [e] anterior pars (incumbens adeo oſſi criſtoſo,) octaui paris neruorum cerebri, per quos ad cerebrum deferri, apprehendi autem primum odores per proceſſus mammillares credimus, cum os cribroſum ad odoratum primario non concurrat, ſed tantum odoribus viam concedat.

Inter- nus. *Os cribroſum. Proceſſus cerebri mammillares.*

d, elegãter expreſſi 10. Q.Q. e, F.F.

## CAPVT XII.

### *De guſtus, tactuſque inſtrumentis.*

GVSTVS tactuſque inſtrumenta hic iungimus, quod Guſtus vel Ariſtotele teſte, cui omnes ſubſcribunt, quædam tactus ſit ſpecies. De neutro tamen multa dicenda ſunt, quod omnium quoq; confeſſione, Guſtus inſtrumentum ſit Lingua, cuius hiſtoriã in [a] libro quarto recenſuimus, quanquã primaria pars tunica illa ſit, qua obcingitur. Nerui deinde, quas partim à quarta, partim ſeptima cõiugatione eorũ, qui à ſpinali medulla, dum in cranio adhuc eſt, oriuntur, accipit, ſuperius quoq; libro ſeptimo ſunt explicati. De Tactus organo à diuerſo lites mouent Diſſectionum Profeſſores innumeras, quia tamẽ certum eſt, immediatum aliquod conſtituendum eſſe, quod competat partibus tam diuerſis tactu præditis, Cuti, Membranæ, Neruo, Tendini, Carni, non melius poſſumus, quam ſi dicamus, Carnem eſſe, non illam intelligentes, quæ vulgo ſic vocatur, ſed quicquid fibris nerveis conſtipatur, ac molle eſt. Sic facile infinitis nos ſubtrahemus diſputationibus, quas Philoſophi Medicique inſtituunt, modumque inueniemus, qui ſententiam vtrorumque nectat.

a, cap. 6.

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.

RERVM

progreſſu.ib.ſitu.ib.connexione. ibid.
Arteriarum fibræ in interiore tunica tranſuerſæ, in exteriore recta & obliquæ. 220. & cur. ib.
Arteriæ duplici membrana conſtant. ibid.
Arteriarum membranæ ſenſu carent. 221
Arteriarum ſanguis tenuis. ibid.
Arteriarum pulſus à corde influit. ibid.
Arteriæ corporis extima, vt venæ, non accedunt. 222
Arteriæ etiam in oſſa penetrant. ibid.
Arteriarum ſpiritus non contaminantur, etſi recipiant humores excrementitios. 232
Arteria magna ortus ex corde. 223. diuiſio in truncum aſcendentem & deſcendentem.ib. quas partes vterq; truncus alat. ibid.
Arteriæ magnæ truncus aſcendens. ibid. deſcendens. 227
Arteriæ meſentericæ. 234. trahunt chylum ex Galeni ſententia.ib.& 231. purgant quoq; humores excrementitios. 232
Arteriæ carotides. 225
Arteria axillaris. ibid.
Arteria venalis. 236. non ducit aerem à pulmonibus ad cor. 237
Arteriæ præparantes viri. 319. ex trunco enaſcuntur. ibid.
Arteria ſplenica. 229. eius vſus multiplex, & notatu digniſſimus. 230
Arteria ſecunda dextri cordis ventriculi cur venæ corpus nacta. 359
Αρθρον. 35. ambiguitas. ibid.
Αρθρωδία. 37
Articulus. 34. ambiguitas. ibid.
Artus. 13. proportio. 26. dextræ partis maiores ib. à quibus cauſis proportio variatur. ib. ſunt æquales in corpore. ibid.
Aſpera arteria. vide Pulmonum aſpera arteria.
Atrabilarij humores per quas vias expurgentur. 232
Auditus oſſicula 48. eorum numerus. ib. ſubſtantia. ibid. magnitudo. ibid. hiſtoria. ibid. inſtrumentum. 389
Auditorius meatus. ibid.
Aures, & earundem partium appellationes. 8
Aurium motus. 122. muſculi. ibid.
Auris interna. 389. eius cauitates, ibid. meatus. ibid. membrana. ibid.
Author non diſcedit à Galeni ſententia, niſi victus oculorum inſpectione. 325
ἀυχὴν ὀσοῦ. 33
ἄζυγος vena. 198

B

Baſilica vena, vide Vena baſilica.
Biceps muſculus. 154
Βρόγχια. 364
Βρόγχος. 363
Buccarum motus. 118. muſculi. ibid.

C

Cæci nonnulli à vulnere fronti inflicto, alij à ſubito oborta dyſenteria viſum recepere. 244
Cæcitas repentina quibuſdam à ſternutamento nimio oborta. 243
Calcaneus. 83. eius latera. ib.
Calidum cur duplex à Natura factum, influens ſcilicet & innatum. 355. cur in corde, ceu fonte, influens ſtabulari voluerit. 356
Calidum influens in corde vt refrigeretur. 366
Calidum quot modis conſeruetur. 365
Calidi nimis cur non pingueſcant. 272
Calor cur in ſpiritu recumbat. 222
Calor vnus idemq; eſt, qui in Ventriculo chylum, in Hepate ſanguinem, in Mammis lac generat. 325
Caluaria. vide Cranium.
Caput. vide Supremus venter.
Caput oſſis. vide Oſſis caput.
Capitis, eiuſdemq; partium externarum appellationes. 3. pili. 368. cuticula. 369. pinguedo. 370. membrana carnoſa. ibid.
Capitis figura. 21. magnitudo. ibid.
Capitis motus. 126. muſculi. ibid.
Capilli. 368. eorum ſubſtantia. ibid. partes. ibid. ſitus. ib. magnitudo. ib. materia. ib. figura. non teres, ſed quadrangula. ibid. differentia penes ætatem,

Cartilagines palpebrarum. 91. naſi. ib. auriculæ. 92. laryngis. ib. aſperæ arteriæ. 93. thoracis. ib. infimi ventris. 94
Cartilago enſiformis. 93
Cartilago thyroides. 92. cricoides. 93. arytænoides. ibid.
Carunculæ myrtiformes pudendi muliebris. 13. 330. earum ſitus, & numerus. ib. vſus 337
Cauitas Hippocratis inter ventriculum & ſeptum tranſuerſum concluſa quæ ſit. 291
Cephalica vena. vide Vena Cephalica.
Cerebrum 373. eius etymologia. ibid. ſubſtantia. 374. magnitudo. ib. figura. ib. ſuperficies. ib.
Cerebri diuiſio. ibid. & 375
Cerebri & cerebelli diſcrimen. 374
Cerebri ſubſtantia duplex, cineritia, & alba. ib.
Cerebri membranæ. 371. earum ſynonymia. ibid. ſubſtantia. ib. figura. ib. magnitudo. ib. numerus. ibid.
Cerebri membrana craſſa. 372. eius ſitus ib. con-
Cerebri vſus vnde petendi. ibid.
Cerebrum cordis refrigerandi gratia conditum, Ariſtoteles ſtatuit, & quam bene. ibid.
Cerebrum ſpirituum animalium generandorum gratia factum Galenus cenſuit. ibid.
Cerebrum cur in cranio ſitum. 383
Cerebrum cur homini maximum. ibid
Cerebri ſubſtantia ſui generis eſt. ibid.
Cerebri membranæ cur factæ. ibid.
Cerebellum. 377. eius etymologia. ib. ſitus. ib. ſubſtantia. ib. magnitudo. ib. figura. ib. color. ibid. partes. ib. globi. ib. proceſſus vermiformes. ib. ſinus. ibid.
Cerebelli pons. 380
Cerebrum ſecandi noua ratio. 378. quæ inter ipſam & antiquam ſit differentia. ib. ad eam quale caput requiratur. ibid.
Cerebri ventriculi reuera duo tantum. 384. quis eorum verus vſus. ibid.
Ceruix appendicis. 33

*ceruix.ib. eius motus.* 128. *muſculi.ib.pulmonum gratia condita.* 64
*Chordapſus.* 281
χείλη. 34
*Chylus quid.* 290
*Chylificatio abſoluitur ope caloris ventriculi, conterminarumque partium.* ib.
*cibo concocto cur plus vrinæ, quam nondum abſoluta chylificatione reddamus.* 230
*claves olim ad ſimilitudinem* Γ *latinorum longiuſculi factæ.* 59
*clauiculæ in homine vnde dictæ.ibid.earum figura. ib.numerus.ibid.connexio.ibid.ſubſtantia.ib. vſus.* ib.
*clauiculæ ſi frangantur iuxta ſternum cur humerus ſubito cum ſcapula decidat.* 138
*clitoris.*329.*eius ſubſtantia.ib.erigitur fœminis,vt viris penis.ib. ligamenta.ib.crura. ib.glans.ib. glandem tegens cutis.ib.muſculi.* ib.
*clitoris ſæpe in magnitudinem eam intumeſcit, vt minus peritis Anatomiæ mulieres in viros degeneraſſe credantur.* ib.
*clyſteres totum corpus purgare, ſi ex medicamentis purgantibus componantur.* 232
*clyſteres in ægris quibuſdam ad ventriculum aſcendere poſſe.* 296
*coitus an vltimis geſtationis menſibus proficuus, necne.* 339
*collum, & ipſius partium appellationes.* 8
*colli figura.*22.*longitudo,latitudo,ambitus.* ib.
*collum tenue & craſſum.* ib.
*collum appendicis.* 32
*colon inteſtinum,vide Inteſtinum colon.*
*conniuere quid Hippocrati ſignificet.* 335
*conſenſus vteri cum mammis vnde fiat.*141.199.
*qualis ſit.* 207
*conſenſus inter pericranium, & duram membranam.* 371
*contractio muſculorum.* 103
*cor.*349.*eius etymologia.ibid.ſitus.ib.figura.*350.
*ſuperficies.ibid.magnitudo.ib.ſubſtantia.ibid. connexio.* ibid.
*cor non eſt muſculus.* 350
*Cor quoad baſin exquiſite mediū thoracis obtinet.* 356.*at non ratione mucronis,& cur.* ib.
*cordis adeps.* 350
*cordis membrana.* 351
*cordis vaſa.* ibid.
*cordis auriculæ.ibid.earum numerus.*352.*vt differant inter ſe.ib.vſus.* 359
*cordis ventriculi.*352.*eorum numerus, an tres ſint, vel duo.ib. differentia. ibid.facies interior.*353. *vſus.* 355
*cordis ſeptum.* 353. *an ſanguinem tranſmittat ex dextro ventriculo in ſiniſtrum.* 358
*cordis carunculæ.* 353
*cordis vaſa quatuor,ex baſi eius erumpentia.* ib.
*cordis valuulæ.ib.earum differentiæ.ib.vſus.* 358
*cordis expers animal.an viuere queat.* 351
*cordis facultas motrix an à cerebro per neruos influat,vt cenſuit Piccolhomineus.* ib.
*cordis actio eſt pulſus.*354.*vide Pulſus.*
*cordis ſcrobiculus.* 60
*cor maius homini eſt,ac brutis,& quare.* 356
*cordis figura pyramidalis,& quamobrem.* ib.
*cordi pulſus innatus,arteriis influens.* 221
*cordis vaſorum vnio in fœtu qualis.* 359. *quomodo pereat ex opinione Hieronymi Theobaldi.* 360
*corporis humani figura.*17.*quam ſit variabilis.*18. *quantum referat ipſam ſcire.* ib.
*corporis humani magnitudo.* 17. *quantum differat ſecundum ætatem,ibidem. ſexum, regiones, & morbos.*19.*an ſit minor hodie, quam fuit olim.* 20
*corporis tranſpiratio diligenter omnibus addiſcenda.* 292
*corpus varicoſum.* 319
*coſtæ thoracis.*69.*earum numerus.ib. diuiſio.ibid. ſubſtantia,ib.cartilagines.ib.connexio.ibid. figura.*70.*magnitudo.ib.vſus.* ib.
*cotyledones vteri.*334.*eorum vſus.* 338
*cranii vſus.*42.*ſubſtantia.ib.craſſities.*43.*figura. ib.ſuperficies.ib.laminæ.* ibid.
*criſta galli quodnam os dicatur.* 50


*criſta*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Diſpnæa perpetua ab arctis, quibus pleuræ pulmo alligatur, fibris, interdum naſcitur. 346
δωδεκαδάκτυλον ἔντερον. 294
Dolores circa os ſacrum & pubem poſt partum difficilem vnde. 73
Dormientibus quo in latere decumbendum. 279
Dorſum. 9. eius longitudo. 22
Duodenum inteſtinum. vide Inteſtinum duodenũ.

E.

ἐκτεράπελοι qui dicantur. 20
ἐλυθροειδὴς membrana, 319
Emendatio loci 1. hiſtor. anim. 16. Ariſtotelis. 288
Enarthroſis. 36
ἔντερα. 292
ἐπιδερμίς. 261
Epiglottis. 93
Epilepſiæ præludium quomodo in palpebris, facieq́ʒ, quibuſdam ſe offerat. 245
Epiphyſis. 32
ἐπίπλοον. 282
ἐπιπλοοκοτιέσαι. 283
Errhina in oculorũ affectibus fugienda, & quamobrem. 244
Error medicorum notatur, qui ægris de frigiditate conquerentibus frigidos humores cauſam ſtatuunt. 270
Explicatio loci Ariſtotelis, qui eſt 1. hiſt. anim. 16. 288. Alterius, qui habetur 3. hiſtor. anim. 11. 269. itemque alius, 2. de part. anim. 6. 39. & tandem 1. generat. anim. 2. 323
Explicatio loci Hippocratis 6. epid. ſect. 6. 268. Alterius ex Coacis prænotion. 228. item lib. de natur. mulier. 330
Explicatio aliquot aphoriſmorũ Hippocratis difficilium. Primo, 24. ſect. quintæ, 223. Deinde, 32. ſectionis eiuſdem, 234. Tertio, 54. ſect. vltimæ. 291. Quarto, 51. ſectio. quintæ, 335. Quinto, 15. ſect. ſextæ, 194. Sexto, 55. ſect. 7. 285
Exſpiratio quid ſit. 364. eius vſus. 365

F.

Facies, & eius partes. 3
Facultas animalis. 240
Falx duræ cerebri membranæ. 372
Faucium muſculi. 124
Febris quartana gigantes interdum facit. 20
Femur, eiuſq́ʒ partium appellationes. 16.
Femoris motus. 162. muſculi, ibid.
Fibræ ſanguinis. 179
Fibula. 81. eius appendices. ib. lineæ tres. 82
Figura alicuius partis externa & media quid ſit. 103. media totius corporis. ibid. media ſingularum partium. ibid.
Fœmina in humano genere minor mare. 19. & cur? ib. in cæteris animalibus maior. ib. & cur? ib. craſsior plerunque virgine, & cur? ibid.
Fonticuli brachii cur inter Deltoidem & Bicipitem muſculum fiant. 202
Fornix cerebri. 375
Frenum penis. 323
Fricatrices. 330
Frigida cur noceant pectori, tuſſeſq́ʒ moueat. 223. item ſanguinis profluuia excitent. ibid.
Frigidæ potus cur grauia ſymptomata inducat. 224. quæ remedia ſint. ibid.
Frons 4. vnde dicta. ibid. frontis rugæ. ib. frontis os 45. muſculi. 115

G.

Gaſterocnemius muſculus. 167
Γαστὴρ quandoq́ʒ pro vtero ſumitur. 331
Generationi dicatæ partes Viri cur duplices. 323
Genitales partes Viriles. 12. muliebres. ib. & ſeq.
Genitalia grauidarum in quibus à non grauidarum partibus, & quomodo differant. 339
Germani Italis cur piloſiores. 271
Gibber. 76
γίγγλυμος. 37
Glandulæ vaſorum diuaricationi dicatæ. 180
Glandulæ ſeminales. 320. earum ſubſtantia. 321. magnitudo. ibid.
Glandularum ſeminalium tunica interior poris peruia innumeris. 320. quomodo hi pori deprehendantur. 321

Glan-

Glandula pituitaria cerebri. 376
Glans pinealis. ibid.
Glandulis Natura ad ſeroſitates abſumendas per totum corpus vſa eſt. 326
γλωὴ. 54
Glutæi muſculi. 163
γόμφωσις. 37. articulatio propria dentium. 55
Grauedo vnde oriatur. 50
Grauidæ cur de alui duritie conquerantur. 281
Gula. 288. eius ſynonymia. ib. etymologia. ib. origo, & progreſſus. ib. membranæ tres. ibid. vaſa. ibid. glandulæ. 289. vſus. ib. actio. ibid.
Guſtus inſtrumenta. 390

## H.

HÆmorrhoides cæcæ vel apertæ. 192. diuturnæ non claudendæ. 194. non inferunt neceſſario hydropem, vel tabem ſanatæ, ſed vt plurimum tantum. 195. non fiunt tantum à fœculento ſanguine, ſed & à bile & pituita. ib. nonnunquam inſaniam inducunt. ib. interdum dyſenteriam. 196
Hæmorrhoidales venæ. 192. vide & Venæ hæmorrhoidales.
Hæmorrhoidales arteriæ. 231
ἁρμονία. 37. exquiſita raro datur. ib.
Hepar. 302. eius etymologia. ib. ſitus. ib. connexio. ib. figura. ib. protuberãtiæ. ib. lobus. ib. ſinus. ib. fiſſura. ib. magnitudo. ib. numerus. ib. ſubſtantia. ib. vaſa. ibid.
Hepatis duo ligamenta. ibid.
Hepatis porta. ib.
Hepar ex carne quid ſit. 190. quomodo faciendum. ibid.
Hepatis ſitus naturalis. 279. non naturalis. ibid. præternaturalis. ib.
Hepar aliquando in lævo hypochondrio ſitum. ib.
Hepar cur in mortuis ſub ſpuriis cartilaginibus reconditum inueniatur. ib.
Hepar, quibus magnum, iis magnus quoque ventriculus. 302
Hepatis magnitudo pro ratione ætatis differens. ib. magnitudo præternaturalis. 279
Hepar plures venæ portæ ramos, quam cauæ obtinet. 303. iidem per anaſtomoſes iunguntur. ib. & cur. 304
Hepatis actio. ib. vſus. ib.
Hepatis parenchyma quem vſum præſtet. ib.
Hepar cur homini maximum. ib.
Hepatis ſubſtantia cur parenchyma. ib.
Hepatis ſanguificatio in quo differat à ſanguificatione lienis. 312
Hepar non ſanguificat in ſuo parenchymate. 304
Hepatis lobus per quem aqua hydropicorum in omentum interdum irrumpit. 287
in Hepatis inflammatione cur ægri in læuo latere nequeant decumbere. 280
Hernia quomodo fiat. 277. qui herniæ magis ſint obnoxij. ib. cur ſtantibus magis, quam decumbentibus herniæ fiant. 281
ξ *Tertia*, anterior, quam monſtrat ξ, Pubis, vel Pectinis os τῆς ἥβης ὀστοῦν.

ο Appendix circularis, totam ſuperiorem ipſius regionem ambiens, quam aliqui Spinam oſſis ilium appellant.

π 2 Acetabulum coxendicis, cui femoris caput committitur.

ρ Connexio oſſium innominatorum cum oſſe ſacro.

σ τ Duo tubercula oſſis coxendicis. σ internum, τ externum denotat.

υ 1 Cauitas illa, quam diſſectionũ Profeſſores Peluim appellant, & cuius frequens admodum in hiſtoria anatomica fit mentio, quod in ea inteſtinorum magna pars, veſica, & vterus contineatur. Circumſcribitur hæc à

plurib. oſſ
bis: poſter
tus verò i

A Os humeri.
Humerus

B Superius, &
ri, quod
oſſium ſc

C Superius, &
quod gra
tandorun

D Caput inter
pendicis,
Cubitum

E Exterius c
quod Ra

F G Duo tuberc
F. Extern

H Cubiti os,
pliciter, re
maius bra

I Radius. Bar
κερκὶς. &

K K Brachiale C
ſtat oſſib

L L Poſtbrachi
hoc ex q

M M Quinq; dig
λων ὀστᾶ. q

N Femoris os

O Ceruix fem

P Caput fem
xendicis

Q Q Duo femor

R S Duo proceſ
R intern
ternus, &

T 1 Patella.

V Tibiæ os. κ

X Fibulæ os.

Y Talus. ἀστρα

Z 2 Calcane

Γ Os nauicul
me. σκαφ

Δ Θ Λ Ξ Hæc pedis
ſibus. vn
bus cune
autem T

Σ Metatarſus
quinq; c

Φ Φ Digitorum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*TRes ſeriatim modò ſequentes Tabulæ, ea omnia, quàm datum eſt accuratiſſimè, demonſtrant, quæ in Capitis oſſibus conſideratione digna occurrunt. Imprimis verò præſens hæc, quæ duab. figuris, anteriorem & lateralem ſedem exprimit, omnia penè caluariæ propria oſſa, frontis putà, ſyncipitis, occipitii, & temporum tùm maxillæ etiam ſuperioris exhibet: maximam quoq; partem ſuturarum, quæ occurrunt. In quibus ſanè demonſtrandis, cùm diuerſæ ſint ſpecies, eam adhibuimus methodũ, vt veras quidem elementis Latinis maiuſculis deſignaremus: Mendoſas verò propriæ, numeris Romanis; Communes autem, cyphris barbaris: Proprias tandem oſſium maxillæ ſuperioris, literis paruis. Sic enim vnicuiuis facilè erit internoſcere, tùm ad quam claſſem quæuis ſuturarum pertineat, tùm quota ſit numero. Cæterùm Characteres aſcripti, vtriq; figuræ cõmunes ſunt: quòd ſi quis proprius erit, id numerus, poſt charácterem in explicatione additus, indicabit.*

AAA Prima verarum ſuturarũ, Coronalis, quæ frontis os circumſcribit.

B Secunda verarum ſuturarũ, Sagittalis.

C Os frontis.

D D Foramina duo frontis oſſis propria, ad mediam ſupercilii ſedem exſculpta, per quæ ramus primus tertiæ coniugationis neruorum Cerebri, ex orbita oculi in frontis, vel potiùs ſuperciliorum muſculos, digeritur.

E E Proceſſus duo exteriores oſſis frontis, ſiue maiores.

F F Proceſſus duo interiores oſſis frontis, ſiue minores.

G G Oſſa ſyncipitis, ſiue Verticis.

H H Oſſa temporum, vtrinque ſingula.

K L 2 Elatior, & circularis pars oſſium tẽporum, quæ oſſium ſyncipitis exterioribus lateribus iunguntur.

M 2 Poſterior pars oſſiũ temporum, quæ oſſi occipitis ſutura tertia mendoſa nectitur.

N 2 Proceſſus mammillaris oſſis temporum.

O 2 Meatus auditorius.

o 2 Proceſſus ſtyloides.

P 2 Proceſſus oſſis temporum, qui iugale os conſtituit.

P Q Os iugale.

R R Primum os maxillæ ſuperioris.

S S Secũdum os maxillæ ſuperioris, in quo aduerte foraminula in ſecunda figura diligenter expreſſa.

T T Foramen huius ſecundi oſſis, ſatis amplum, in narium cauitatẽ rectà deorſum pertinens, cui glandula lacrymalis adiacet.

V V Tertium os maxillæ ſuperioris.

X X Quartum os maxillæ ſuperioris.

Y Y Foramen primum huius quarti oſſis per quod ſecundus ramus tertii neruorũ cerebri paris, ex oculorum orbita in genas ad faciei muſculos mittitur.

Z Z Quintum os maxillæ ſuperioris.

I Primum
II Secundum } par ſuturarum mendoſarum.

1 1 Primum
2 2 Secundum
3 3 Tertium
4 4 Quartum } par ſuturarum communium.

a a Primum
b b Secundum
c c Tertium
d d Quartum
e e Quintum } par ſuturarum propriarum maxillæ ſuperioris.

f Tertia pars oſſis ſpongioſi, narium interſeptum conſtituens.

g g Quatuor dentes inciſores.

h h Duo dentes Canini.

i i i i Decem dentes molares, vtrinq; quinque.

k k Foramen primum oſſis cuneiformis, in intimo oculi orbitæ receſſu elatiſſimum, orbiculare prorſus, per quod primum neruorũ cerebri par, ſiue Opticum, cuius amplitudini exactè reſpondet, orbitam ex caluaria ingreditur.

l l Foramen ſecundum oſſis cuneiformis, dicto triplò ferè amplius, *per cuius humiliorem ſedem, primò* ſecundum neruorum cerebri par in orbitam procidit; *deinde*, tertium par eorundem: *tertiò*, inſignis quidam ramus arteriæ carotidis ad oculos ſecedens; *tandem*, pituita & humiditates aquoſæ, cerebri in glandula pituitaria collectæ, vnde lacrymæ fiunt. *Per elatiorem* autem regionem Vena ex oculi ſede ad craſſam cerebri mẽbranam diſtribuitur.

m m Foramen tertium oſſis cuneiformis, per quod quarti paris neruorum ramus primus ad muſculos temporales, & in ore latitantes transmittitur.

n n Foramen quartum oſſis eiuſdem ad externã oculi ſedem poſitum, omniumq; in orbita facilè maximum, rimam potiùs, quàm foramen exprimens. Per hoc ramus quartus tertii, & primus quarti neruorum cerebri paris, in temporales muſculos elabuntur, & pituita orbitam ingreſſa ad fauces deſcendit.

FIG. I. TAB. III.



FIG. II.



C.

# TABVLÆ QVARTÆ DECLARATIO.

*IN hac Tabula ſuperior caluariæ pars, ab inferiore (quam in ſubſequente demonſtrabimus) ſerra ablata delineatur, vt vtraq; eius facies, tam externa, quàm interior conſpiciatur, ſimulq; illius læuitas, huius aſperitas, ſed imprimis ſuturæ verè & earum in vtraq; facie diſparatio, aduerti poſſint.*

AA Prima verarum ſuturarum, Coronalis, quam vide, vt in externa facie, ſeu prima figura veræ ſuturæ imaginem exprimit, illius inquam, quæ conſutis filo pannis aſſimilatur; contra in interna, ſeu ſecunda figura, harmoniam potius & lineam refert.

B Secunda verarum ſuturarum, Sagittalis. Circa hanc foramina quædam expreſſa ſunt, quæ in quibuſdam craniis inueniuntur.

CC Tertia verarum ſuturarum, Lambdiformis.

D Os frontis.

EE Oſſa ſyncipitis.

FF Veſtigia venarum iugularium craſſam cerebri membranam perreptantium, quæ interiorem oſſium ſyncipitis faciem, nonnihil inæqualem & aſperam reddunt.

G Foramina duo, per quæ ad oſſium ſyncipitis medullam, inter duas laminas interceptam, venulæ duæ à cutaneis capitis venis, pro eorundem oſſium nutritione, ingrediuntur.

H 2 Interior caluariæ lamina.

I 2 Exterior caluariæ lamina.

K 2 Medulla vtriq; laminæ incluſa.

L 2 Cauerna ſatis ampla in frontis oſſe, inter vtramq; laminam, ad naſi radicem conſiſtens, interdum vna, vt hoc loco: nonnunquam (& magna quidem ex parte) gemina, quæ in narium amplitudinem pertinet.

a 1 Linea anterior oſſium ſyncipitis.

b 1 Linea poſterior oſſium ſyncipitis.

# TABVLÆ QVINTÆ EXPLICATIO.

*INferior caluariæ pars, ſiue baſis, à ſuperiore (quam antecedente Tabula expreſſimus) ſerra ablata hic oſtenditur, vt vtraque eius facies conſpicua fiat, & in prima quidem figura, imprimis interna: in altera, exterior.*

FIGVRA I.

A Pars cauernœ oſſis frontis tabula præcedente litera L inſignitæ.

B Proceſſus quidam oſſis frontis, qui tertio craſſæ cerebri membranæ ſinui verſus nares contendenti viam præber.

C Foramē ſatis grande, per quod vena ad craſſam cerebri membranam ex narium amplitudine aſcendit.

D Proceſſus oſſis cribroſi, à forma criſtæ galli, quam refert, Criſta vocatus.

E E Os cribroſum, vel ſpongioſum infinitis foraminibus pertuſum.

F F Protuberantiæ oſſis frontis, ſuperiorem orbitæ oculi ſedem vtrinq; conſtituentes.

G G H H Proceſſus interiores oſſis cuneiformis, ex quib. GG. anteriores: H.H poſteriores deſignant, qui ſimul omnes cū ephippium non ineptè exprimant, Sellæ turcicæ nomē toti illi oſſis parti impoſuerunt. His craſſa cerebri membrana firmiſſimè adnaſcitur.

I Sinus in ſellæ medio inciſus, glandulā pituitariam continens. Ab hoc ſinu vtrinque duo ductus deriuantur, ex quib. priores duo K K ad ſecundum foramen oſſis cuneiformis tendunt, ſicq; pituitam in oculi ſedem deducunt, à qua poſtea ad nares fauceſq; per foramina literis T & n, tabula tertia deſignatis, pellitur. Poſteriores duo L L. ad foramen aſperum, ſiue quintum oſſis cuneiformis P. P. ad palatum potiſsimūm porrigunt.

M M Foramen primum oſſis cuneiformis, neruorum opticorum ingreſſui dicatum, & Tabula tertia litera K expreſſum.

N N Foramen ſecundum eiuſdem oſſis, ſecundo neruorum pari deſtinatum, & Tab. tertia charactere l notatum.

n Rima longa, quàm efficit hoc foramen ſuperiora petens.

O Foramen tertium eiuſdem oſsis, Tab. tertia literam notatum.

P P Foramen quintum oſſis cuneiformis, aſperum & longum, per quod arteriæ carotidis ramus major in caput aſcendit.

Q Q Foramen ſextum oſſis cuneiformis, ovalem figuram exprimens, quartum neruorum cerebri par tranſmittens.

R R Foramen ſeptimum eiuſdem oſſis, exiguum, Venæ jugularis internæ ramo ſecundo & minori viam præbens, cuius veſtigia oſſibus ſyncipitis impreſſa.

S Sinus cuneiformi oſſi inciſus, cui neruorum opticorum coitus inuititur.

T T Veſtigia venarum iugularium, per foramē litera R indicatum, aſcendentiū.

t t Primum foramē oſſis temporum, quod viam præbet neruo auditorio.

X X Proceſſus petroſus oſſium temporis.

Y Primum & maximum foramen oſſis occipitii, per quod ſpinalis medulla elabitur.

Z Z Secundum & tertium oſſis occipitii foramen, per quod Venæ iugularis internæ ramus maior, & arteriæ carotidis minor intrant: egreditur autem ſextum par neruorum cerebri.

a a Quartum & quintum foramen oſſis occipitis, per quæ ſeptimum par neruorum cerebri deſcendit.

b b Capita oſſis occipitii, quibus cum prima ceruicis vertebra nectitur.

c c Medulla cranii.

d Additamentum oſſis occipitii.

V V Deſignant quintam propriam & mendoſam futuram: nec literæ hic vicem gerunt, ſed numerum quinarium exprimunt Romanorum charactere, vt monuimus tab. tertia.

FIG. I.



# TABVLÆ V. FIGVRÆ II. EXPLICATIO.

| | |
|---|---|
| a a | Sutura ſexta propria maxillæ ſuperioris. |
| b | Sutura ſeptima propria maxillæ ſuperioris. |
| A | Foramen ſecundum quarti oſſis maxillæ ſuperioris. |
| B B | Foramen quartum oſſis cuneiformis, tab. tertia n. ſignatum. |
| C C | Cauitas, quam os iugale conſtituit, pro tranſitu tendinis muſculi temporalis ad maxillæ inferioris inſertionem. |
| D D | Os iugale. |
| E E | Oſſis primi maxillæ ſuperioris interna facies. |
| F F | Sextum par oſſium maxillæ ſuperioris, palatum efformans. |
| G G | Foramina in narium amplitudinem dehiſcentia. |
| H | Septum narium. |
| I | Septi narium inferior pars, vomerem referens. |
| K K | Proceſſus primus externus oſſis cuneiformis, veſpertilionum alas exprimens. |
| L L | Proceſſuum horum cauitas. |
| M M | Proceſſus ſecũdus externus oſſis cuneiformis, duos acuminatos vertices educens. |
| c d | Duo apices huius proceſſus, quibus verſus ſtyloidẽ proceſſum extuberat. |
| N N | Foramen in priore figura literis Q. Q. notatum. |
| n n | Foramẽ ibidem litera R. R. deſignatum. |
| O O | Foramen ibidem charactere P, P. inſignitum. |
| P P | Aſperitas oſſis petroſi expreſſa. |
| Q Q | Secundum oſſis temporum foramẽ, per quod carotidis arteriæ maior ramus obliquè ad oſſis cuneiformis foramẽ quintum fertur, indeq; cerebri ventriculos ſubit. |
| R R | Foramina occipitij antea litera Z. Z. oſtenſa. |
| S S | Proceſſus oſſis temporum ſtyloides. |
| T T | Sinus primus oſſium temporum, caput maxillæ inferioris excipiens. |
| X | Additamentum oſſis occipitij. |
| Y Y | Duo capitula oſſis occipitis. |
| Z Z | Foramina in prima figura monſtrata litera a. a. |
| α α | Proceſſus mammillares. |
| β β | Sinus pro rectis muſculis caput extendentibus in occipitio exſculpti. |
| γ γ | Sinus pro muſculis Spleniis & Cucullaribus inciſi. |
| δ δ | Quartum foramen oſſis temporum. |
| ε ε | Quintum foramen oſſis temporum. |
| ι ι | Suturarum communium primum par. |
| III | Tertium par ſuturarum mendoſarum. |
| IV | Quartum par ſuturarum mendoſarum. |

## APPENDIX.

Foraminum, per quæ ſeptem neruorum cerebri paria prodeunt ex cranio, catalogũ hic ſubiicere viſum eſt, vt cuiuis facilè pateat. Conſpicua autem hæc ſunt in prima figura.

Primum par per foramen primum oſſis cuneiformis, figura prima, litera M. M. inſignitum, egreditur.

Secundum & Tertium, per eiuſdem oſſis ſecundum, litera N. N.

Quartum par, per eiuſdem oſſis ſextum, litera Q Q.

Quintum, per foramen primum oſſium temporum, t t.

Sextum, per ſecundum & tertium occipitij foramen, Z Z.

Septimum, per quartum & quintum occipitis foramen, a a.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ SEXTÆ EXPLICATIO.

*PRoponit ſpectanda primaria caluariæ oſſa, à ſe invicem ſeparata.*

## FIGVRA I.

*Frontis oſſis anteriorem & convexam partem repræſentat.*

| | |
|---|---|
| A | Oſſis frontis conuexa pars. |
| a a a | Suturam coronalem eleganter exprimit. |
| B B | Lamina quæ ſuperiorem oculi orbitæ partem conficit. |
| C | Aſperitas, cui naſi oſſa agglutinantur. |
| D | Foramina per quæ ramus primis nerui tertiæ coniugationis cerebri in frontis muſculũ egreditur. |
| E E | Proceſſus interiores oſſis frontis. |
| F F | Proceſſus exteriores oſſis frontis. |

## FIGVRA. II.

*Oſsis frontis poſteriorem partem, ſiue cauam oſtendit.*

| | |
|---|---|
| A A | Oſſis frontis concaua pars. |
| B B | Sinus inſculptus oſſi frontis ea regione, qua ſinus tertius membranæ craſſæ cerebri deſcendit, ne comprimatur à duro eſſe. |
| C | Foramen, per quod vena ad craſſã cerebri membranam, ex narium amplitudine aſcendit. |
| D | Proceſſus oſſis cribroſi, Criſta galli dictus. |
| E E | Os cribroſum, ſiue ſpongioſum. |
| F F | Proceſſus exteriores & minores oſſis frontis. |
| G G | Proceſſus interiores & maiores. |
| H H | Foramen optico neruo tranſitum præbens ad oculi orbitam. |

## FIGVRA. III.

*Oſsis ſyncipitis dextri lateris convexam ſuperioremque partem monſtrat.*

| | |
|---|---|
| A | Ipſa conuexa pars oſſis ſyncipitis deſignatur. |
| a | Anterior linea dimidiam partem ſuturæ coronalis conſtituens, qua oſſi frontis committitur. |
| b | Poſterior linea mediam partem ſuturæ lambdiformis faciens, qua oſſi occipitis jungitur. |
| c | Interna linea, ſuturam ſagittalem conficiens, qua ſibi oſſa verticis invicem nectuntur. |
| d | Externa linea, qua temporalibus oſſibus coarticulatur, ſqamiformem ſuturam conſtituens. |
| e e | Elegantiſsimè á ſculptore ſquamiformis combinatio expreſſa. |

## FIGVRA IV.

*Oſsa ſyncipitis dextri lateris concauam partem, ſiue inferiorem oſtendit.*

| | |
|---|---|
| A | Oſſis ſyncipitis concaua pars. |
| a a | Meditullium inter duas laminas interceptum. |
| B B | Principium veſtigiorum, quæ iugulares venæ per craſsam cerebri membranam diſperſæ, relinquunt. |
| | Rami horum veſtigiorum. |

TAB. VI.

fig. I.




fig. II.




fig. III.




fig. IIII.



# SEQVENTIVM FIGVRARVM TABVLÆ VI. LIB. II. EXPLICATIONES.

## FIGVRA. V.

*Oſsis occipitis exterior facies.*

AA Primum & ſecundum latus oſsis occipitis.
BB Tertium & quartum latus.
C Quintum latus.
DD Sinus ſuperiores & inſignes, qui ſedem præſtant muſculis, tùm iis, qui caput extendunt, tùm his, qui ſcapulam dorſo admouent.
EE Sinus inferiores, pro muſculis rectis caput extendentibus exſculpti.
FF Capitula, quibus primæ ceruicis vertebræ inarticulatur.
G Foramen primum oſſis occipitis, per quod ſpinalis medulla ex cranio deſcendit.
HH Foramina pro ſeptimo neruorum cerebri pari exſculpta.

## FIGVRA. VI.

*Oſsis occipitis interior facies.*

ABC Eadem deſignant, quæ in præcedente figura.
DD Sinus tranſuerſus excipiens ſinum primum & ſecundum craſſæ cerebri membranæ.
EE Sinus rectus, ſinui tertio craſſæ cerebri membranæ dicatus.
FF Duo ſinus rotundi ſuperiores, duas cerebri prominentias excipientes: ſub quib. inferiores,
GG GG, cerebelli prominentijs deſtinati.
HH Duo capita litera FF præced. fig. oſtenſa.
I Foramen primum oſſis occipitis.
aa Foramina pro ſeptimo pari neruorum cerebri exſculpta.

## FIGVRA VII.

*Oſsis temporum dextri lateris exteriorem partem exprimit.*

H Oſſis temporum exterior facies.
IKL Pars ſuperior, qua oſſium ſyncipitis exterioribus lateribus junguntur.
MM Pars poſterior, qua oſſi occipitis ſutura tertia mendoſa nectitur.
N Proceſſus mammillaris.
O Meatus auditorius.
P Proceſſus oſſis temporum, qui cum proceſſu primi oſſis maxillæ ſuperioris os jugale conſtituit.

## FIGVRA VIII.

*Oſsis temporum dextri lateris interiorem, & concauam partem proponit.*

Q Pars concaua oſſis temporum.
RR Combinatio ſquamiformis eleganter conſpicua.
SS Proceſſus oſſis temporum petroſus.
T Foramen quod viam præbet neruo auditorio.

## FIGVRA I.

*Demonſtrat tria auditui inſeruientia oſſicula, primò iuncta inter ſe, deinde verò & ſeorſim, vt & nexum eorum, & magnitudinem ac figuram naturalem intuearis. His additus eſt annulus oſſeus à petroſo oſſe integrè ſeparatus.*

A B C Annulus oſſeus, cuius principium eſt A. finis, B. medium circulare C.

D E F Malleus primum oſſiculum, cuius caput D. Proceſſus maior E: ſed minor F eſt.

G H I Incus ſecundum oſſiculum, cuius baſis lata G eſt: Crus breue & craſſum H: longius & tenuius I.

K L L M Stapes, cuius baſis K eſt; duo crura L L. Vertex, ſiue capitulum M.

## FIGVRA II. III. & IV.

*Maxilla inferior tribus figuris oſtenditur. Prima, faciem anteriorem exhibet; Secunda, poſteriorem; Tertia, lateralem.*

A A Proceſſus anterior, κορώνη dictus, cui tendo muſculi temporalis inſeritur.

B B Proceſſus poſterior, qui in ſinum proprium temporum oſſi inſculptum ſuo capitulo inarticulatur.

a a Capitulum hoc, quo inarticulatur.

b b 3 4 Foramina duo in ſuperficie interna ad dictorum proceſſuum fundamenta exſculpta, per quæ ramus tertius quarti neruorum cerebri paris, comite vena & arteria, ad dentium cauitatem diſſeminandus ingreditur.

c c 2 4 Foramina per quæ vaſa dicta maxillam rurſus, diſtributa in humilius labrum, & eius loci muſculos egrediuntur.

d 2 4 Aſperitas prima oſſis, vnde incipiunt muſculi labium inferius detrahentes.

e 3 Aſperitas ſecunda, cui inſeritur tẽdo muſculorum maxillam deprimentium & vnde alij linguæ muſculi oriuntur.

f 3 Aſperitas tertia. vnde oritur maxillæ abductor.

g h i Dentium triplex ordo notatur g. quatuor inciſores denotat. h duos caninos. i, decem molares.

## FIGVRA V.

*Dentes tam ſuperioris maxillæ, quàm inferioris, euulſos è ſua ſede, alterius tamen duntaxat lateris, quòd vtriuſq; eadẽ ſit ratio, demonſtrat, vt radices cuiuis contemplari liceat, cùm maxillis adhuc infixos, in præcedentibus tribus figuris, tùm duabus primæ tabulæ ſatis intueri datum fuerit.*

A A Dextri lateris octo ſuperiores dentes.

B B Eiuſdem lateris octo inferiores.

a b c Dentium genera denotantur. a enim Inciſores, b Caninos, c Molares oſtendit.

d d d Radices dentium.

C Cauitas dentis molaris diſſecti, quæ membranula ſuccingitur.

D Interior ſuperficies dentis inciſorij.

E Dẽs molaris. cuius mẽſulæ litera inſcripta eſt.

## FIG. VI. VII. & VIII.

*Os hyoides proponitur trib. figuris. Prima anteriorem faciem exprimit, ſecunda poſteriorem, tertia vnà minora latera & oſſicula, quibus cum ſtyloide proceſſu iungitur.*

A B Baſis oſſis hyoidis, ſiue primum os.

a 6 8 Tuberculum anterioris ſedis.

C 6 8 Sinus ſuperior tranſuerſus, & oblongus, qui primum par muſculorũ hyoidis attollens, excipit.

b Sinus inferior.

D 7 Concauitas baſis oſſis hyoidis.

E F Latera humiliora, ſiue Cornua oſſis hyoidis, quæ ſecundum & tertium oſſiculum conſtituunt.

G G Connexus cornuum cum baſi.

H H Apex cornuum, qui laryngis ſcutiformi cartilagini alligatur.

I K 8 Latera ſuperiora oſſis hyoidis, inferioribus tenuiora, magiſquè teretia.

L M N Tria alia oſſicula, ſuperioribus lateribus vtrinq; vt plurimum commiſſa.

## FIGVRA IX. & X.

*Clauiculas ſiniſtras exprimunt. Illa, ſuperiorem ipſarum, & anteriorẽ partem: hac, inferiorem & poſteriorem.*

A B Pars teres & gibba.

B C Pars lata.

D Capitulum quod ſterno articulatur.

E Capitulum quod ſuperiori ſcapulæ proceſſui, ſiue acromio, articulatur.

## FIGVRA XI. & XII.

*Os pectoris gemina figura exprimitur, vt vtraq; eius facies, anterior & poſterior cernatur, illa in priore, hac poſteriore.*

A 11 Primum os ſterni, nonnihil in anteriore ſede protuberans.

a b 11 Sedes vtrinq; ad hanc protuberantiam depreſſa.

c 12 Poſterior ſedes primi oſſis vtcunq; caua.

d Sedes primi oſſis, cui primę coſtę cartilago innaſcitur.

e f Sinus primi oſſis, cui clauicularum capita inarticulantur.

g Sedes inter duos hos ſinus, Lunæ modo excauata.

h Connexio primi oſſis cum ſecundo.

h i Secundùm os pectoris.

i Communis primi, & ſecũdi oſſis ſinus, cui ſecundæ coſtæ cartilago inſeritur.

k l m n o Sinus ſecundi oſſis, quib. cartilagines tertiæ, quartæ, quintæ, ſextæ & ſeptimæ coſtæ inarticulantur.

p q r His locis, in pueris ſecundi oſſis diſtinctiones nonnunquam apparent, ac ſi ſecundum os ex tribus conſtaret.

r ſ Tertium os ſterni.

t Cartilago mucronata tertio oſſi adnata.


TAB. VII.
FIG. III.
FIG. I.
FIG. IIX.
FIG. II.
FIG. IV.
FIG. VII.
FIG. VI.
Fig. V.
FIG. X.
FIG. IX.
FIG. XI.
FIG. XII.

# SEQVENTIVM FIGVRARVM TAB. VII. LIB. II. EXPLICATIONES.

### FIGVRA XIII. & XIV.

*SCapula ſiniſtra duabus figuris proponitur, vt priore exterior eius facies, poſteriore interna conſpiciatur.*

AB — Scapulæ proceſſus primus ſed A B Scapulæ ſinus eſt, cui humeri caput inarticulatur.
CD — C D Ceruix.
EFG — Baſis ſcapulæ, ſiue primum latus.
E E — Superior coſta.
G D — Inferior coſta.
E G — Duo ſcapulæ anguli E ſuperior, G inferior eſt.
H — Appendix inferioris anguli cartilagineus.
I I — 13 Spina ſcapulæ,
L M — Summus humerus ἀκρώμιον.
M — Sinus leuis cui clauiculę caput committitur.
N O P — Proceſſus ancoriformis.
O — Baſis huius proceſſus.
P — Vertex huius proceſſus.
Q — 13 Duo interſcapulia, Q. ſuperius eſt;
R — R. inferius.
S S S — 4 Tubercnacula inſtar obliquarum linearũ, ſinus conſtituentia, ac ſi à coſtarum conuexis impreſſi forent.
T T — 13 Aſper ſinus, vnde interior cubitum extendẽtium muſculus pronaſcitur.
V V — 14 Protuberans inferioris coſtæ pars,
X X — ob quã XX. inſigniter caua cernitur.

### FIGVRA XV.

*SPinam vniuerſam ex latere oſtendit, vt mutuus omnium dorſi vertebrarum contextus appareat.*

1 2 3 &c. — Hi numeri oſtendunt quota quæq; vertebra ſit in ſpina.
A B — Septem collum conſtituentes vertebræ.
B C — Duodecim thoracis vertebræ.
C D — Quinque lumborum vertebræ.
D E — Sex ſacri oſſis vertebræ.
E F — Quatuor oſſis coccygis vertebræ.

G — Corpus vertebrarum, in 4. 12. 23. vertebra notatum.
H — Tranſuerſi proceſſus, in iiſdẽ inſigniti.
I — Obliqui aſcendentes proceſſus.
K — Obliqui deſcendentes proceſſus.
L — Acuti proceſſus.
M — Foramen proprium vertebrarum.
N — Foramen commune vertebrarum.
O — Ligamentum cartilagineum, quo vertebræ colligantur.

### FIGVRA XVI. & XVII.

*THoracis omnia oſſa proponũt, exceptis clauiculis, ſcapulisq́; & prior quidem, priorem partem; poſterior, poſteriorem.*

A B — 6 Os pectoris, ſiue ſternum.
C — Cartilago enſi formis.
1 2 3 &c. — Coſtæ duodecim, ex quibus ſeptem ſuperiores legitimæ vocantur; inferiores quinq; ſpuriæ.
D D D — Coſtarum pars oſſea.
E E E — 16 Pars cartilaginea, cuius connexio cum oſſea parte virgula vtriq; literæ D, & E, interiecta denotatur.
F — Connexio coſtarum cum ſterno.
G — 16 Articulatio coſtarum cum vertebrarum corpore.
H — 17 Connexio cum tranſuerſis proceſſibus vertebrarum. a a.
II a b — 17. Vertebræ, quarũ proceſſus tranſuerſi a. a, poſteriores, b b.

### FIGVRA XVIII.

*Coſta vna ſeorſim demonſtratur.*

A — Capitulum quo coſtæ ſterno committuntur.
B — Capitulum rotũdum quo vertebrarum ſinui infiguntur.
C — Tuberculum, quo coſtæ ſinui tranſuerſi vertebrarum proceſſus inarticulantur.
D E — Pars oſſea. D cartilaginea. E.
F — Sinus oblongus & inferior. per quem vaſa incedunt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ OCTAVÆ EXPLICATIO.

*VT quæ de Vertebris dici poſſunt, vna omnia tabula oculis ſubiiciantur, vertebras cuius generis libet depingendas curauimus, & Ceruicis quidem quatuor, vnam verò Thoracis duntaxat, & lumborum. Qui enim vnam ex his poſterioribus viderit, omnes viderit: at in Ceruice paulò aliter ſe habet, cùm quatuor quaſi diuerſa genera occurrant, prima, ſecunda, tertia, & ſeptima: nam quarta, quinta, & ſexta cum tertia cõueniũt. Cæterùm ne & in his quidquam deſideretur, cuiusvis tres figuras delineauimus, ex quibus prima faciem ſuperiorem anterioremq́; continet: altera, ſuperiorem poſterioremq́;: tertia, inferiorem anterioremq́;, demonſtrat. Tres ergò primæ figuræ primam ceruicis vertebrã oſtendunt: Tres ſecundæ, ſecundam ceruicis: Tres tertiæ tertiam ceruicis: Tres quartæ, ſeptimam ceruicis: Tres quintæ, primam thoracis: Tres ſextæ, primam lumborum. Literæ autem omnibus figuris communes ferè ſunt; quòd ſi qua habet proprias, numerus charactheri additus facilè id demonſtrabit.*

**A** Corpus vertebrarum ab anteriore parte oſtendit; quod vide quomodo in prima ceruicis vertebra tuberculum potiùs quoddam, ac corpus exprimat; prætereà quomodo ceruicis vertebræ non ita rotundum anteriore id ſede, ſed potiùs quadrangulum oblongum habeant, ſecùs ac thoracis & lumborum vertebræ.

**B** Corpus vertebrarum à poſteriore parte.

**a** I 1 Sinus quadratus cartilagine tectus, in primæ ceruicis vertebræ corporis poſteriore facie occurrens, qui dentiformem ſecundæ vertebræ proceſſum exigit.

**C** Superior corporis vertebrarum ſuperficies, quam vide quo pacto in ceruicis vertebris ſinuata eſt, at circa extremitates in thoracis & lumborum vertebris extuberat.

**bb** V. VI. Extuberantia ſuperioris vertebrarum corporis ſuperficiei.

**D** Inferior corporis vertebrarum ſuperficies.

**E** II. 1 3 Proceſſus dentiformis ſecundæ vertebræ, cuius anterior facies hic oſtenditur.

**F** II. 2. Eiuſdẽ proceſſus facies poſterior.

**G** Proceſſus tranſuerſi, ſiue laterales verte-
**c I. II.** brarum, qui in Ceruicis vertebris
**III. IV.** perforati ſunt, foramine (c) per quod
**d V.** venæ & arteriæ Ceruicales dictæ ad
**3** caput aſcendunt: in thoracis verò, ac lumborum, vertebris ſolidi, in illis tamẽ, thoracis inquam nouem ſuperioribus, ſinum cartilagine incruſtatum, cui coſtæ inſeruntur, & quaſi affirmantur, habent.

**H** Proceſſus obliqui vertebrarum aſcendentes, qui ſinuati ſunt in prima Ceruicis, & Lumborum vertebris, in reliquis omnibus capitulum leuiter prominens obtinent.

**I** Proceſſus obliqui deſcendentes, ſinuati omnes, ſed in Lumborum vertebris nonnihil protuberantes vt capitulum mentiantur.

**K** Proceſſus poſteriores, qui cùm acuti ſint Spinæ dicuntur, in ſolis tamen ceruicis vertebris, (excepta prima & ſeptima) bifidi ſunt.

**L** I Proceſſus poſterior vertebræ primæ, qui cùm acutus non ſit, haud benè Spinæ nomen meretur.

**M** Foramen proprium vertebrarum, per quod Spinalis medulla deſcendit.

**N** Foramina quædam exigua, quæ præſertim in lumborum vertebris, ob earum poroſitatem, reperiuntur.


Tab.VIII.
I
II
III
IV
V
VI
E.

## FIGVRA I. & II.

*OS ſacrum proponunt, vt in prima quidem figura anterior eius facies, & concaua; in ſecunda autem, poſterior, & gibba ſpectetur.*

A A A a &c. 1. Quinq; oſſis ſacri vertebræ, in quibus notæ, a, a, a, quæ foraminula ſunt, ipſarum poroſitates demonſtrantia.

b b b &c. 1 Connexio vertebrarum, quæ leuia quædam tantùm lineæ rudimenta in adultioribus exprimunt.

B 2 Foramen proprium vertebrarum, per quod ſpinalis medulla deſcendit.

C C Proceſſus obliqui ſuperioris primæ vertebræ, quorum ſinus hac litera inſignitus, in ſecunda figura exprimitur.

D D 2 Connexus hic ſignificatur, quo primi ſacri oſſis deſcendentes proceſſus. cum aſcendentibus ſecundi, quemadmodum in lumborum vertebris, committi inter ſe videtur.

E E 2 Proceſſus poſteriores.

F F Proceſſus tranſuerſi omnes inter ſe vniti.

G 2 Corpus primæ vertebræ oſſis ſacri.

1. 2. 3. 4. Foramina in vtraq; facie, tam anteriore, quàm poſteriore, maiora tamen nonnihil in illa, conſpicua.

H H I K L M N 2 Literæ hæ oſſis ſacri in dextro latere, eam partem ſignificant, quæ dextro ilium oſſi nectitur, pluribuſque tam ex ſinibus, quam tuberculis extructa eſt. Ex hiſce literis primum HH, ſinum anteriorem & oblongum denotant: I K duos poſteriores ferè rotundos, quorum ſuperior I eſt, K inferior. Anteriores à poſticis interdiuidit tuberculum L, inſtar amplę cuiuſdam lineæ prominens; at duos poſteriores, tuberculum M. Superior ſinus in elatiore ſede nonnihil prominet, quam ideò charactere N inſigniuimus.

O 2 Suprema oſſis coccygis vertebra, quam in ſecunda figura exprimenda curauimus, vt monſtremus, quomodo dum ex quinque vertebris os ſacrum conſtituitur, ipſa tranſuerſos proceſſulos c, c, vtrinque exigat, qui ſurſum educti d, d, proceſſui quintæ ſacri oſſis vertebræ poſteriori bifidæ e, e, per cartilaginem f validè coaleſcunt, vbi foramen fit g, per quod ſextum par neruorum oſſis ſacri exit.

## FIGVRA III. & IV.

*OS coccygis duabus figuris, eadem de cauſa atq; os ſacrum proponitur.*

1 2 3 4 Officula quatuor oſſis coccygis, ex quibus 1 ſupremum eſt ſitu, 4 infimum.

A Superior ſedes ſummi officuli latior inferiore, quod & in reliquis cernitur.

B Inferior ſedes ſuperiore anguſtior.

C Sinus primæ vertebræ, quo inferior pars poſtremæ ſacri oſſis vertebræ excipitur.

## FIGVRA V. VI. & VII.

*OSſa innominata dextri lateris tribus figuris hic delineata proponuntur. Prima figura anteriorem ſedem: Secunda, externam: Tertia, internam repræſentat.*

a 5 6 Sinus coxendicis, in quo ſuperius femoris caput recipitur.

1 2 3 Tres lineæ cartilagineæ, quibus tria oſſa, Innominata dicta conſtituentia, connectuntur, quarum ordinem aſcriptus numerus oſtendit. 1 enim, primam indicat: 2 ſecundam: 3 tertiam. Has in ſexta & ſeptima figura exprimendas curauimus, non item in quinta, vt demonſtremus ſimul quomodo in adultis eò vſque aboleantur, vt ne veſtigium quidē huius cartilaginis reliquū fiat.

1 2 A A B 7 Os ilium his lineis circumſcriptum.

1 3 M 7 Os pubis his lineis circumſcriptum.

2 3 Q L 7 Os coxendicis.

A A Spina oſſis ilium, quæ eſt appendix aſpera ob muſculorum nexum.

æ Linea, quæ ſpinam A A, & iliū os interſtinguit.

B 7 Coſta, ſiue cauitas oſſis ilium.

C 5 6 Dorſum, ſiue pars gibba oſſis ilium.

D 1 D 2 D 3 5 6 Tres aſperæ lineæ dorſo oſſis ilium inſculptæ, pro exortu trium muſculorum femur extendentium, quos Glutæos vocant. harum ordo numeris aſcriptis indicatur.

E E F b c d 7 Ea oſſis ilium ſedes notatur, quæ ſacri oſſis primi & ſecundi tranſuerſorum proceſſuū tuberculis, ſinibuſq; HHIKLMN, figura ſecunda depinctis, & ſimiliter alternatim his ſtipata, committitur. E E enim tuberculum eſt oblongum anterius, duo alia poſteriora acuta b. & c. Hæc & illud ſinus longus F, at iſta, b inquam & c, ſinus d interſtinguunt. Circa tamen ſuperius b, ſinus eſt alius c. Ex his E E quidem ſinum H H ſubit. b verò I. & c, K. & N, ipſum E. Rurſus ſinus F, tuberculum L recipit. d verò M, & c, N.

G 5 6 Labra magni ſinus coxendicis, quæ magis in poſteriore parte, quàm antica: & ſuperiore, quam inferna conſpiciuntur.

H 5 6 Hoc loco, qui ſedes eſt, qua ſinus coxæ pubis oſſa reſpicit, labra illa deficiunt.

I 5 6 Anterior pars ſinus coxendicis, cartilagine denudatus.

K 7 Sinus oſſis coxendicis, pro tertio femur circumagentium muſculo inſculptus.

L Appendix oſſis coxendicis.

f Linea appendicem ab oſſe coxendicis interdiuidens.

M Linea aſpera, & craſſa, qua pubis oſſa inuicem iunguntur.

N Foramen oſſium pubis.

O Sinus in pubis oſſibus exſculptus, pro tranſitu vaſorum cruralium.

P Q Tubercula duo oſſis coxendicis. P externum eſt, Q internum.

R Sinus in ſuperiore coxendicis oſſis ſede cælatus, femur flectentium primo & ſecundo viam præbens.

# EQVENTIVM FIGVRARVM TAB. IX. LIB. II. EXPLICATIONES.

### FIGVRA VIII. & IX.

H*Vmeri os dextri brachij duabus figuris depingitur: prima, anteriorem facie͂: ſecunda, poſteriorem monſtrat. Cæterum hæc oſſa, quæ ſequentur, omnia, ſic depingenda curauimus, vt ſimul appendices demonſtraremus, quo loci vna cum reliquo oſſe iunguntur, & in iunioribus occurrere conſueuerunt.*

A Appendix ſuperior oſſis humeri.

B Appendix inferior oſſis humeri.

a b Capita duo ſuperioris appendicis. a internum. b externum denotat.

c d Capitis externi duæ partes. c anterior; d poſterior eſt.

e Sinus teres, qui externum caput in duas has partes dirimit, pro tranſitu primi capitis Bicipitis muſculi, ſiue primi cubitum flectentis, exſculptus.

f 8 Teres oſſis humeri pars, ſede anteriore demonſtratur.

g 9 Lata eiuſdem pars ſede poſteriore oſtenditur.

h Pars vbi admodum humeri os lateſcit.

i Inferius & internum caput oſſis humeri, pro articulatione Cubiti, quod Trochleam vocant.

l m Duo ſinus trochleæ, βαθμίδες dictæ, ex quibus l anterior eſt, m poſterior: ille inferiorem, hic ſuperiorem proceſſum appendicis cubiti ſuperioris recipit.

n 8 Inferius & externum caput humeri, cui radius committitur.

o p Duo tubercula humeri. o interñu͂, p externu͂.

q r Duo ſinus ad latera tuberculorum q ad externum eſt, r ad internum.

s Foramina exigua inſculpta, pro ligamentorum humeri cum ſcapula inſertione.

t Foramen in medio longitudinis oſſis humeri, pro vena ad intimiora penetrante, factum.

### FIGVRA X. & IX.

D*Vo Cubiti oſſa, Vlnam & Radium dextri brachij inuicem iuncta continent, vt connexio mutua vtriuſq; cernatur: ſic tamen, vt prior figura anteriorem partem, altera poſteriorem oſtendat. Literarum autem explicatio eadem eſt cum quatuor ſubſequentium figurarum enodatione.*

### FIGVRA XII. & XIII.

V*Lna dextra anterior, & poſtica facies exprimitur.*

A Superior appendix vlnæ.

a Gibba pars vlnæ Hipocrati ἀγκών, Galeno ὠλεκρανός.

b Sinus vlnæ, quem σιγμοειδῆ vocant, ſiue ſigniformem.

c d Duo proceſſus ſinus b. ex his c, poſterior: d, anterior dicitur.

e 12 Sinus quartam circuli partem conficiens, qui minus radij capitulum excipit.

f Inferior vlnæ appendix. hæc cum oſſe reliquo iungitur.

g Ptoceſſus ſtyloides huius appendicis.

h Acuta linea vlnæ.

### FIGVRA XIV. & XV.

R*Adij dextri poſteriorem & anteriorem partem deſignant.*

i Ceruix radij.

l Superior appendix radij.

m Sinus huic appendici inſculptus.

n Pars vbi dicta appendix ſinui vlnæ, quartam circuli partem conficienti, inſeritur.

o Tuberculum oblongum, aſpero ſinu donatu͂, cui tendo primi cubitum flectentium, ſ. bicipitis, implantatur.

p Inferior radij appendix.

q Sinus in quo inferior vlnę appendix recipitur.

r Linea aſpera radij.

### FIGVRA XVI. & XVII.

M*Anus dextra parte externa & interna demonſtratur.*

A A 123 &c. Carpi oſſa octo, quorum ordinem aſcripti numeri barbari oſtendunt.

B B I II &c. Metacarpi oſſa quatuor, quorum ordo adnotatis numeris maiuſculis Romanorum deſignatur.

C C Digitorum oſſa quindecim.

a b c Oſſa pollicis. a primum. b ſecundum. c tertiu͂.

d e f Oſſa Indicis. d primum, e ſecu͂dum, f tertium. Eodem modo reliquorum digitorum oſſa numerentur.

g h Superficies oſſium metacarpij. g externa & plana: h interna & acuta eſt.

i i i Interualla oſſium metacarpij, in quibus muſculi interoſſei dicti reconduntur.

l m Appendices oſſium metacarpij, ex quibus ſuperior capitulum inferior ſinum exigit.

n o Appendices oſſium digitorum. n ſuperior eſt, (o inferior.

† † Oſſium ſeſamoideorum ſitus.

### FIGVRA XVIII. & XIX.

O*Sſium ſeſamoideorum facies anterior & poſterior exhibetur conſpicienda.*




FIG·XVI·



FIG·XVII·

FIG·XIX· XIX·



# TABVLÆ DECIMÆ EXPLICATIO.

*OSſa cruris vniuerſa præſens Tabula demonſtrat. In his appendicum cum reliquo oſſe, vt in pueris apparet, coalitū diligenter exprimendum curauimus.*

## FIGVRA I. II. & III.

*FEmur ſiniſtri lateris tribus figuris exprimitur, vt anterior eius pars in prima, poſterior in ſecunda, & lateralis tandem in tertia cernatur.*

A Ceruix ſuperioris femoris appendicis.

B Caput femoris ſuperius, coxendicis acetabulum ſubiens.

C 1 Foramen in medio huius capitis inſculptum, cui ligamentum teres ex coxæ acetabulo enatum, inſeritur.

D Trochanter, ſiue proceſſus maior, & externus.

E 2 3 Trochanter, ſiue proceſſus minor, & internus.

a 2 Sinus in proceſſu externo, parte interna exſculptus.

1 2 3 4 Impreſſiones quatuor trochanteris, ſiue proceſſus externi, quarum ordinem numeri aſſignati demonſtrant.

F 2 Linea aſpera à prima impreſſione deorſum tendens.

G H Duo inferiora femoris capita. G internum eſt, H externum.

I 1 K 2 Duo ſinus inter femoris duo inferiora capita inciſi; ex quibus I anterior eſt, patellam: K poſterior, ligamentum teres, excipiens.

b b Foramina circa appēdicem inferiorem, pro ligamentorum validiore implātatione facta.

c c Foramen in poſteriore femoris ſede inſculptum per quos vena ad oſſis nutritionem tranſit.

d d Aſpera linea per poſteriorem femoris regionem excurrens.

e e e e Lineæ, quæ quatuor appendicum, duorum nempe capitum femoris, totidemq; trochanterum coalitum ad reliquum os oſtendit.

## FIGVRA IV.

*TIbia os ſiniſtri lateris fibulæ iunctum, anteriore parte repræſentat, cuius literæ in ſequentium duarum figurarum explicatione declarabuntur.*

## FIGVRA V. & VI.

*TIbia os duabus figuris delineatur: illa, parte ſua laterali interna; hac, poſteriore.*

A Superior tibiæ oſſis appendix.

B B 4 6 Duo ſuperioris tibiæ appendicis ſinus, inferiora femoris capita excipientes.

C 4 6 Tuberculum duobus his ſinibus interiectum, cuius apici ligamentum teres oſſis femoris implantatur.

D 6 Capitulum quod ſuperioris fibulæ appendicis ſinum ingreditur.

E E Foramina in vtraq; appendice oſſis tibiæ.

F 4 5 Tuberculum, in quod tendo inſeritur, ex tendinibus ſecundi, tertij, ac quarti tibiam extendentium muſculorum commiſtus.

G 6 Foramen in poſteriore ſede occurens, per quod vena ad oſſis intima admittitur.

H Appendix inferior tibiæ.

K K 4 Sinus geminus huic appendici inſculptus.

L Proceſſus inferioris tibiæ appendicis, Malleolum internum conſtituens.

M 6 Sinus ad externum latus inferiorem fibulæ appendicem admittens.

N 6 Linea in poſteriore tibiæ ſede excurrens.

1 2 3 Tres tibiæ oſſis lineæ, ex quibus totidem latera conficiuntur.

I. II. III. Tria latera oſſis tibiæ.

a Coalitum docet appendicis vtriuſque ad reliquum os.

## FIGVRA III. & IV.

*FIbulam duabus figuris deſignauimus, vt anterior, poſteriorq; eius facies conſpicua fiat. Sed & appendices prout in pueris occurrunt exprimendas curauimus.*

M Superior fibulæ appendix.

N Inferior fibulæ appendix, Malleolum externum conſtituens.

O Reliqua fibulæ pars, vtrique appendici interiecta.

P Sinus qui capitulum tibiæ D ſuſcepit.

1 2 3 Tres fibulæ lineæ.

I. II. III. Tria fibulæ latera.

a Coalitus appendicum cum reliquo oſſe.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# SEQVENTIVM FIGVRARVM TABVLÆ X. LIB. II. EXPLICATIONES.

### FIGVRA IX. & X.

*PAtellæ vtraq; facies hic effiguratur: anterior quidem, foraminulis plena, in nona; poſterior autem, cartilagine læui ſuccincta, in decima figura.*

### FIGVRA XI. & XII.

*PEdis dextri oſſium inuicem iunctorum, illa ſuperiorem, hæc inferiorem partem oſtendit, vt mutua connexio cernatur.*

A A Tarſus, prima pedis pars.
B B Metatarſus, ſecunda pedis pars.
C C Digiti, tertia pedis pars.
D D Pars innominata, ſiue quarta.
E Calcis os, ſiue Calcaneus.
F Aſtragalus, ſiue Talus.
G Os nauiculare.
H Os cubiforme.
I Os cuneiforme medium.
K Os cuneiforme minus.
L Os cuneiforme maius.
1 2 3 4 5 Oſſa metatarſi.
a b Duæ appendices oſſium metatarſi. a, ſuperiorem denotat: b, inferiorem.
c c 12 Oſſa ſeſamoidea in ſuo ſitu.

### FIG. XIII. XIV. XV. & XVI.

*QVatuor aſtragali dextri pedis latera repræſentantur quatuor figuris, ita tamen vt reliqua duo etiam optimè cernantur. Prima, ſuperius latus: Secunda, inferius: Tertia, laterale externum: Quarta, internum.*

A B C D E F Sex latera aſtragali, ex quibus A, ſuperius eſt, τετρωρὸς dictum. B, inferius. C, anterius. D, poſterius, E laterale internum. F. externum.
a b 13 Duæ lineæ ſuperioris lateris, a prior eſt, b. poſterior.
c 13 Sinus læuis ſuperiori lateri inſculptus, in quem linea inferiorem tibiæ ſinum bifariam ſecans inſeritur.
d d Cartilago, qua laterales partes obducuntur, qua malleolum vtrumque excipiunt.
e e 15 16 Sinus aſperi duarum lateralium partium, quibus ligamenta inſeruntur, quæ duo oſſa tibiæ talo colligant.
f Ceruix oblonga partis anterioris.
g Capitulum huic ceruici obnatum, quod à ſinu oſſis nauicularis excipitur.
h Sinus inter ceruicē & ſuperius latus occurrēs.
i 13 Sinus trāſuerſus per poſterius latus excurrens.
l 13 Sinus infernus poſterioris lateris.
m 14 Sinus inferioris lateris.
n 14 Caput inferioris lateris.
o 14 Sinus longus & profundus inferioris lateris, in quo mucoſa ſubſtantia coaceruatur.
p 14 Sinus læuis capitis in latere inferiore inſculptus, admittēs caput ſecundū calcanei.

### FIG. XVII. XVIII. & XIX.

*TRibus figuris dextri pedis calcaneus exprimitur. Prima ſuperius latus, altera inferius, tertia internū repræſentat.*

A B C D E F Sex calcis latera. A ſuperius eſt, B inferius, C anterius, D poſterius, E internum, F externum.
a Sinus in anteriore parte ſupremi lateris.
b Caput primum in eadem parte eiuſdem lateris, ſinum in tali ſubiens.
† Caput alterum ſinum eiuſdem tali p ingrediens.
c Sinus ſupremi lateris in parte poſteriore, qui ligamentum accipit à tibia, talum conſtringens.
d Sinuli in poſteriore latere in quos tendo primi, & ſecundi pedem extendentium infiguntur.
e Anterior pars vbi cubiformi oſſi coarticulatur.

### FIGVRA XX. & XXI.

*NAuiculare os parte poſteriore in illa, in hac anteriore depingitur.*

A Concauitas oſſis nauicularis, quam caput tali ingreditur.
B Conuexitas eius, tribus ſinibus diſtincta,
1 2 3 quorum ordo numeris deſignatur.

### FIGVRA XXII. & XXIII.

*CVbiformis oſſis ſuperior & inferior pars effiguratur.*

### FIGVRA XXIV.

*OSſis cuneiformis maioris formam declarat.*

a Sinus qui nauicularis oſſis proceſſum internum ſuſcipit.
b Superius latus conuexum.
c Interius latus cauum.

### FIGVRA XXV.

*OSſis cuneiformis medij figuram complectitur.*

a b c Latera eius. a Superna ſedes quadrilatera. b interna eſt acuminata. c poſterior: d interior.

### FIGVRA XXVI.

*OSſis cuneiformis minima figura eſt, cuius literæ, vt præcedentis eadem latera denotant.*


TAB·X·
·FIG·XI·
·FIG·IX·
·FIG·X·
·FIG·XII·
FIG·XIII·
FIG·XII·
·FIG·XV·
·FIG·XVI·
·FIG·XVII·
FIG·XIIX·
FIG·XIX·
·FIG·XX·
·FIG·XXI·
·FIG·XXII·
·FIG·XXIII·
F

IN his Tabulis omnes totius corporis Muſculi delineati conſpiciuntur. Obſeruatum autem hoc vnice eſt, vt ſinguli, tam in ſede ſua naturali, quam in corpore habent, atq; extra ſitum remoti demonſtrentur, ex quo fit, vt non tantum externa ipſorum facies, ſed interna quoque cernatur, & ſimul quis quemq; ordine conſequatur, innoteſcat. Eſt & hoc diligenter animaduerſum, vt eo ordine proponerentur, quo in Diſſectionibus demonſtrari debent. Tanto autem artificio omnia à Sculptore expreſſa ſunt, vt cuius prima ſtatim fronte appareat, qua pars carnea ſit, qua tendinoſa, qua neruea, aut membranoſa: imò quanta ſit cuiuſque muſculi craſſities, aut gracilitas. Nos autem & ipſi, ne noſtro deeſſemus muneri in explicatione, diligenter omnia ad Spigelij hiſtoriam retulimus, cuius ſæpe propterea verba hic expreſſa inuenies, vt nihil omninò ſit ab ipſo traditum, quin hic demonſtretur. Imprimis verò magna induſtria principium, medium, & finem cuiuſque oſtendimus.

TAB. I. FIG. I.

*FRontis, Palpebrarum, Naſi, Buccarum, Labiorum, Maxillæ inferioris, & Auriculæ muſculos, eoſq; ferè omnes in ſitu ſuo proponit.*

A Frontis, (vel potius Supercilij) muſculus, in ſuo ſitu.

a a Principium ipſius, circa elatiorem frontis partem, vbi capillorum finis eſt.

b b Finis eiuſdem qui in ſupercilia implantatur.

B C Muſculi palpebrarum, quos Claudentes Spigelius vocat, ex quibus B ſuperior eſt, C inferior: illius principium 1. eſt, finis 2. huius 3. inſertio 4.

D Primum par muſculorum naſi, alas abducens, in ſuo ſitu.

c d Principium eius ab oſſe maxillæ, (c) Finis circa naſi alam. (d)

E Secundum par muſculorum naſi alas abducens, in ſitu.

e f Principium eius acutum & carnoſum circa naſi verticem. (e) Finis in ala. (f)

F Buccarum muſculus ſecundus, Buccas cõtrahens, ab aliis Buccinator dictus, in ſitu ſuo.

G Primum par labiorum, ſiue Attollens labium ſuperius, in ſua naturali ſede.

g h Principium dicti muſculi, à primo ſuperioris maxillæ oſſe, (g) Finis circa latera ſuperioris labij. (h)

H Secundum par labiorum, Abducens, naturalem ſitum occupans.

i k Principium carnoſum à cauitate malis ſubiecta. (i) Finis circa concurſum vtriuſque labij. (k)

I Tertium par deprimẽs infe... ab infima ſede inferiori... tum, in labij inferioris ... ſitum ſuum hic obtinen...

K K Quartum par, Labia conſtri... occupans.

L Primus maxillæ inferioris ... lens, vel Temporalis di... na denudatus, vt fibræ ... tur, in ſitu.

M Principium huius muſculi ...

N l m Secundus maxillæ inferior... primens, ſiue Biuenter, ... tendo deſignatur chara... autem literis l. m. ex q... principiũ: m ſecundus, ...

O Tertius maxillæ inferioris ... ſitum.

P P Maxilla inferior à muſculis ... data.

n Proceſſus anterior maxill... quẽ muſculus ipſã, Attoll...

o Proceſſus eiuſdem poſterio... exigit, quod in ſinum ſe... porum inſculptum adap...

Q Os iugale.

R Primum os maxillæ ſuperio...

S Primus auriculæ muſculus ... in ſuo ſitu.

T T T Secundus auriculę muſculi ... cuius triplex portio hic e...

V Auricula, ſiue Auris extern...

FIGVRA ...

*AVris internæ primum muſculum, in ſuo ſi...*

A Muſculus externus interna... tia cutanea, & fibris ten...

B Tendo ipſius ſubtiliſſimu... Tympanum dictæ, exter... iuſq; ferè centrum inſer... malleus intus membran...

C Locus inſertionis, vbi dicti ... oſtenditur.

D Membrana, Tympanum di... artificiosè, vt malleus pe... re videatur.

E Circulus oſſeus, oſſi petroſ...

F Proceſſus mammillaris oſſi...

G H Os temporum vndiq; effrac... ius ſedẽ ſuperiorem, H in...

FIGVRA ...

*AVris internæ ſecundu... muſculum, in ſuo ſit...*

A Auris internæ externus mu... cunda monſtratus, hic q... pictus cernitur.

B Auris internæ internus m... petroſum, & cuneifor... ductum in concham pori...

C Crus alterum incudis.

D Mallei proceſſus.

E Circulus conchæ.

F Proceſſus oſſis temporum p...

G H Os temporum.

# SEQVENTIVM FIGVRARVM TAB. I. LIB. IV. EXPLICATIONES.

## FIGVRA IV.

*Palpebrarum, Naſi, Labiorum, Maxillæ inferioris, Oſſis hyoidis, & Capitis muſculos, tum obiter, Venæ iugularis diſtributionem in caput, in ſuo ſitu oſtendit.*

† Muſculus frontis in ſuo ſitu.

A A Muſculi palpebras claudentes, in ſitu.

Æ Primum par naſi alas conſtringentium in ſuo ſitu.

B Secundum par muſculorum naſi alas abducens in ſitu.

C Primum par labiorum, ſiue Attollens labium ſuperius, ſimiliter in ſitu.

D Secundum par labiorum, ſiue Abducens, ſitum ſuum obtinens.

E Tertium par deprimēs inferius labium, in ſuo ſitu.

F F Quartum par labia conſtringens, in ſitu naturali conſpicuum.

G Os iugale.

H Primus maxillæ inferioris muſculus, Attollens, ſiue Temporalis in ſitu, ſua membrana contectus.

a a Principium ipſius.

I Tertius maxillæ inferioris, Lateralis, in ſuo ſitu.

b 1. b 2. Principia eius duo, quorum primum b. 1. circa iuncturam primi oſſis maxillæ cum quarto eſt: alterum b. 2. ab oſſe iugali oritur.

c c Inſertio eius in amplitudinem oſſis maxillæ inferioris.

K Primum par muſculorum capitis, ſiue Flectens, Maſtoideum in ſitu.

d d Principium eiuſdem à ſummo ſterno, & ab elatiore ſede claiculæ.

e e Inſertio in mammillarem proceſſum oſſis temporum.

L L Quartus muſculus oſſis hyoidis, Coracoideus, cuius duplex venter his literis L. L. deſignatur, in ſua ſede naturali depictus.

f Tendo eiuſdem in quem abit, vt cedat maſtoideo ſibi incumbenti.

g h Principium eiuſdem ex ſuperiore ſcapulæ coſta iuxta ceruicem, & proceſſum coracoideum f. Inſertio in cornua hyoidis g.

M Muſculi quidam Capitis indiſtincti adhuc, cæterum ſedem naturalem occupantes.

N Muſculi quidam Laryngis.

O Vena iugularis externa, eiuſdemque progreſſus in caput.

P Buccarum muſculus ſecundus, fig. 1. litera F monſtratus.

Q Q Maxilla inferior à muſculis denudata.

R Corpus glandulosum, quod Thymum vocant, vaſorum diuaricationi additum.

## FIGVRA V.

*Muſculi oculorum vna cum oculo in propria ſede iacentes adumbrantur, quomodo in orbita adhuc indiſtincti conſpectui ſe offerunt.*

A A A Muſculi.

B B Pinguedo muſculis interpoſita.

C Oculus.

## FIGVRA VI.

*Muſculi oculorum extrà ſitum nonnihil eleuati demonſtrantur, cæterum principiis adhuc inter ſe cohærent.*

A Secundus obliquorum oculi muſculorum, ſiue Trochleæ muſculus.

a Trochlea.

B B B B Quatuor alij muſculi oculorum recti.

C Neruus opticus.

D Oculus.

E Palpebram attollens aut aperiens muſculus.

b c Principium eius b. finis in palpebra c.

## FIGVRA VII. & VIII.

*Muſculi oculorum omnes ſeparati, & ex ſuo loco remoti oſtenduntur, ſed ita, vt figura ſeptima partem ſuperiorem, octaua inferiorem exhibeat.*

A Muſculus rectus ſuperior, ſiue Attollēs.

B Muſculus rectus inferior, ſiue Depreſſor.

C Muſculus rectus internus, ſiue Adducēs.

D Muſculus rectus externus, ſiue Abducēs.

E Muſculus obliquus primus, ſiue Circumagens inferior.

F Muſculus obliquus ſecundus, ſiue Circumagens ſuperior, & Trochleæ muſculus.

G Trochlea illa ab oſſe reuulſa.

a a a Nerui motorij in muſculos hos inſerti.

H Neruus opticus.

I Oculus.


TAB. I.
FIG VII
FIG VIII
FIG IIII
FIG VI
V

## FIGVRA I.

*MVſculos quoſdam Maxillæ inferioris, Oſſis hyoidis, & Laryngis, partim in ſuo ſitu, partim extra locatos proponit.*

A A — Cutis quæ ſub mento erat, revoluta, vt ſubiecti muſculi cernantur.

B B B B — Secundus maxillæ inferioris muſculus, Deprimens, biuenter, in ſuo ferè ſitu hic conſpicuus.

C C — Tendo ipſius inter duos ventres medius, vbi membrana expreſſa eſt, quã veluti trochleam tranſit.

D — Oſſis hyoidis primum os, ſiue baſis.

E E — Primus Muſculus Oſſis hyoidis, Attollens, Geniohyoideus, in ſub ſitu.

a a — Principium eius à mento, ſed inſertio circa D, & baſin oſſis hyoidis.

F F b c — Tertium par Oſſis hyoidis, obliq; ſurſum trahens, ſiue Styloceratohyoideum, cuius principium b, in radice proceſſus ſtyloidis, finis c, in ſuo ferè ſitu apparet.

G G — Secundum par Oſſis hyoidis, Detrahens, ſternohyoideum, extra ſitum.

H H — Quartum par oſſis hyoidis, Obliq; detrahẽs, Coracohyoideum extra ſitũ.

I I — Larynx, ſiue caput aſperæ arteriæ: propriè tamen ipſa Thyroides tantũ hic cernitur, ſiue eius prima cartilago.

K — Corpus glanduloſum ad Laryngem ſitum, quod Thymum vocant.

L — Aſperæ arteriæ fiſtula.

M M d d — Muſculus, Thyroidis flexor Spigelio dictus, ſiue Hyrothyroideus, cuius principium, quod ab oſſis hyoidis inferiore parte oritur, abſciſſum eſt, finis autem literis d d, notatur.

N N — Primus Thyroidem extendentiũ, Sternothyroideus, in ſitu, cuius principium circa Sternum, (e) Finis circa infernum latus Thyroidis. (f)

e f

O O — Secundus Thyroidem cartilaginẽ extendens, ſiue Cricothyroideus anticus, in ſitu.

P P P — Muſculi aliquammulti, vtrinque, caput & ceruicem mouentes, in ſuo ſitu, cæterum adhuc indiſtincti.

## FIGVRA II.

*OSſis hyoidis, & Linguæ quoſdam muſculos in ſitu oſtendit.*

A — Primus muſculus oſſis hyoidis, Attollens, præcedente figura notatus literis E E. in ſuo ſitu.

B B B b b — Os hyoides. Sed B Baſin : b.b. Cornua denotant.

C — Quartus linguæ muſculus, Milogloſſus in ſitu.

D — Quintus linguæ muſculus, Ceratogloſſus, in ſitu.

E — Larynx cuius tamen hic tantùm Thyroides cartilago cernitur.

F — Secundus Thyroidem cartilaginem extendẽtium, ſiue Cricothyroideus anticus.

G — Aſperæ arteriæ fiſtula.

H H — Muſculi ceruicis, & capitis motui deſtinati, adhuc indiſtincti, in ſitu.

I I — Sternum, ſiue Os pectoris.

K K — Clauiculæ.

L L L — Coſtæ.

M M M — Muſculi intercoſtales.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# SEQVENTIVM FIGVRARVM TAB. II. LIB. IV. EXPLICATIONES.

### FIGVRA III.

*Aſperam arteriam cum Larynge, Lingua, & Oſſe hyoidis exprimit, vt ſitu, & connexione eorum perſpecta, quorundam muſculorum ortus & inſertiones faciliùs cognoſcantur.*

A Lingua, ad cuius radicem Os hyoides ſitum eſt.
B B B Os hyoidis.
C Muſculus Hyothyroides, figura prima literis M.M. deſignatus, in ſitu.
D D Cartilaginis ſcutiformis, ſiue Thyroidis anterior pars.
E E Muſculus Sterno hyroideus, figura prima literis N N. ſignatus.
F Duo muſculi, figura prima literis O.O. oſtenſi.
G G G Muſculus Oeſophagi diuerſis fibris diſtinctus.
H Portio Oeſophagi.
I I Aſperæ arteriæ fiſtula.

### FIGVRA IV.

*Aſpera arteria nuda, ab omnibus muſculis liberata, eadem de cauſa demonſtratur.*

A A B C Aſperæ arteriæ caput, ſiue Larynx.
A A Cartilago Thyroides, ſiue ſcutiformis.
B Fiſſura Thyroidis cartilaginis.
C C Proceſſus eius ſuperiores, quibus cum oſſe hyoide iungitur.
D Extuberantia cartilaginis Cricoidis, ſiue Annularis.
E F F Os hyoides: ſed E Baſin, F.F. Cornua eius demonſtrant.
G Vinculum oſſi hyoidi epiglottidem annectens, ipſamque eleuans, ac in ſitu tenens.
H H Cricothyroideus anticus, in ſitu.
I I Aſperæ arteriæ fiſtula.
a a a Cartilagines ſigmoides huius fiſtulæ.

### FIGVRA V.

*Poſteriorem Laringis faciem cum vicinis muſculis repræſentat.*

A A Portio Pharyngis, ſiue principij Oeſophagi reſecti.
B B Duo faucium muſculi, ad ſuperiora Oeſophagum trahentes extrà ſitum.
C C Duo alij faucium muſculi, ſimiliter Oeſophagum ſurſum trahentes, extra ſitum.
D D D D Reuolutiones membranæ, quæ os hyoides cum cartilagine ſcutiformi iugit.
E Cauitas, quam hæc membrana efficit.
F Epiglottis.
G Cartilago Arytænoides, ſiue Guttalis.
H H H Membranæ Laryngem inuoluentis pars inferior integra.
I I Aſperæ arteriæ pars poſterior.
K Membrana, quæ partem poſteriorem aſperæ arteriæ claudit.

### FIGVRA VI.

*Muſculos Laryngis in poſteriore parte ſitos proponit.*

A A A Os hyoides, cum tribus extuberantiis, quas proceſſus orbiculares vocant.
B Epiglottis.
C C Cartilago Thyroides à parte poſteriore caua.
D D Extendens rectà aritænoidem cartilaginem, ſiue Cricoarytænoideus poſticus, in ſuo ſitu.
E Portio aſperæ arteriæ.
F F Arytænoideum par, ſiue Claudens rimulam ſecundum in ſitu.

### FIGVRA VII.

*Muſculos Laryngis perſequitur.*

A Epiglottis in ſuo ſitu, à parte poſteriore conſpicua.
B B B Os hyoides, cuius connexio cum proceſſibus ſuperioribus cartilaginis thyroidis (a.a.) ſatis expreſſa.
D C Cartilago Arytænoides, ſiue Guttalis.
D D Cricothyroidei poſtici, in ſuo ſitu.
E Spina Cricoidis cartilaginis.
F a a Thyroides cartilago, cuius proceſſus ſuperiores ſunt a.a.
G Aſperæ arteriæ facies poſterior.

### FIGVRA VIII.

*Omnes Laryngis muſculos, qui proprij dicuntur, extrà ſitum remotos exhibet.*

A Poſterior cricoidis cartilaginis facies lata, & craſſa.
B Eiuſdem cartilaginis pars anterior, anguſtior & tenuior.
C C a a Cartilago arytænoides cum duobus ſuis proceſſibus, a.a. conſpicua.
D D Cricothyroidei antici extrà ſitum.
E E Cricoarytænoidei laterales extrà ſitum.
F F Arytænoidei poſtici extrà ſitum.
G G Cricoarytænoidei poſtici extrà ſitum.


TAB. II.
FIG III
FIG VI
FIG IIII
FIG VII
FIG V
FIG VIII
G

# TABVLÆ III. EXPLICATIO.

| | |
|---|---|
| | *PRimum caput extendentium muſculum in ſuo ſitu, duos item Serratos poſticos, & totidem thoracem extendentes, Longiſſimum ſcilicet, & Sacrolumbum vocatos, proponit.* |
| A A B B | Muſculi caput extendentes, quo pacto ſe viſui offerunt in ſuo ſitu, nondum à ſe inuicem diſtincti. |
| A A | Primum par caput extendentiū. Triangulare dictum, quibuſdam Splenium, in ſuo ſitu. |
| a c | Primum huius muſculi latus, ab exortu vſq; ad tertiam colli vertebram pertingens. |
| a b | Secundum latus, ab hoc loco ad occipitium pertinens. |
| b c | Tertium latus ab occipitio ad exortum excurrens. |
| B B | Secundum par caput extendentium, primo ſubiectum, cuius elatiſſima pars nonnihil eminet. |
| C | Serratus poſticus ſuperior in ſuo ſitu, qui primo pari caput extendentium (A) incumbit, vt in validis cōtractionibus ipſum cum cæteris caput mouentibus contineat, ne fortè de ſuo loco exſiliant. |
| d d | Principium ipſius membranoſum ac tetenue, à ſpinis vertebrarum trium inferiorum colli, & primæ thoracis exortum. |
| e e e | Finis eiuſdem ſerratus, tribus conſtans fibris, totidemq; interuallis, quatuor ſuperiorum coſtarum, (1.2.3.4.) inſertus. |
| D | Idem Serratus poſticus extrà ſitum motus, vt interiorem eius faciem contempleris. |
| E | Serratus poſticus inferior, in ſuo loco. Longiſſimo dorſi (H) & Sacrolumbo (KK) quemadmodum & reliquis thoracem extendentibus hic ſubſtratis. incumbens, vt eos ſimiliter in violentis motibus contineat in loco. |
| f f | Principium eius membranoſum, ex ſpinis vertebrarum duarum, aut trium inferiorum thoracis enatum. |
| g g g | Inſertio eius ſerrata ad coſtarum inferiorum (7.8.9.10.11.) quatuor interualla, quæ tamen rectius cernuntur in eodem extrà locum moto (F.) |
| F | Serratus poſticus inferior extrà ſitum motus, cuius principium f f inſertio ſerrata, g g g g. |
| G | Tertius ſcapulam mouēs, Rhomboides dictus, extra ſitum. |
| h h | Principium eius carnoſum. |
| i i | Finis eiuſdem carnoſus in totam Scapulæ baſim (m m) inſertus. |
| H H | Primus thoracem extendentium, dorſi Longiſſimus dictus, in ſuo ſitu. |
| I I | Idem in dextro latere totus conſpicuus, quem & Tabula ſequenti, literis G H I inſignitum intuearis. |
| K K | Tertius thoracem extendentium, Sacrolumbus dictus, in ſuo ſitu. |
| L M N | Idem in dextro latere artificio anatomico explicatus, vt eius anſulæ (k l) earundemq; in coſtas inſertio, conſpiciantur. |
| L M | Eius principium nonnihil ex ſuo loco remotum. |
| K, l | Anſulæ, ex quibus (K) interna eſt, & elatiori coſtæ ſedi infigitur: (l) externa & inferiori regioni implantatur. |
| N | Spina, ſiue appendix oſſis ilium. |
| 1 2 3 4 | Duodecim coſtæ, quibus numeri ſui ordinis aſcripti ſunt, vt ex quota quiſq; muſculus oriatur, aut implantetur; facili negotio patere queat. |
| O | Muſculi quidam oſſis ilium dorſum occupantes adhuc tecti. |
| P | Cutis à dorſo ſeparata, & detracta. |
| Q | Scapulæ in ſuo ſitu iacentis, dorſum. |
| m m | Baſis ſcapulæ. |
| n | Coſta inferior ſcapulæ. |
| R | Scapulæ è ſuo ſitu motæ cauitas. |

*Secundum caput, & primum thoracem extendentium muſculum in ſitu: Tertium verò thoracis tenſorem Sacrolumbum, extra ſuum locum remotum, oſtendit.*

A Primus caput extendentium triangularis, ſiue Splenius, in ſuo ſitu.

a b c Tria ipſius latera: ex quibus a c primum latus eſt: a b ſecundum: b c tertium.

B Idem muſculus in dextro latere extra ſitum.

C D E Secundus caput extendentium primo (A) ſubiectus, Trigeminus, vel Complexus dictus, quòd ita diſtinctio triplici principio (c c D D E E) ſit præditus, vt ex tribus muſculis in vnum coeuntibus conflatus eſſe videatur. Hæc principia vt oſtenderentur, diuerſis litteris vſi ſumus.

C C Primum ipſius principium ex tranſuerſo proceſſu, quartæ & quintæ thoracis vertebræ enatum, quod in medium occipitium (Q) inſeritur.

D D Secundum principium, à ſeptimæ ceruicis vertebræ ſpina enatum, cum priore antè inſertionem coiens, & ſimiliter in occipitium (Q) implantatum.

E E Tertium, ex tranſuerſis proceſſibus primæ ſecundæq; thoracis vertebræ exortum, ad radicem proceſſus mammillaris cum ſecundo iunctum, occipitio (Q) alligatur.

F Secundi caput extendentium muſculi, ſub primo latentis pars elatior, nonnihil eminens.

G H I Primus thoracem extendentium, ſiue Dorſi longiſſimus, perbelle in ſuo ſitu vtrinque conſpicuus.

G G Principium ipſius, ex oſſis ſacri (R) ſpinæ ſummo; ſecundum ipſius longitudinem, & ex ſpinis quinq; vertebra: lumborum (SS) & oſſis ilium (T) interna, quà ſacro iungitur, enat

H I Eiuſdem finis, circa primam thor vertebram.

K K K Tertius thoracem extendentium, crolumbus, extrà ſitum, in quo gantiſſimè eius interna facies ansulis, quas ad coſtas tranſmi conſpicitur.

d d d Anſulæ illæ repræſentantur.

L L L Idem tertius thoracem extendent in ſitu, ab externo latere primo, dorſi longiſſimo adiacens. Muſc hic principio ſuo per totam verte rum lumborum ſedem cum pri ſiue Dorſi longiſſimo ſic commi eſt, vt vnus eſſe prorſus omnibu deri queat. Locum autem vbi à ſ parantur, hac nota † deſignauimu

† 

M Scapulæ, à ſuis muſculis liberæ, dorſ

e Scapulæ ſpina.

f Summus humerus, ſiue acromion.

g h i Baſis ſcapulæ, ſed & duo anguli, ex bus g ſuperior: h, inferior eſt.

l m Duæ coſtæ ſcapulæ, l ſuperior, m i rior eſt.

N Muſculi quidam humero dicati, ſca lam occupantes.

O O O Coſtæ quædam inferiores.

P P Muſculi intercoſtales.

Q Occipitium, cui caput extendentes r ſculi inſerti.

R Oſſis ſacri, eiuſq; ſpinarum regio.

S S Adumbratur regio quinque ſpinar vertebrarum lumborum (SS)

T Oſſa ilium muſculis adhuc tecta, ſed te (V) denudata.

V Cutis, quæ oſſa ilium, (T) infimam dorſi ſedem contegebat, detracta.


TAB · IV ·
G.3.

*OStenſos hactenus capitis muſculos, vt in ſua ſede occurrunt, anatomico artificio nunc explicatos extrà ſitum exhibet, & ſimul nonnullos ipſis ſubiacentes demonſtrare aggreditur. Primum quoque thoracem extendentium eodem pacto euolutum, diſtinctè proponit: ſecundum autem thoracis, & lumborum tenſorem, in ſuo adhuc ſitu iacentes repræſentat.*

A A Primum par caput extendentium, ſiue Triangulare, aut Splenium eleganter euolutum, vt eius interna facies, & anſulæ, ex coſtis thoracis enatæ, conſpiciantur.

a a a a Anſulæ illæ ſingulari artificio expreſſæ.

B B Secundus caput extendentium, Trigeminus, in ſitu.

C Idem extrà ſitum.

D D Primus ceruicem extendentium in ſuo ſitu cernitur.

E Tertius caput extendentium, ſiuè Rectus maior, in ſitu.

F Circumagentium caput primus, ſiuè Obliquorum ſuperior, nonnihil in ſitu conſpicuus.

G Circumagentium caput ſecundus, ſiuè obliquus inferior, in ſua ſede.

H H I Primus thoracem extendentium, ſiuè Dorſi longiſſimus, extra ſitum, vbi interior eius facies, & anſulæ (æ. æ. æ.) optimè exprimuntur.

æ æ æ

b b Idem totus extrà ſitum, à ſuo principio dependens.

K K Secundum par thoracem extendentium, ſemiſpinatum dictum, in ſuo ſitu.

c c Principium horum ad infimam thorac enatum.

d Finis eorundem ad ſu primam thoracis pertinens.

e e e Duodecim thoracis v

L M N Extenſor lumborum, ſuo ſitu.

L M Ipſius principium.

N N Finis eiuſdem in vlti vertebra.

O Scapula muſculis libe

f Spinæ ſcapulæ.

g Summus humerus, mium, quod vide v pſi oſſi humeri.

h Superior ſcapulæ ang

i Inferior ſcapulæ angu

P P Scapulam occupantes humerum circum

Q Q Muſculi intercoſtale

1 2 3 4 &c. Coſtæ duodecim nun nis deſignatæ, vt muſculi oriantur fiat.

R R Flectentes lumbos S Quadrati dorſi vo

l Principium ipſorum ſede ſpinæ oſſis iliu

m Finis inferiori duod regioni implantatu

S Occipitium, cui caput muſculi inſeruntu

T Os humeri à muſculi datum.

V Os ilium, cui muſculi dum ſeparati incu

X Spina, ſiue appendix

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*CAput mouentium muſculorum qui reſtant, demonſtratio abſoluitur. Semiſpinatus autem dorſi, & Sacer lumborum tenſor, in ſuo ſitu nonnihil explicatus exhibetur.*

| | |
|---|---|
| A | Secundus caput extendentium, extra ſitum. |
| B B | Pr mus ceruicem extendẽs in ſuo loco, nonnihil euolutus. |
| a a a | Tranſuerſi proceſſus vertebrarum thoracis, à quibus anſulis quibuſdam enaſcitur. |
| C C | Tertium par caput extendentium (ſiue Recti maiores) totum in ſuo ſitu conſpicuum cuius principium à ſpina ſecundæ vertebræ e, enaſcitur. |
| D D | Quartum par caput extendentium (ſiuè Recti minores) ex parte, in ſitu tamen ſuo, conſpicuum, cuius principium à tuberculo poſteriore primæ ceruicis vertebræ, ſpinæ aliarum analogo, f. |
| E E | Primum par caput circumagentium, ſiuè Obliqui ſuperiores, in ſitu. |
| F F | Secundum par caput circumagentium, ſiue Obliqui inferiores, in ſitu. |
| G H I | Secundus thoracem extendentium ſiuè Semiſpinatus, in ſuo ſitu. |
| H | Eius principium ab vltima thoracis vertebra enatum. |
| I | Eiuſdem finis, inſertus primæ thoracis vertebræ. |
| b b b | Spinæ vertebrarum thoracis, quibus anſulis ſuis hic muſculus G. H. I. alligatur. |

| | |
|---|---|
| K L M | Lumborum tenſor Sacer dictus, in ſuo ſitu nonnihil euolutus. |
| K L | Principium eius circa oſſis ſacri externam partem, vbi ipſi ſpina cum ilium oſſe connaſcitur. |
| M | Eiuſdem finis acutus, ad duodecimæ Thoracis vertebræ ſpinam. |
| æ | Anſulæ quibus adnectitur vertebris lumborum. |
| N N | Oſſa ilium, à muſculis ſibi adnatis denudata. |
| O O | Scapularum oſſa ſimiliter à ſuis muſculis libera. |
| P P | Flectentes Lumbos Spigelij aliis. Quadrati dorſi. |
| c c | Origo eorum circa oſſis ilium ſedem elatiorem. |
| d d | Inſertio circa inferiorem duodecimæ coſtæ partem. |
| Q | Os ſacrum. |
| R | Os coccygis. |
| S S | Ligamentum primum os ſacrum cum coxendice iungens. |
| T T | Oſſa coxendicis. |
| V V | Oſſa pubis. |
| X X | Foramina oſſium pubis. |
| Y Y | Brachij oſſa nuda à ſuis carnibus. |
| Z Z | Crurum oſſa ſimiliter liberata à partibus adnexis. |
| 1.2 &c. | Duodecim coſtæ Thoracis. |
| e | Spina ſecundæ ceruicis vertebræ. |
| f | Tuberculum poſterius primæ ceruicis vertebræ, ſpinæ aliarum vertebrarum analogum. |
| g | Connexio oſſis ſacri cum oſſe ilium. |


A
B
O
Y
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
G
P
N
K
T
Z
H

# TABVLÆ VII. EXPLICATIO.

*OMnibus, caput, thoracem, ac lumbos extendentibus muſculis, finem imponit.*

| | |
|---|---|
| A A | Tertium par caput extendentium, (ſiuè Recti maiores) extrà ſitum dependens, vt quartum par huic ſubiacens (BB) integrum cernatur: |
| B B | Quartum par (ſiuè Recti minores) integrè in ſitu conſpicui. |
| C | Circumagentium caput primum par, ſiue obliqui ſuperiores, in ſitu. |
| D D | Circumagentium caput ſecũdum par, ſiuè Obliqui inferiores. Ex his dexter in ſitu totus cernitur, ſiniſter extrà ſitum. |
| E | Quidam capitis ac ceruicis muſculi diſſecti, nec ſat benè euoluti. |
| F F | Secundum par thoracem extendẽtium, (ſiuè ſemiſpinati, nonnihil extrà ſitum moti, in quibus |
| æ æ | eleganter anſulæ (æ æ) exprimuntur. |

| | |
|---|---|
| a a | Principium horum muſculorum ad infimam thoracis vertebram. |
| b | Finis eorundem ad primam thoracis vertebram. |
| c c | Duodecim thoracis vertebrarum proceſſus poſteriores, ſiue ſpinæ. |
| G G | Lumborum tenſor, Sacer cognominatus, extrà ſitum nonnihil ductus. |
| d d | Anſulæ, quibus annectitur vertebris lumborum. |
| H H | Oſſa ilium. |
| e e | Spina, ſiue appendix oſſis ilium. |
| I I | Oſſa ſcapularum. |
| L | Os ſacrum. |
| M | Os coccygis. |
| N N | Oſſa coxendicis. |
| O | Oſſa pubis. |
| P P | Foramina oſſium pubis. |
| Q Q | Ligamentum, os ſacrum coxendicis oſſi coniungens. |
| R R | Flectentes Lumbos, Spigelij. |
| f f | Principium horum. |
| g g | Finis eorundem. |
| 1 2 3 4 &c. | Duodecim coſtæ. |

# TABVLÆ VIII. ENODATIO.

*Poſt Capitis ac Thoracis muſculos, quinque tabulis, quinq; muſculorum abdominis paria nunc demonſtrantur, in quibus in primis neruorum inſertiones, ac fibrarum ductus, elegantiſſimè exprimuntur. Ex his præſens, quæ octaua numero eſt, dextrum obliquè deſcendentium in naturali ſuo ſitu repræſentat, tanquam eum, qui ablatis communibus integumentis primus ſe offerre ſolet.*

AAA Reſectis communibus integumentis à clauiculis ad inguina vſque hoc loco ſegmentum cutis in thorace relictæ proponitur.

B Portio abducentis humerum latiſſimi muſculi, quem vulgò Aniſcalptorem appellant.

C Eiuſdem abducētis humerum alia portio, nonnihil ad oſtendendum ductum ſuarum fibrarum inuerſa.

D Humerum abducens, Pectoralis dictus, in ſuo ſitu, in dextra parte totus conſpicuus.

E Huius ſocius in ſiniſtro latere, ex parte conſpicuus.

F F Quinti ſcapulæ muſculi, quem Serratum maiorem appellant, portio. In hoc digitatus ille à coſtis exortus elegantiſſimè perſpicitur.

GHIK LM Primus muſculorum abdominis, quem ab aliquo fibrarum proceſſu, obliquè deſcendentem vocant, in ſuo ſitu pulcrè expreſſus.

G G Principiū huius muſculi carnoſū, è parte inferna coſtæ ſextę, ſeptimæ, octauę, & nonæ enatum, ac pectinatim (aaaa) cum ſerrato maiore connexum.

H Pars altera principij eiuſdem muſculi, quæ à ligamento è tranſuerſis proceſſibus vertebrarum lumborum enato, exoritur.

I Pars tertia principij, quæ à dimidia oſſis ilium appendice, ſiue ſpina, egreditur

æ Neruoſa eſt illa exilitas muſculi pectoralis, quæ ſæpe deſideratur: cùm verò adeſt, adnaſcitur foris principio huius muſculi.

K K K Hic deſinit carnoſa huius muſculi moles, incipit autem Tendo, qui vſq; in lineam candidam expanditur. Cæterùm notāda hic eſt ſemilunaris linea, (bb) a Spigelio ſic vocata, quæ tamen ſequenti tabula elegantiùs expreſſa eſt.

L L L Tendo obliquè deſcendentis, ſupra rectos abdominis muſculos, ad lineam candidam excurrens, quem vide, vt artificioſè expreſſus eſt, quò ſubiacentes recti muſculi, & eorum interſectiones tranſparentes conſpiciantur.

MMM Linea candida vocata, in quam hic Tendo inſeritur.

NNN Interſectiones rectorum muſculorum, quarum duæ ſuprà, vna infrà vmbilicum (O) conſpicuæ ſunt, hoc loco per tendinem obliquum elucentes.

O Vmbilicus, circa quem tendines muſculorum tùm obliquorum, tùm tranſuerſorum perforati ſunt.

P P Oſſis ilium ſpina, ſiue appendix, à qua portio tertia obliquè deſcendentis (II) enaſcitur.

Q Q Capita aliquot muſculorum tibiam mouentium, quæ hic eminent.

R Glandulæ inguinales, quæ in lue venerea ſolent intumeſcere, vnde Bubones Venerei dicuntur.

S S Foramen in obliquè deſcendentis muſculi tendine, per quod proceſſus peritonęi & in his contenta vaſa ſpermatica vtrinque prodeunt.

T Corpus penis.

V V Productiones duæ, ſeu proceſſus peritonæi, vaſa ſpermatica circumveſtientes, ex abdomine in ſcrotum deſcendentes. Hæ ſunt illæ, quibus dilatatis aut ruptis, herniæ contingunt.

X X Cutis quæ ſummum crus inueſtiebat, hoc loco reflexa.


A
A B
F
D
K
N M
C
K
H
N O
K
L
Q P
X
R
X
T

*OBliquè deſcendentem abdominis muſculum, præcedente figura in ſuo ſitu exhibitum, præſens extrà ſitum, & non niſi ſuo principio corpori adhærentem, proponit, vt eius interna facies conſpiciatur. Præter hunc Obliquè aſcendentem in dextro latere demonſtrat, eiuſq; verum ſitum perbellè exprimit.*

**A A A A** Obliquè deſcendẽtis muſculi, extrà ſuum ſitum remoti, principium, in quo accurata elegantia plurium neruorum inſertio (cõtrà quorundam Authorum opiniones) oſtenditur, & fibrarum obliquus ductus inſinuatur.

**B B B** Corpora coſtarum.

**1. 2. 3. 4.** Nerui, qui ſub ſingulis coſtis in obliquè deſcendentem muſculum diſtribuendi egrediuntur.

**C C C** Pars carnoſa, ſiue Venter obliquè deſcendentis muſculi hic deſinit, incipit autem eiuſdem tendo, ſiuè finis membraneus.

**D** Foramen in tendine huius muſculi, per quod vaſa ſpermatica in teſtes, & ſcrotum tranſmittuntur.

**E E** Muſculus Obliquè aſcendens, in ſuo ſitu, cuius fibras ad ſuperiora excurrentes ſculptor quam optimè inſinuauit.

**F F** Principium carnoſum obliquè aſcendentium muſculorum, ab oſſis ilij ſpina, ſiuè appendice, (G.G.) enatum.

**G G** Spina, ſiuè appendix illa oſſis ilium, à cuius interna ſede pars huius muſculi exoritur.

**a a** Fibræ obliquè aſcendentis muſculi ſurſum excurrentes.

**H H H** Linea ſemilunaris à Spigelio dicta, circa quam tendines obliquorũ abdominis muſculorum incipiunt.

**I I I I** Recti muſculi, ſub tendinibus muſculi obliquè aſcendentis tranſparentes. Hic tamen his characteribus ipſorum carnea pars potiſſimùm inſignita cernitur.

**b b b** Interſectiones muſculorum rectorum, ex quibus duæ ſuprà vmbilicum N reperiuntur vna infra.

**K K** Productiones peritonæi vaſa ſpermatica inuoluentes, & in ſcrotum (P.P.) deſcendentes.

**L L** Perforationes, vt priùs in Deſcendentis muſculi tendine, ſic hic in Aſcendentis, & Recti fine cernuntur, ad vaſorum ſpermaticorum egreſſum.

**M** Glandulę inguinis hic omnihò nudæ ac detectæ.

**N** Vmbilicus.

**O O** Linea candida abdominis.

**P P** Scrotum.

**Q** Penis, ſiue Mentula.

**9. 10. 11. 12.** Inferiores quatuor coſtæ, ex quibus duę infimæ finem obliquorum aſcendentium muſculorum ſuſcipiunt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ DECIMÆ ENODATIO.

*Rectos & Pyramidales abdominis muſculos, vnà cum obliquè aſcendentibus, in ſuo proprio ſitu poſitos, ad viuum exprimit.*

**A A** Cutis cum pinguedine hoc loco reſecta & eleuata.

**B** Muſculus pectoralis ex infima parte, ſublata cute, in ſuo ſitu conſpicuus.

**C** Extremitas pectoralis reuoluta, vt recti muſculi, ſub ipſo latentis, ſummum principium rectius appareat.

**DDDD** Recti abdominis muſculi, in ſuo ſitu, quorum carnoſa moles potiſſimùm his literis inſignita eſt.

**aabb** Duo extrema horum muſculorũ, ex quibus a inferius eſt: b, ſuperius.

**EEEE** Interſectiones rectorum muſculorum, ex quibus duæ ſuprà, vna infrà Vmbilicum (G) eſt.

**FFF** Linea candida, in qua diſtantia muſculorum rectorum inter ſe notanda, infrà, quàm ſuprà Vmbilicum, minor.

**G** Vmbilicus, in quem muſculorum Pyramidalium tendo (d) huc vſque interdum aſcendens, inſeritur.

**H** Locus in quo Pyramidalium muſculorum tendo (d) plerumque deſinere, & in tranſuerſorum tendinem implantari conſueuit.

**II** Muſculi Pyramidales.

**c** Principium eorum, quod ab externo pubis oſſe oritur.

**d** Tendo muſculorum pyramidaliũ.

**K K** Productiones peritonæi, cum vaſis ſpermaticis, quæ in ſe continent, ad ſcrotum (Q.Q) deſcendentes.

**LLLL** Muſculi obliquè aſcendentes, in ſuo ſitu conſpicui.

**M M** Tendinis obliquè aſcendentis ea pars, quæ rectum muſculum integebat, hic ab eo ſeparata, & retrorſum reflexa oſtenditur.

**NNN** In ſiniſtro aſcendente muſculo tendo hic amputatus eſt.

**O O** Spina oſſis ilium, vnde obliquè aſcendentes enaſcuntur.

**P P** Muſculi intercoſtales.

**Q Q** Scrotum.

**R** Muſculi quidam ilium oſſibus inſtrati.

**S** Oſſa pubis.

**8.9.10.** 11.12. Quinque inferiores coſtæ.


TAB. X.
I.

# TABVLÆ VNDECIMÆ EXPOSITIO.

*Abdominis Oblique aſcendentem, & Rectum dextri lateris muſculum, extra ſuum locum remotos demonſtrat, vt interna ipſorum facies nunc conſpiciatur: ſimul Transverſos eiuſdem muſculos, tum portionem peritonæi, vt in ſuo adhuc ſitu iacent, proponit.*

AA Muſculi oblique aſcendentis in altum extra ſuam ſedem ſublati interior facies carnoſa.

BB Eiuſdem muſculi tendo, antequam ad rectos perueniat.

CCDD Duplicatura tendinis modo dicti: cuius ea pars, quæ literis DD, ſignata eſt, interiorem partem Recti muſculi: ea verò, quæ CC pro ſigno habet, & reuoluta eſt, exteriorem veſtiebat.

EE Muſculi pectoralis extremitas, vna cum cute inverſa.

F Cartilago enſiformis.

GH Vaſa mammaria dicta, quæ à mammis ſub ſterno deſcendunt, & ad latera cartilaginis enſiformis egreſſa, per Rectos abdominis muſculos excurrunt. G denotat venam; H verò arteriam.

IIII Rectus muſculus in dextro latere è ſuo ſitu remotus, vt eius interna facies conſpiciatur.

KKKK Rectus muſculus ſiniſtri lateris, ſitum ſuum adhuc tenens.

a Interſectiones muſculorum rectorum.

LM Rami Iliaci, tum Venæ cauæ, tum Arteriæ aortæ, à quibus propagines duæ prodeunt, (quas epigaſtricas appellãt) per Rectorum muſculorum internam faciem aſcendentes, quæ mammariis obviam progrediuntur, & ſic invicem anaſtomoſin (N) faciunt, L arteria eſt, M vena.

N Exprimitur anaſtomoſis illa notatu digniſſima, quam vaſa mammaria & epigaſtrica coeuntia hoc loco, invicem conſtituunt.

OOO Ramuli harum venarum, quæ in ſubditas partes diſtribuuntur.

PP Earundem arteriarum ſoboles, eodem tendentes.

QQQ Muſculus transverſalis abdominis in vtroque latere in ſitu conſpicuus.

℞ RR Dextri tranſverſalis extrema portio, ſuperne (℞) adhuc carnoſa, inferne (RR) iam in tendinem mutata.

SSS Peritonæi tunica, quam inteſtina his locis attollunt, & inæqualem reddunt.

TT Muſculi Pyramidales in ſuo vtrinque ſitu.

b Tendo muſculorum pyramidalium.

V Deſignatur locus, circa quem vt plurimum tendo hic finitur, nonnunquam tamen, (quemadmodum & hic expreſſum id eſt) ad vmbilicum vſque aſcendit.

X Vmbilicus.

YY Spina, ſive appendix oſſis ilium.

ZZ Teſticuli, ſcroto, & cæteris involucris exempti, à vaſis ſpermaticis dependentes.

cc Foramina tendinum muſculorum abdominis, per quæ vaſa ſpermatica ad teſtes vadunt.

dd Productiones peritonæi, vaſa ſpermatica ad teſtes deducentes.

eee Coſtæ Thoracis.

ff Cutis ab infimi ventris ſede abſciſſa, & dependens.

# TABVLÆ DVODECIMÆ EXPOSITIO.

*TRanſverſorum abdominis muſculorum vtramq; faciem, tam eam quæ foris cernitur quàm quæ intus latet, in conſpectum profert: magnam quoque Peritonæi partem proponit, & ea, quæ de rectis muſculis reliqua erant demonſtranda, abſolvit.*

| | |
|---|---|
| AAA | Rectorum muſculorum, inferiore ſuo extremo, C, à corpore dependentium, interior facies. |
| B | Alter rectorum dimidia parte abſciſſus. |
| C | Recti muſculi inferius extremum, pubis oſſi adhuc adhærens, circa quod egregiè Vena & Arteria ex Iliacis ramis in hos muſculos derivata, cernitur. |
| a b | Vaſa mammaria, quæ à pectore muſculis rectis tribuuntur, a Vena eſt: b Arteria. |
| c d | Vaſa epigaſtrica, à ramo iliaco orta. ex his c Venam; d Arteriam ſignificat. |
| D | Coniunctio vaſorum à mammarijs & ramis iliacis prodeuntium, qualis in maribus ut plurimùm ſemper eſſe conſueuit. |
| EEE | Pyramidales muſculi abſciſſo tendine, à ſuo fine, ad ima reflexi, dependent. |
| FFFF | Totus tranſverſalis muſculus in ſuo ſitu adhuc poſitus, cuius externa facies, & tranſverſæ fibræ admodum pulchrè videntur. |
| ee | Principium eius primum, nerveum ac membranoſum, à ligamento è tranſverſis vertebrarum lumborum proceſſibus enato, exortum. |

| | |
|---|---|
| ff | Principium ejuſdem ſecundum, carnoſum, ab interioribus coſtarum notharum finibus eductum. |
| gg | Tendo eiuſdem peritonæo adnatus. |
| GGG | Nervi, quos Spinalis medulla trãſverſo muſculo impertit, hic quamoptime expreſſi. |
| HHH | Propagines Venæ & Arteriæ rectorum muſculorũ, quæ tranſverſo muſculo tranſmittuntur, hoc loco, ob illorum remotionem neceſſariò abſciſſæ. |
| IIII | Idem tranſuerſus muſculus extra ſitum ad latus tenditur, ut interior eius ſtructura pateat. in hoc ſimiliter nervi GG expreſſi ſunt. |
| h h | Tendo eiuſdem muſculi tranſverſi extra ſitum locati. |
| KKK | Pars peritonæi, cui transverſalis hic muſculus immediatè adhæſit. |
| L | Vmbilicus. |
| MMM | Reliquiæ lineæ candidæ, in quam tendines utriuſque lateris muſculorum concurrentes, vniti inſerebantur. |
| NNN | Coſtæ. |
| OOO | Muſculi intercoſtales. |
| PP | Segmentum partium coſtas integentium. |
| Q | Spina oſſis ilium. |
| R | Muſculi quidam oſſibus ilium adnati indiſtinctè conſpicui. |
| S | Os pectoris, ſive ſternum. |
| T | Cutis, à partibus ſubjacentibus liberata, & à corpore depẽdens. |


TAB. XII.
I 3.

# TABVLÆ DECIMÆ TERTIÆ DECLARATIO.

*Diaphragma in ſuo ſitu proponitur, tum oſſa, ac muſculi, qui exemptis Viſceribus, & inteſtinis, in imo ventre ſub aſpectum venire ſolent, ſimul omnes depicti oſtenduntur.*

A α β Oſtenditur connexio Diaphragmatis. Anterius enim alligatur cartilagini enſiformi A: à lateribus, coſtarum ſpuriarum extremis, & toti duodecimæ coſtæ, α: poſterius, undecimæ dorſi vertebræ. β

B B Circulus nerveus, qui Diaphragmatis principium eſt.

a a Fibræ ad circumferentiam excurrentes.

C C Circulus carneus diaphragmatis, qui circumcirca thoraci adnaſcitur.

D Centrum Diaphragmatis.

E Foramen dextrum, per quod Vena cava aſcendit.

F Foramen ſiniſtrum, dextro maius & poſterius, quod Oeſophago cum duobus nervis ad ventriculum deſcendenti, tranſitum præbet.

G G Proceſſus duo diaphragmatis carnoſi, hinc inde ad vertebrarum corpora inſerti, per quorum medium arteria magna, & vena ſine pari excurrunt.

H Arteriæ magnæ truncus.

I Vnio duorum proceſſuum G. G. & inſertio in lumborum vertebras.

K K Vaſa phrenica, per diaphragma ab arteria magna, & vena cava diſperſa.

L Nervi à ſpinali medulla cervicis per diaphragma diſſeminati.

M M Primum par muſculorum femur flectentium, quos Lumbales Anatomici vocant, Hippocrates ψόας.

b c Principium horum b. Finis, c.

N N Flectentes lumbos Spigelij, alijs Quadrati dorſi vocati.

d d Principium eorum à ſpina (S) oſſis ilium, (P)

e e Finis eorumdem inferiori duodecimæ coſtæ ſedi implantatus.

O O Os ſacrum cum ſuis Vertebris.

P P Coſta, ſive interna cavitas oſſium ilium.

Q Q Oſſa coxendicis, quibus caput femoris infernè connectitur.

R Oſſa pubis, non omninò à cute libera.

S S Spina, ſive appendix oſſium ilij.

T Cavitas illa, ab Anatomicis Pelvis dicta, in qua veſica & uterus ſedem ſuam habent.

V V Lumbi.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# EXPLICATIO.

| | |
|---|---|
| | *PRima hæc eſt Tabula earum, quæ muſculos ad Artus pertinentes demonſtrant. Exhibet autem aliquot, ſed inprimis primum, ſecundum, & tertium Scapulæ muſculum.* |
| AAA<br>a b c d | Primus ſcapulæ muſculus, Cucullaris dictus in ſuo ſitu: a, b. primum ipſius latus eſt in occipitio, tranſverſum: b. d. ſecundum, per ſpinam repens, adnatum omnibus colli, & octo ſuperiorum thoracis ſpinis: a. c. tertium, quod per ſummum humerum deſcendit: c. d, quartum latus. |
| œ œ | Fibræ, ex quibus æ rectas, œ œ obliquas denotat, partim aſcẽdentes, partim deſcendentes. |
| BB | Huius muſculi ſocius, in dextro latere extra ſitum poſitus, vt ejus interior facies compareat. In hoc notandus eſt Venter, his iiſdem (B.B.) literis notatus, qui compluribus diverſis fibris conſtat. |
| e e e | Membranoſum ipſius principium quam optimè oſtenditur. |
| f | Tendo, & finis huius muſculi, qui in ſcapulam inſeritur. |
| C | Secundus ſcapulæ muſculus, Levator dictus, à Spigelio patientiæ muſculus. Huius hic ventrem & inſertionem nota: in decima ſeptima verò figura (A) capita ſigillatim è vertebris |

| | |
|---|---|
| | ena |
| g | Huius |
| | du |
| h | Eiuſd |
| | ſca |
| DD | Terti |
| | boi |
| | pa |
| | pa |
| | pti |
| EFF | Muſc |
| | inc |
| | oſt |
| | ſup |
| GGGG | Terti |
| | cer |
| | ptc |
| | ma |
| | pi |
| HH | Cutis |
| | pe |
| I | Muſc |
| | te |
| L | Scap |
| M | Pars |
| | hu |
| | ve |
| N | Baſis |
| OP | Duo |
| | b |
| Q | Muſ |
| | d |
| RR | Port |
| | a |
| | n |


TAB. XIV.

# TABVLÆ DECIMÆ QVINTÆ EXPLICATIO.

QVartum ſcapulæ, & duos priores humeri muſculos continet.

A Quartus ſcapulæ muſculus, Abducens, in ſuo ſitu.

æ æ Principium ipſius à ſecunda, tertia, quarta, & quinta coſta.

œ Tendo eiuſdē, qui iuxta proceſſum anchoriformem ſcapulæ implantatur.

B Primus humeri muſculus, Adducens, ſive Pectoralis, in ſuo ſitu exiſtens.

a b c Fibræ ipſius diverſæ, ex quibus a, aſcendentes: b deſcendentes: & c, transverſas, à tribus veluti principiis exortas, demonſtrat.

C Dimidium ſcapulæ, à qua pectoralis muſculus parte ſuperiore exoritur.

DD Sterni extremitates, à quibus idem parte inferiore ortum trahit.

d Tendo eiuſdem muſculi, quem vide, vt inter Deltoidem (FFF) & Bicipitem (V) implantatur.

E E Idem muſculus extra ſitum, tendine ſuo humero adhærens.

FFF Secundus humeri muſculus attollens, Deltoides, & Deltiformis dictus, qui hic in ſitu ſuo conſpicitur.

e Tendo eiuſdem oſſis humeri (T) medio, inſertus.

G Claviculæ anterior pars, ad quam hic muſculus non pervenit.

H H Idem muſculus, ſed extra ſitum, in quo notandæ ſunt fibræ carneæ his literis deſignatæ.

I Tendo huius muſculi brevis, ſed rotundus.

K Vena, Cephalica dicta, per has partes deſcendens, ob quam inter hunc ſecundum humeri muſculum, & primum cubiti, fonticuli à Medicis inuruntur.

LM Primus cubitum flectentium, Biceps dictus, in ſuo ſitu.

L Primum caput huius muſculi, adhuc in ſuo canali deliteſcens.

f g Ligamentum quod oſſeo iſti humeri canali obductum erat, ad primi capitis tutelam, in longum hic diſciſſum, vt ipſum principium in canali poſitum cernatur.

M Venter Bicipitis cubiti muſculi, hoc loco eminens.

NNN Alii cubiti muſculi hoc loco detecti, omnes tamen in ſuo ſitu, iacentes, ſequentibus figuris explicandi.

O Dimidium claviculæ, qua parte latior eſt.

PPPP Coſtæ veræ ea parte, qua in cartilagines ſingulæ deſinunt, conſpicuæ.

QQ Duo Recti abdominis muſculi in ſuo ſitu.

†††† Interſectiones nervoſæ rectorum. Sed nota expreſſas hic eſſe quatuor, vt ſolent inveniri quandoque in iis, quibus eſt longus venter, cum alias tres tantum eſſe ſoleant.

R Pars ſiniſtri muſculi Recti abdominis elevata & reflexa, quæ primo humeri muſculo incubuerat.

SSS Muſculi intercoſtales.

TT Humeri os denudatum.

h Sedes ea oſſis humeri, circa quam muſculi, ipſius motibus rectis dicati, inſeruntur.

V Primus cubitum flectentium, Biceps, (in ſiniſtro latere literis L.M. demonſtratus,) nonnihil extra ſuum ſitum poſitus, repræſentatur.

i l Geminum ipſius caput i, primum eſt: l, ſecundum.

m Finis eiuſdem tendineus.

X Secundus cubitum flectentium, Brachieus dictus in ſua ſede.

n Principium eius circa oſſis humeri ſedem (h,) in quam tendines muſculorum humeri deſinunt.

Y Primi cubitum extendentium nonnulla portio.

Z Secundi cubitum extendentium quædam portio.

o Vmbilicus.

# TABVLÆ DECIMÆ SEXTÆ ENODATIO.

*Tertium humeri muſculum, ſivè abducentem & latiſſimum oſtendit: Obiter tamen eleganter primum par Scapulæ, Cucullare dictum, in ſuo ſitu demonſtratur.*

AAA B Primus ſcapulæ muſculus Cucullaris, in ſuo ſitu vtrinq; eleganter expreſſus.

B Eiuſdem muſculi in ſcapulam tendinoſa inſertio.

a b c Triplices huius muſculi fibræ, ex quibus a deſcendentes: b tranſverſas, c aſcendentes denotat.

C C D Tertius humeri muſculus, Abducens, ſivè Latiſſimus, qui hic in ſitu ſuo oppidò quàm benè effiguratus cernitur.

C C Principium huius muſculi.

D Locus ubi tendo ipſius exoritur.

E E E Pinnæ eiuſdem, quibus cum obli-
què deſcende
muſculo iungi

F Tendo ipſe hume
iam ipſi inſere

G G G Muſculi quidam
cumagentes à

H H H Cutis à tergo &
ta, dependens.

I Muſculi nonnu
parte denudat

K Spina oſſis ilium.

L Occipitium.

M N O Scapulæ baſis.

M Angulus ſcapulæ

O Angulus ſcapulæ

P Quartus ſcapul
ſitum depend

Q Muſculi quidam
ſervientes, a

R Cutis collum in

TAB. XVI.



*cundum, & tertium ſcapulæ paulo explicatius quam Tabulæ ſuperiores; tum eum, cuius inuentionem Placentinus ſibi tribuebat, & octauum humeri faciebat.*

A Secundus ſcapulæ muſculus, Leuator dictus, è ſitu proprio remotus, & à ſcapula, cui inſeritur, abſciſſus, vt eius principium euidentius compareat.

1 2 3 4 Principia quatuor huius muſculi.

B B Tertius ſcapulæ muſculus, Rhomboides, vtrinque in ſuo ſitu totus conſpicuus.

C C C C Spinæ vertebrarum, à quibus Rhomboides oritur. Sunt autem tres inferiorum colli, totidemq; ſuperiorum thoracis.

D D Baſis ſcapulæ in quam idem inſeritur.

E Quartus humeri muſculus, Rotundus, extra ſitum quidem, ſed vtrinque adhuc ſuis partibus hærens, cuius principium æ.

æ

F Quintus humeri muſculus, ſiue Superſcapularis ſuperior, in ſitu.

G Sextus humeri muſculus, ſiue Superſcapularis inferior, ſimiliter in ſitu.

a Muſculus peculiaris, à nemine adhuc annotatus cuius inuentionem Placentinus ſibi tribuebat, octauum humeri muſculum conſtituens. Eſt autem totus carnoſus, principio acuto, ex infimo ſcapulæ angulo enaſcens, qui poſtea magis magiſque ad me-

nne in ligamentum, quo in put obvolutum eſt, deſinit. niſtro latere (a) in ſuo ſitu

b dextro (b) extra ſitum rei

H Caput dextri humeri.

I I Scapula dextra, à qua omne remoti ſunt, nuda compar

K K Spina Scapulæ.

c Summus humerus.

d Superior ſcapulæ angulus.

e Inferior ſcapulæ angulus.

L Quintus humeri muſculus ex

M Sextus humeri muſculus extr

N N Tertius humeri muſculus Abd tra ſitum.

O O Ipſius principium latiſſimum nosum.

P Pinnę quibus hic muſculus cur lo abdominis oblique deſ iungitur.

Q Finis, ſiue tendo eiuſdem mu humero inſeritur.

R R Muſculi quidam humero circ

S S Muſculi caput extendentes, huc indiſtincti.

T Primus cubitum extendentiu hil extra ſitum.

V Os humeri.

X X Cutis à dorſo detracta.

Y Y Membrana muſculorum dorſ tegentium craſſiuſcula non

Z Clauicula, quæ ſummo hum nectitur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ DECIMÆ OCTA
## DILVCIDATIO.

*Complures, ac diverſos muſculos Tabula hæc demonſtrat. Septimum inquam humeri, Subſcapularem dictum, quintum ſcapulæ, ſive Serratum maiorem, Subclavium, & Intercoſtales.*

A B Coſta inferior ſcapulæ, à thorace & coſtis nonnihil elevatæ, vt muſculus in cavitate ſcapularum latens, conſpiciatur.

C C Septimus humeri muſculus, Subſcapularis, totam ſcapulæ cavitatem quæ coſtas reſpicit, adimplens.

D D Quintus ſcapulæ muſculus, Serratus maior vocatus, in quo fibræ

a a a a ipſius (a.a.a.a.a.) ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſtipati, à quibus etiam cognomen invenit, diligenter obſervandæ.

b b Scapulæ baſis interior, cui ſerratus maior inſeritur.

E Quartus Scapulæ Adducens, ſive

Serratus mi
conſpicuus.

F Muſculus Subcl

c d Huius principiu
ſta eſt; d, finis

G Clavicula.

HHHH Coſtarum part

1.2. &c. Numeri coſtar
centes, vt à q
ior exoriatur
Inſcripſimus
interſectione
rum pars H.
nea I.I. iungi

IIII Coſtarum part

KKKK Muſculi interc

L Cutis à thorac
dens.

M M Sternum, ſive c

N Muſculi cubit
huc in ſuo ſi
ponuntur.

O Summus hum
clavicula Ga


TAB: XVIII.

# TABVLÆ DECIMÆNONÆ EXPLANATIO.

*Quatuor cubiti muſculos, tum eum, cuius inuentionem Placentinus ſibi vendicabat, nonum humeri conſtituens, continet.*

A A Partes cutis quæ thoracem tegebant.

B B B Coſtæ.

a a a Muſculi intercoſtales.

C C Os pectoris, ſiue ſternum.

D D Clauiculæ.

E E Nervi à collo ad brachium deſcendentes, hoc loco abſciſſi ſunt.

F Proceſſus ancoriformis ſcapulæ, à quo primus cubitum flectentium, Biceps vocatus, naſcitur.

b Summus humerus.

c Sinus ſcapulæ, humeri caput excipiens, à cuius elatiore ſupercilio primum, primi cubitum flectentium, (G) caput (H) naſcitur.

G Primus cubitum flectentium ſiniſtri lateris, Biceps appellatus, quod gemino ac diſtincto capite, ſiue principio à ſcapula prodeat, in ſuo ſitu conſpicuus.

H Primum principium, ſiue caput Bicipitis, tendineum ac teres, quod à ſuperiore acetabuli ſcapulæ ſupercilio enatum, fiſſuram in humeri oſſe, eius gratia exſculptã trãſit.

d d Vide vt eleganter hoc loco ſculptor ligamenta articuli humeri, & potiſſimum initium primi huius capitis, (H) ſub ipſis deſcendens, & nonnihil transparens, inter duos hos characteres medio intervallo expreſſerit.

e e Duo labia diſciſſi illius ligamenti, quod ad tutelam huius principij, fiſſuræ oſſis humeri, ſiue canali, adnatum erat.

I Alterum caput Bicipitis, priore latius, partim ex carne, partim ex tendine conſtans, à proceſſu ancoriformi (F) ortum.

K Concurſus duorum capitum, vbi ventrem Bicipitis (G) efformant.

f Tendo muſculi Bicipitis, qui ab imperitis Chirurgis in Venæ ſectione ſæpe periculoſè vulneratur.

L Interior ſecundi cubitum flectentium muſculi extremitas, nonnihil eminens.

M M Principia internorum cubiti muſculorum, ex parte detecta.

N Portio carnoſa, cuius mentio à Spigelio in hiſtoria Bicipitis facta eſt: quam Placentinus huius Tabulæ auctor, pro peculiari muſculo habuit, nonumq; humeri conſtituit, Perforatum appellans. Voluit enim oriri hunc ab ſcapulæ proceſſu ancoriformi (F) & iuxta Deltoidis tendinem, & in humerum internum circa mediũ implantari.

g Principium (g) ipſi eſſe neruoſum & breve, ventrem (N) oblongum ſatiſq; corpulentum: tendinem denique (h) validum

h & robuſtum: Cæterum eius venter (N) perforatus eſt, pro tranſitu neruis (O) qui ad cubiti muſculos diſtribuuntur largiendo. Muſculus hic in vtroq; latere littera N inſignitus inuenitur, ſed in dextro latere diſtincte cernitur, at extra ſitum: in ſiniſtro autem, qualiter ſe in diſſectionibus, antequam ſeparatus eſt, offerre conſueuit.

O Nervus per dicti muſculi ventrem tranſiens.

P Primus cubitum flectentium, Biceps muſculus, ex ſuo loco in dextro brachio in ſublime nonnihil eleuatus.

i l Geminum ipſius principium, ſive caput. i primum eſt, l ſecundum.

m Eiuſdem tendo neruoſus.

Q Propago nerui quam muſculus hic ad motum accepit.

R Secundus cubitum flectentium, Brachiæus, in ſuo ſitu.

n Principium eius carnoſum latumq; ab oſſis humeri eà ſede, cui humerum recto motu cientes muſculi implantantur: hoc Tabula XV. litera h notatum inuenies.

o Tendo eiuſdem in vlnæ ac radij partem (qua ambo colligantur) anteriorem, & articuli ligamentum, deſinens.

S S Primus cubitum extendentium muſculus, deorſum ab humero dependens.

p q Duo ipſius principia, ſiue capita, illud nerueum, hoc carnoſum eſt.

r Eiuſdem tendo nerueus in poſteriorem proceſſum cubiti, ſiue olecranon (u) implantatus, ſede interna.

T Secundus cubitum extẽdentium, in ſuo ſitu.

ſ Principium eius neruoſum à cervicis humeri ſede poſteriore.

t Finis eiuſdem in olecrani, externam ſedem deſinens.

u Proceſſus cubiti poſterior, olecranon dictus.

V Quartus ſcapulæ muſculus, Serratus minor, extra ſitum.

X Portio tertij muſculi humerum mouentium, quem Abducentem ac Latiſſimum diximus hoc loco ad humerum tendens.

Z Quintus ſcapulæ muſculus, Serratus maior vocatus, cui muſculus abdominis obliquè deſcendens ſerratim committitur, principio ſuo nonnihil conſpicuus.

# TABVLÆ VIGESIMÆ EXPLICATIO.

*QVatuor cubiti muſculos, quos præcedens Tabula demonſtravit, præſens maiori paulum forma depictos, exhibet. Sunt autem omnes extra ſitum nonnihil moti, vt eorum origines & inſertiones rectius cernantur.*

## FIGVRA I.

| | |
53 54 2 Interim ſedi prof moris pr facile pri

56 57 2 *Tertius cruri* tores mu qua port implicat quæ in ti tertium i

61 2 *Quartus*, id neruus, cutem n lorum à digeritu ſtenti tri mium ex euntes. riora, in rem ſcili

68 2 *Exterior ram* ditur, ex pedis lat bulæ cu cens ſur ſedem ſ ius 71, ſe

72 73 2 *Interior ram* ſedem v tus ſub cutem ſ ctā. *Ali* ſecedit commi abſumi nemiur Reliqu malleol rum di culos d

TAI

H cund bent monj comr earui


TAB III
FIG. III.
FIG. I.
FIG. II.

# TABVLARVM LIBR[...]
## EXPLANAT[...]

*PRoponuntur in his Tabulis omnes infimi Ventris partes, eo ordine, quo in Diſſectionibus occurrunt conſpiciendæ, vt quilibet ex ipſis ſuo marte & induſtria Anatomiam adminiſtrare, & vniuerſam imi ventris hiſtoriã queat addiſcere. In his peculiariter obſeruatum eſt, vt non tantum exterior ſingularum partium facies, quod ab alijs Anatomicis factum eſt: ſed etiam intimiores particulæ omnes apertæ demonſtrentur.* E E E E

F F F F

G G

## TABVLÆ PRIMÆ.

H H H

*QVatuor vniuerſalia noſtri corporis tegumenta, Cuticulam, Cutim veram, Pinguedinem, & Membranam carnoſam, qui in abdominis regione potiſſimum ab Anatomicis demonſtrari ſolent, oſtendit.* I K K K L L L

A Cuticulæ portio, ea ſui parte, qua ſubditæ cuti adhærebat, repræſentatur.

B B C Cutis à cuticula, & pinguedine ſeparata.

B B B Cutis facies interior, quæ pinguedinem reſpicit. MMMM

C Cutis facies exterior, cui cuticula adnata erat, in qua pori conſpiciuntur. N N N

D Membrana carnoſa, quæ licet ſub pinguedine ſitum ſuum habeat, hic tamen ſupra cutem reflexa

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ SECVNDÆ DECLARATIO.

*Remotis quatuor tegumentis communibus, quinque muſculorum abdominis paria in conſpectum ſe proferunt, quæ propterea benignus Lector huc, ex quarto libro, transferre poteſt; cum nobis eò magis pertinere videbantur. His Peritonæum proximè ſubiacet, quod præſens tabula vnà cum naturali ſub ipſo reconditorum Viſcerum ſitu, quæ ob tenuitatem ipſius nonnihil tranſparent, repræſentat.*

**AAAA** Quatuor communia tegumenta decuſſatim diſſecta, & ab imo ventre in vicinas partes diducta.

**BBBB** Muſculi abdominis, eodem modo diſſecti, & ex ſuo loco ad conterminas partes remoti.

**CC** Os pectoris, quod Sternum communiter dicitur.

**D** Cartilago enſiformis cui peritonæum adnectitur.

**EEEE** Peritonæum vniuerſam imi ventris cavitatem obuelans, & ambiens, quod eleganti ingenioſoq; artificio à grypta punctis lineiſq; alternatim ſe excipientibus ſic expreſſum eſt, vt ſubiecta viſcera transparere videantur.

**FF** Hepatis, ſub peritonæo naturalem adhuc ſitum habentis, adumbratio.

**a** Fiſſura in quam Vena vmbilicalis L inſeritur.

**GG** Ventriculi; quantum ob incumbens Hepar videre licet, obſcura effigies.

**HH** Lienis, in ſiniſtro hypochondrio ſiti imago.

**IIII** Inteſtinorum multiplices anfractus, obſcure hic apparentes.

**K** Vmbilicus.

**L** Vena vmbilicalis, quæ, vt exactius cerneretur, à peritonæi involucro liberata exhibetur.

**MM** Arteriæ duæ vmbilicales.

**N** Vrachus, in medio arteriarum, à veſicæ fundo ad vmbilicum aſcendens.

**OO** Venæ portæ propagines, quarum rami ſurſum & deorſum, partim ad Ventriculi fundum, partim ad Omentum diſtribuuntur, ſub peritonæo transparentes.

**PP** Proceſſus peritonæi in quibus vaſa præparantia continentur, tum cremaſteres muſculi, qui ad teſtes in ſcrotum deſcendunt. Hi ſi laxentur, aut rumpantur, Herniam inducunt, deſcendente omento aut inteſtino, vel ad inguina, aut ſcrotum, vnde diuerſæ herniarum differentiæ naſcuntur.

**QQ** Teſtium muſculi, Cremaſteres, ſiue Suſpenſores dicti, ex quibus dexter in ſuo ferè ſitu cernitur, ſiniſter verò ſeparatus dependet.

**RR** Teſtes ſcroto exuti.

**S** Os pubis.

**T** Penis.

**V** Exortus Venæ epigaſtricæ, quæ per Rectos abdominis muſculos ad Vmbilicum aſcendit.

**X** Arteria epigaſtrica dictæ Venæ comes.

**Y** Venæ epigaſtricæ propago quædam.

**Z** Arteriæ epigaſtricæ propago quædam.



# TABVLÆ TERTIÆ DILVCIDATIO.

*ABlatis omnibus imi ventris tegumentis, tàm communibus, quam propriis, Omentum, & viſcera in ipſo contenta, in conſpectum proferuntur.*

AAAA Peritonæi decuſſatim ſecti, & ad vicinas partes remoti, quatuor portiones, in quibus interiorem eius faciem glabram ac læuem videre eſt.

B Cartilago enſiformis.

C C Iecoris gibba pars.

D D Fundus ventriculi, per quem multi Venæ portæ rami diſperguntur: cæterum omento annexus.

E E E Coli inteſtini ea pars, quæ ſub Ventriculi fundo ſita eſt, & ſub Omento, cui alligatur, hic eminet.

F F F F Omentum ad Veſicam vſq; protenſum, in quo numeroſiſſimæ Venę, tum connexio cum Ventriculi fundo, Lieniſque & Hepatis caua parte obſeruanda.

G G Lienis pars ſima, extrorſum nonnihil mota, vt Omenti cum ipſa connexio rectius conſpiciatur.

H Vmbilicus à peritonæo liberatus.

I I Vena Vmbilicalis, quomodo ab vmbilico ſurſum oblique tendens, Hepatis rimam in ſima parte ingreditur.

K K Arteriæ duæ vmbilicales, ab vmbilico ſub veſicæ lateribus deſcendentes.

L Vrachus, à Veſicæ fundo ad Vmbilicum aſcendens.

M Veſicæ vrinariæ fundus.

N Os pubis ablata cute hic conſpicuum.

O Penis cum ſcroto, à corpore dependens.

P P Pars inteſtinorum ab omento nuda.

Q Glandulæ inguinales eleganter conſpicuæ.

R R Portiones cutis, quæ abdomen integebat, reflexæ.

# TABVLÆ QVARTÆ EXPLICATIO.

*Omentum, cum Ventriculo, & Colo inteſtino, quibus adnectitur, duabus hæc Tabula figuris demonſtrat.* PRIMA, *anteriorem Omenti partem, quemadmodum in corpore occurrit diſſecantibus, delineat:* ALTERA, *inverſo Ventriculo, & Colo, poſteriorem partem conſpiciendam exhibet.*

### *Elementorum vtrique figuræ communium Expoſitio.*

AAA Ventriculus, cum ſuis vaſis eleganter conſpicuus.

B Superius Ventriculi orificium, ab œſophago abſciſſum, & filo Anatomicorum more, conſtrictum.

C Inferni orificii ſive Pylori ſedes.

DDD Fundus Ventriculi, ex quo ſuperior Omenti membrana enaſcitur.

E Ductus bilarii in duodenum inteſtinum inſertio.

F Duodenum inteſtinum Ventriculo adhuc continuum, cæterùm à ieiuno reſectum.

G Nervorum ſtomachicorum ſoboles per ventriculum ſparſæ.

### *Reliqua elementa primæ figuræ.*

H Venæ portæ rami in ſecunda figura diſtinctius cernendi.

III Coli inteſtini ea pars, quæ ſub Ventriculo ſita, Omenti membranæ inferiori ortum largitur.

KKK Ligamentum illud in Coli elatiore regione ſitum, quod impedit quo minus eiuſdem cellulæ diſſolvantur.

LLL Omenti membrana inferior, quæ à Colo inteſtino oritur.

MMM Omenti membrana ſuperior, quæ à fundo Ventriculi naſcitur.

NN Venæ portæ rami, per Omenti membranam inferiorem excurrentes.

OO Pinguedo Omenti magno artificio à ſculptore expreſſa.

### *Reliqua elementa ſecundæ figuræ.*

H Venæ portæ ramus qui Coronalis vulgò dicitur.

II Gaſtrica Vena maior, Ventriculi fundum perreptans, è ramo Splenico enata.

KK Gaſtrica Arteria maior, dictæ Venæ ſocia, à Cæliaco ramo exorta.

LLL Colon inteſtinum ſub Omento eminens.

MMM Omenti membrana ſuperior, in qua frequentiores multò, quam in inferiore venæ obſervandæ.



Fig. II.
Fig. I.

# TABVLÆ QVINTÆ DECLARATIO.

*Tabula hæc omnia, quæ circa inteſtina notatu digna occurrunt, complectitur.*

## FIGVRA I.

*Inteſtinorum ſitum, & cum vicinis partibus connexionem demonſtrat.*

A A Ventriculus.
BBB B Hepatis pars cava.
C Veſiculæ bilariæ corpus, in hepatis cavo exiſtens.
D Venæ cavæ truncus, ex hepatis gibba ſede emergens.
E Venæ portę truncus, ex hepatis ſimo originem ducens.
F Arteria Hepati & Veſicæ bilariæ ab Aortæ ramo Cæliaco conceſſa.
G Nervulus in hepatis tunicam à ſexta nervorum cerebri coniugatione diſſeminatus.
H Pori bilarii in ieiuni inteſtini principium inſertio.
I Duodenum inteſtinum è dextro ventriculi orificio enatum.
K Ieiuni inteſtini initium.
L Eiuſdem progreſſus.
MMM Ileon inteſtinum.
N Locus vbi Ileon in Cęcum & Colon deſinit.
O Inteſtinum Cæcum ad dextri renis regionem conſtitutum.
PPPP Inteſtinum Colon in naturali ſitu conſpicuũ.
Q Rectum inteſtinum, & ipſum naturalem ſitum obſeruans.
R Muſculus Sphincter, extremitatem recti inteſtini, quæ Podex dicitur, circulariter amplectens.
SS Duo alii muſculi in rectum inteſtinum, ad id retrahendum inſerti, vnde Ani leuatores vocati.
T Anus, ſeu Podex.
V Vena vmbilicalis.

## FIGVRA II.

*Portionem tenuium inteſtinorum oſtendit, vt vaſorum in ea inſertio conſpiciatur.*

AAA Portio inteſtini tenuis meſenterio adhuc cohærens.
BBB Portio meſenterii, in qua præter membranoſam ſubſtantiam, Pinguedo, Glandulæ, & Vaſa expreſſa.
C Venarum meſaraicarum ſoboles.
D Arteriæ meſentericæ propago.
E Nervulus ad inteſtina tranſmiſſus.

## FIGVRA III.

*Eandem inteſtini portionem exhibet, ſed exteriore, ſeu communi tunica alicubi ſublata, vt interior in conſpectum veniat, & vaſa meſaraica nuda videantur.*

AA Inteſtini, quæ adhuc integra eſt, portio.
BB Inteſtini portio, in qua communis, & externa tunica, à propriis, & internis tunicis diviſa, & elevata eſt, vt vaſorum excurſus, & internarum tunicarum ſubſtantia cernatur.
CCC Media inteſtinorum tunica, ſive propriarum exterior, communi ſublata, nuda hic conſpicitur.
DEF Vaſa meſenterica, D. Vena eſt, E, Arteria, F, Nervus.

## FIGVRA IV.

*Inteſtinorum tunicam intimam, & propriarum ſecundam, quæ in tertia figura nondum comparebat, oculis ſubiicit, vt eius rugæ circulares literis AAA notatæ obſeruentur.*

## FIGVRA V.

*Eandem inteſtini tunicam intimam, ſed à parte interiore oſtendit, neque inteſtino, vt in quarta figura, inflato, ſed ſecundum longitudinem diſſecto, & explicato. Plicæ quoq; literis AAA ſignantur.*

## FIGVRA VI.

*Coli inteſtini initium inflatum demonſtrat.*

A Finis Ilei inteſtini.
B Initium Cæci.
CC Coli inteſtini principium.
D Venæ portæ ramus quidam, ad Colon & Cęcum pertinens.

## FIGVRA VII.

*Eandem Coli partem, ſed inverſam, oſtendit, vt valvula, quæ in principio eſt, conſpiciatur.*

A Ilei inteſtini finis.
B Valvula circularis, cuius cava pars, Colon; convexa, Ileon reſpicit.
C Cæcum inteſtinum.
DD Colon inteſtinum.

## FIGVRA VIII.

*Eandem inteſtinorum partem exhibet, ſed diſciſſam, vt cavitatem internam conſpiciens, Valvulam rectius intuearis.*

A Ilei finis interna ſuperficies.
B Valvula ad finem Ilei, & Coli principium ſita.
C Cæcum inteſtinum.
DD Coli inteſtini diſſecti interior facies.

## FIGVRA IX.

*Inteſtina craſſiora in ſuo ſitu, maiori paulò forma, quàm prima figura, repræſentat.*

A Ilei inteſtini extremitas.
B Cæcum inteſtinum.
CCCC Colon inteſtinum.
D Inteſtinum rectum.
E Vnus ex muſculis anum elevantibus.
F Sphincter.
G Anus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ SEXTÆ DECLARATIO.

*Meſenterium adhuc integrum, ſed extra ſitum nonnihil diductum, monſtrat.*

AAA Omenti membrana inferior, vna cum Colo, ex quo naſcitur, è propria & nativa ſede verſus ſuperiora tracta.

BBB Coli pars, quæ poſt Ventriculum latebat, ſupra hypochondria hic tracta eſt, vt Meſenterium inſpiciatur.

CCC Ligamentum illud Coli inteſtini, quod cellulas, quo minus diſſoluantur, in ſuo ſitu continet.

DDDD Integrum adhuc, ſed in diuerſas partes diductum Meſenterium.

EEE Glandulæ, & corpora glandoſa, quæ hinc inde inter meſenterii membranas, & pinguedinem diſſeminata conſpiciuntur.

FFF Venæ, Arteriæ, & Nervi, meſenterii membrana adhuc involuti, & pinguedini immerſi, vt nonnihil eorum à centro ad circumferentiam progreſſus cernatur.

GGGG Inteſtina, tam tenuia, quam craſſa, promiſcue hic à meſenterio dependentia.

H Veſicæ vrinariæ fundus.

II Arteriæ vmbilicales.

K Vrachus.

L Vmbilicus.


TAB. VI.
A
A
A
B
B
B
C
C
D
D
D
D
D
E
E
E
E
F
F
F
G
G
G
G
H
X

# TABVLÆ SEPTIMÆ DILVCIDATIO.

*VAſa Meſenterii, & Glandulas à membranis ac pinguedine liberatas complectitur.*

AAA Hepatis convexa pars.
BBB Hepatis cava pars.
CCC Lien in ſua ſede locatus.
D Duodenum inteſtinum à Ventriculo, & Ieiuno ablatum, ac dextro hypochondrio impoſitum.
E Veſica fellis ex cavo hepatis adhuc ſuſpenſa.
F Meatus bilarius, ex iecore prodiens, quem Spigelius Hepaticum vocat.
G Meatus bilarius, ex fellis veſicula prodiens, quem Spigelius Cyſticum appellat, & cum priori
a iungitur, (a) canalem commu-
a nem conſtituens, (a H) qui in duodenum ceſſat.
H Canalis communis in duodenum inteſtinum inſertio.
II Venæ portæ truncus.
KK Arteria Cæliaca quæ venam portæ comitatur.
L Venæ portæ ſoboles Cyſtica, ad Veſiculam fellis digeſta.
M Venæ portæ ramus Splenicus, ad Lienem abiens.
N Arteriæ Cæliacæ ramus Splenicus, dictæ venæ comes.
OO Nervus ſexti paris, vna cum vena & arteria meſaraica, in meſenterium diſſeminandus.
P b Venæ portæ ramus Meſentericus, cuius inſertio in Meſenterium, litera b notata eſt.
PPP Dicti rami, & arteriarum meſentericarum, à ſuperiore membrana, & pinguedine liberatarum, diſtributio.
QQQ Meſenterii membrana inferior, in qua glandulæ hinc inde diſſeminatæ conſpiciuntur. Huius principium à dorſo eſt circa li-
c teram c.
RRR Inteſtina meſenterii membranæ adhærent, vt vaſorum in ea terminatio obſervetur.
S Ieiuni inteſtini principium.
T Glandulæ hinc inde per meſenterium diſperſæ.

# TABVLÆ OCTAVÆ EXPLANATIO.

*Ea, quæ circa Iecur obſeruanda ſunt, proponit.*

## FIGVRA I.

**H***Epar integrum exhibet, vt quæ foris in ipſo notanda veniunt, conſpiciantur.*

AAA Hepar in ſima parte, ſua tunica veſtitum, & omnino illæſum oſtendit.
B Vena portæ, & eius ex ſima hepatis ſede egreſſus.
C C Duo trunci venæ cavæ, quæ iuxta gibbam hepatis partem, conſpiciuntur.
D Venæ vmbilicalis ex hepate egreſſus.
E E Veſica fellis in ſima hepatis parte ſita.
a Fundus eſt Veſicæ felleæ, qui extra hepar prominet.
b Cervix Veſicæ felleæ, in cuius parte interna tres Valvulæ ſitæ, quæ bilis regreſſum impediunt.
F Ductus bilarius, Cyſticus dictus, quem Veſicula hæc ad inteſtina producit.
G Alter ductus bilarius, Hepaticus vocatus, cuius rami per hepatis cava diſperſi, & in hunc caudicem collecti, ex hepate hic prodeunt, & priori vniuntur, (c) ſicq; communem canalem conſtituunt, (c d)
c d
H Arteria, quæ à ramo Cæliaco ad ſima hepatis peruenit.
I I Ramus huius arteriæ, qui hepar ingreditur.
K K Alius eiuſdem arteriæ ramus, qui ad veſicam felleam abit, & Cyſtica arteria dicitur.
L Neruus ſexti paris cerebri, ad hepar delatus.
M Lobus exiguus, tenui ac ſubtili membrana cinctus, qui in omentum exporrigitur, & quem hepar aqua plenum interdum evacuatur.
N Eminentiæ hepatis, ab Antiquis Portæ dictæ, vnde & Vena B circa illas emergens, Portæ vena vocatur.

## FIGVRA II.

**H***Epar excarne, ſive à parenchymate ſuo liberatum oſtendit, vt vaſa ipſius, & ductus bilarii, ſiue, vt ſummatim dicam, omnia quæ in Hepate abſtruſa latent, evidenter oculis ſubiiciantur.*

A A Venæ Cavæ portio.
B B Truncus Venæ Portæ, ex hepate egredientis.
C C Veſicula fellis.
a Cervix veſiculæ fellis abſciſſa.
D D Vena vmbilicalis in ramum venæ portæ deſinens.
E E E Venæ portæ ramos demonſtrat, qui cum Cavæ ramis per anaſtomoſin iunguntur.
E e E e Eos Venæ portæ ramos oſtendunt, qui ad Cavæ ramos non accedunt.
F F F Ramos Venæ cavæ deſignant, qui cum Portæ ramis iunguntur.
F f F f Eiuſdem Cavæ ramos eos exhibet, qui ad Portæ venam non appellunt.
G G Anaſtomoſes ramorum venæ cavæ portæque, à nemine adhuc bene demonſtratas, perbelle conſpiciendas exhibet.
H H Venæ capillares dictæ, quod capillorum tenuitatem præ ſe ferant. ex his, ſenſim verſus internam hepatis regionem ab ambitu exporrectis; quinque inſignes rami E E E E E circa truncum B B conſiſtentes, qui & ex ipſis conficitur, naſcuntur.

TAB VIII

FIG II



FIG I.



# TABVLÆ NONÆ EXPLANATIO.

*Ea, quæ ad Lienē ſpectant, omnia oſtendit*

## FIGVRA I.

*Lienis parenchyma integrum adhuc, in naturali magnitudine exhibet.*

A A A Sima lienis pars, in qua vaſorum ingreſſus notari debet.
a a a Linea recta ſutura dicta, circa quam vaſa ingrediuntur.
B B Venæ portæ ramus Splenicus ad lienem accedens.
b Diuiſio eiuſdem rami Splenici in ſuperiorem & inferiorem ramum, ante ingreſſum.
C C Arteriæ Cæliacæ ramus Splenicus, tortuosè ad Lienem abiens.
D Anaſtomoſis quædam arteriæ, & venæ Splenicæ, ante ingreſſum vtriuſq; in Lienem facta, ab aliis Anatomicis nunquam depicta.
E Venæ Splenicæ ramus Hæmorrhoidalis, quomodo nonnunquam ex ipſo Splenicæ trunco enaſcitur.
F F Arteriæ quædam in pancreas deſcendentes.
G G Pancreas.
H Alius ramus Venæ ſplenicæ.

## FIGVRA II.

*Portionem Lienis ſua tunica exutam oſtendit, vt pori & laxitas parenchymatis ipſius conſpiciantur.*

A A Parenchyma Lienis detectum, ſuæ ſubſtantiæ poroſitatem monſtrans.
B B Pars parenchymatis, ſua adhuc tunica veſtita.
C C Portio tunicæ Lienis à liberatæ.

## FIGVRA

*Diſciſſa per medium oſtenditur adv vaſa per eius ſubſtant*

A A A Lienis portio per mediu melius etiam parer goſitas apparet.
B B B Tranſverſim diſciſſaru patentes oræ (venæ tatem tunicarum cor obiter multitudinē

## FIGVRA

*Demonſtrantur Vena Lienem ſparſa, & te denudata,*

A Vena Splenica jam ja chyma ingreſſura.
B Arteria Splenica ſimilit ſubiens.
C Vtriuſq; anaſtomoſis, ar chyma ingrediantur ſpicua.
D D D Venæ & arteriæ in in diſperſæ, qui omnes chyma feruntur.
E E Diuiſio Venæ & Arter ſum, in duos ramos, ſu feriorem.
F F F Vaſa tenuiſſima capillo in quæ rami maiore Parenchymatis amb nantur, quæ propter cis vaſa capillaria dic

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ DECIMÆ DILVCIDATIO.

*Renem humanum, partim integrum, partim diſciſſum exhibet, vt eius tam forma externa, quam vaſa, ac partes interiores inſpiciantur.*

## FIGVRA I.

*Renum formam externam, & emulgentia vaſa exhibet.*

A A Portio trunci Venæ cauæ deſcendentis.
a a Portio trunci Arteriæ magnæ deſcendentis.
b Foramen arteriæ Cæliacæ, quæ hic abſciſſa eſt.
B B Venæ emulgentes.
c Diuiſio venę emulgentis in duos ramos antequam renes ingreditur.
C C Arteriæ emulgentes.
d Diſtributio arteriæ emulgentis in duos ramos.
D D D Gibba renum pars.
E Æ Sima renum pars.
F Vena ad corpuſculum reni incumbens diſtributa.
G G Vreteres.

## FIGVRA II.

*Vaſorum emulgentium ingreſſum in ſima Renum, & Vreteris egreſſum demonſtrat.*

A Renis pars nondum læſa.
B B Interior renis tunica ſeparata.
C Peluis, quæ ex concurſu tubulorum vreteris, in ſimis renum exſtruitur.
D D D Tubuli, ſiue canales vreteris.
E Vena emulgens.
F Arteria emulgens.

## FIGVRA III.

*Progreſſum eorundem emulgentium vaſorum, ſima renis parte per longitudinem fiſſa, oſtendit.*

A A A Labra interna inciſione à ſe inuicem diuiſa.
B Peluis Vreteris.
C Vena emulgēs, quę iam in plures ramos diuiſa, ad gibba renis tendit, in tres ramos diuiſa. a.
D b Arteria emulgens, Venæ comes, multifariam diuiſa. b. tum extra locum remota, vt ei ſubiacens vena cernatur liberius.

## FIGVRA IV.

*Vreteris ex ſima renis parte exortum adumbrat.*

A A A A Renis ſima diſciſſa, & explicata repræſentat.
B Peluis vreteris in renum ſubſtantia efformatus.
C C C Tubuli ſeu Canales, carunculas papillares vndiq; amplectentes, hoc loco de induſtria diuiſi, vt carunculæ ipſæ rectius conſpiciantur.
D D D Carunculæ papillares, quæ vrinam in vreteres tranſcolant.
E Portio vreteris ſima renum egredietis.

## FIGVRA V.

*Rene aperto Vreteris tubuli, non vt antea, ſecundum longitudinem ſed potius tranſverſim diſciſſi proponuntur, vt quomodo carunculas vndique circumamplectantur, oſtendatur.*

A A A Diſciſſi renis interiores partes.
B B B Vreterum, quę carunculas ambiunt, orę relictæ proponuntur.
D D D D Carunculæ, quas vndique vreteres circumamplectuntur.

## FIGVRA VI.

*Ren per gibbi ſui longitudinem ſciſſus eſt, diuiſis vna carunculis, & vreterum tubulis vſq; ad ſinum.*

A A A Renis in gibba parte diuiſio.
B B B Carunculæ per medium ſectæ.
C C C Tubuli, ſiue Canales Vreteris, aperti.
D Vulnus in ipſum vſq; ſinum penetrans.



FIG. IV.



FIG. V.



FIG. VI.



*imenta vrinaria, cum Genitali-*
*is Viri partibus integris, & in*
*itu relictis, oſtendit.*

is ſima pars.
, fellis.
is bilarius, ab inteſtinis reſe-
s, & ſurſum reflexus.
Cyſtica dicta, bilis veſicu-
n nutriens.
ia, partim in hepar, partim in
ctam veſiculam diſtributa.
vmbilicalis ſurſum è ſuo lo-
revoluta.
: cavæ truncus deſcendens.
riæ magnæ truncus deſcen-
ns.
e emulgentes.
es, in vtroque latere conſpi-
ti.
ria emulgens ſiniſtra poſt ve-
im locata.
ouſculum reni incumbens,
uod Renem ſuccenturiatum
ocant.
pago ex vena emulgente in il-
d corpuſculum diſtributa.
eres ex ſima renum parte ad
ſicam deſcendentes.

P Veſicæ vrinariæ fundus.
QQ Vreterum ad latera veſicę d
ſus.
R Vrachi è fundo veſicæ enaſ
portio.
S Rectum inteſtinum qua
cum Colo inteſtino iu
abſciſſum, & filo c
ctum.
TT Venæ præparantes, quaru
tra ex trunco, ſiniſtra ex
mulgente naſcitur.
V Arteriarum præparantium
co Arteriæ magnæ origo
XX Venarum & arteriarum
rantium, vbi corpora p
dalia conſtituunt, vnio.
YY Teſtes duobus communib
gumentis exuti.
ZZ Vaſa deferentia dicta quæ
bus ad abdomen aſcend
a Penis, à ſua qua tegitur, cu
ratus, & à corpore depe
b Scrotum quod teſtes integ
cc Ilia.
dd Lumbi, per quos vreteres,
præparantia deſcendun
e Oſſa pubis.

# TABVLÆ DVODECIMÆ EXPLICATIO.

*Eadem Inſtrumenta vrinaria cum genitalibus Viri partibus, ſed extra ſitum naturalem nonnihil remota, oſtendit.*

A Hepar in ſuo ſitu.
B Veſica fellis in cavo hepatis ſita.
C Vena vmbilicalis in propriam hepatis rimam inſerta, hic ſurſum retracta videtur.
DD Renes, ad quos vtrinque vaſa emulgentia feruntur.
EE Venæ cavæ truncus deſcendens.
FF Arteriæ magnæ, ſiue Aortæ truncus deſcendens.
G Hoc loco Arteria magna, quæ ante ſubiacebat, Venam cavam aſcendit, & in duos ramos Iliacos diuiditur.
HH Venæ emulgentes ad renes porrectæ, quarum ſiniſtra longior, & ſuperior eſt.
I Arteria emulgens ſiniſtra.
K Corpuſculum reni incumbens, quod Renem ſuccenturiatum vocant.
k Vena, ab emulgente ad hoc corpuſculum transmiſſa.
LL Vreteres à renibus ad veſicam deſcendentes.
MM Vaſa præparantia è quibus Vena ſiniſtra ab emulgente, dextra verò ab ipſo Cavæ trunco oritur, licet aliquando ſiniſtra, & ab emulgente, & ab ipſo trunco ſimul derivetur, quod hic expreſſum eſt.
N Inteſtinum rectum à Colo abſciſſum, & filo conſtrictum.
O Veſicæ fundus.
P Vrachi in Veſicę fundum implantatio.
QQ Sphincter muſculus, veſicæ cervicem ambiens, & vrinæ effluxum prohibens.
R Vrethra, ſiue canalis vrinarius, à Veſica ad penem delatus.
S Penis.
T Glans penis.
VV Duo collaterales penis muſculi, ſiue Penem erigentes.
XX Duo inferiores penis muſculi, Vrethram dilatantes.
YY Arteriarum, & Venarum præparantium infinitæ anaſtomoſes, rete referentes, vbi eæ, quæ ſunt in parte dextra, magis explicate cernuntur.
ZZ Teſticuli vtrinque à corpore dependentes.
aa Vaſa deferentia.
b Muſculus Cremaſter, ſiue Suſpenſorius, hoc loco è ſuo ſitu remotus.
cc Oſſa pubis.
dd Oſſis ilium cavitas, inteſtinorum ſedes.
ee Lumbi, per quos vreteres, & Vaſa Spermatica deſcendunt.


TAB. XII.

# TABVLÆ DECIMÆTERTIÆ EXPLANATIO.

*EAdem inſtrumenta vrinaria cum viri Genitalibus, ſed è corpore extracta continet, vt horum cum illis connexio, & potiſſimum teſtium ſubſtantia monſtretur.*

## FIGVRA I.

*Vrinariorũ vaſorum connexionẽ proponit.*

A A Portio trunci Venæ cauæ, propè hepar & ilia reſecti.
B B Portio trunci Aortæ deſcendentis, ſimiliter reſecti.
C C Gibba pars renum.
D D Sima pars renum.
E E Venæ emulgentes.
F F Arteriæ emulgentes.
G G Corpuſcula reni incumbentia, ſiue Renes ſuccenturiati.
H H Vena adipoſa, quæ emulgentis propago eſt, in illa corpuſcula deſinens.
I Arteriola bifida, ex arteria emulgente idem corpuſculum dextrum ingrediens.
K Vena quæ interdum ex rene in prædictum corpuſculum mittitur.
L L Vreteres.
M M M Veſicæ rotundum corpus ita poſitum, ac ſi fundo ſuo promineret. Detracta autem membrana communi, prima ipſius propria hic expreſſa eſt, quam Spigelius pro muſculo habet, Detruſorem vrinæ appellitans. In hac diligenter notandæ ſunt fibræ a a recta per ipſum corpus excurrentes.
a a a
N Ceruix veſicæ.
O O Sphincter, ceruici veſicæ circumdatus.
P Recti inteſtini ſuperior & Colo vicina pars, poſt veſicam eminens.
Q Penis.
R R Duo muſculi penis, qui Vrethram dilatant, ſiue Penis inferiores, muſculi extra ſitum.
S S Duo alii muſculi penis, qui ipſum erigunt, ſiue Penis collaterales muſculi extra ſitum.
T T Vaſa præparantia.
V V Teſtes, in ſuis propriis tunicis adhuc inuoluti.
X X Vaſa deferentia.

## FIGVRA II.

*TEſtis tunica clythroides ab vno latere detracta eſt, vt intima, quæ ſubſtantiam eius immediate comprehendit (Albugineam vocant) cernatur.*

A Vaſis præparantis pars.
B Vaſis deferentis pars.
C C Teſtis, intima adhuc & albuginea tunica veſtitus.
D D Tunica clythroides à teſte ſublata.

## FIGVRA III.

*Teſtis ab erythroide in totum liberatus.*

A Vaſorum præparantium portio.
B Vaſis deferentis quod teſti adhærebat, portio.
C C Corpus teſtis, interna propria tunica, ſiue Albuginea, adhuc inueſtitum.

## FIGVRA IV.

*TEſtis propria ſubſtantia, remotis omnibus tunicis, tam proprijs, quam communibus, oſtenditur, ſimulq; vaſorum præparantium prope teſtem implicatio demonſtratur.*

A A Teſtis ſubſtantia glanduloſa.
B B Albuginea tunica, quæ immediatè teſtem inuoluebat.
C C C Venæ, & Arteriæ præparantis implicatio, & varia anaſtomoſis, iuxta ipſarum in teſtem ingreſſum conſpicua.
D Vas deferens.

## FIGVRA V.

*DEmonſtratur vaſorum præparantium in teſtium ſubſtantiam diſtributio, ſimulq; implicatio vaſorum deferentium hederæ in modum.*

A A Teſtium ſubſtantia glanduloſa.
B B Tunica teſtium albuginea.
C C C Venæ, & Arteriæ Spermaticæ in teſtes deriuatæ.
D D Vas deferens, capreolorum vitium inſtar intortum.
E Venæ & Arteriæ Spermaticæ.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ DECIMÆ QVARTÆ DILVCIDATIO.

*Eaſdem partes, quas præcedens, exemptas è corpore, ſed inverſas demonſtrat.*

| | |
|---|---|
| A A | Truncus Venæ cavæ. |
| B B | Arteriæ magnæ truncus. |
| C C | Venæ emulgentes. |
| D D | Arteriæ emulgentes. |
| E E E E | Renes. |
| F F | Rami vaſorum emulgentium, derivati in corpuſcula renibus incumbentia. |
| G G | Vreteres. |
| H H H | Veſicæ corpus. |
| I | Vrethra, ſive Canalis vrinarius. |
| K K | Duo nervoſa penis corpora, quæ cum Vrethra penem conſtituūt. |
| L | Præputium. |
| M | Glans penis. |
| N | Foramen vrethræ, per quod vrina & ſemen excernitur. |
| O O | Rectum inteſtinum. |
| P | Recti inteſtini foramen, quod Anus, ſeu Podex dicitur. |
| Q | Sphincter ani. |
| R R | Duo muſculi recti, rectum inteſtinum intrò retrahentes, ſiue Ani levatores. |
| S S | Muſculi duo qui dilatant Vrethram, ſiue Penis inferiores muſculi extra ſitum. |
| T T | Alii duo penem erigentes, ſive Penis collaterales muſculi, extra ſitum. |
| V V | Vaſa præparantia. |
| X X X | Exquiſita demonſtratio anaſtomoſeon, & implicationum vaſorum præparantium vſque ad teſtem. |
| Y Y | Teſtis corpus. |
| Z Z | Vaſa deferentia, ſive Eiaculatoria. |


E
F
D
B
A
C
G
H
O
R
Q
P
S
T
I
K
V
X
Y

# TABVLÆ DECIMÆ QVINTÆ DECLARATIO.

*Cadauer oſſi ſacro innititur, femora verò ſurſum diducta habet, vt penis & ani partes in ſuo ſitu conſpiciantur.*

A A Partes circa nates.

B B Pubis regio.

C Penis in naturali ſuo ſitu, ſed cute nudatus, vt omnes eius partes videri queant.

D D Duo neruoſa corpora vna cum vrethra penem conſtituentia.

E Vrethra, ſeu meatus vrinarius.

F F Duo muſculi vrethram dilatantes, ſiue Inferiores penis muſculi.

a Principium eorum ab ani ſphinctere I.

b b Latus vtriuſq; internum, quo mutuò ſe tangunt.

c Finis ad medii canalis latus inſertus.

G G Duo alii muſculi penem erigentes ſiue Collaterales penis muſculi.

d d Principium eorum abſciſſum à coxendicis appendice.

e Finis circa exortum penis inſertus.

H Anus, ſiue Podex.

I Anum conſtringens muſculus, ſiue Sphincter.

K K Duo muſculi rectum inteſtinum ſurſum trahentes, ſiue Ani leuatores.

# TABVLÆ DECIMÆSEXTÆ EXPLICATIO.

*OSTenduntur in hac Tabula omnia quæ ad penem pertinent.*

## FIGVRA I.

*VEſicam vna cum pene è corpore exemptam exhibet, vt abſcenditæ eius partes videantur.*

A A Veſicæ poſterior facies, inteſtinum rectum reſpiciens.
B B Vreteres in parte poſtica, & propè ceruicem veſicæ inſerti.
C C Vaſorum deferentium portio.
D D Veſiculæ ſeminales, granorum mali punici cellulas ordine & figura imitantes, in quas prædicta vaſa deferentia, poſtquam ad poſteriorem veſicæ partem peruenerunt, degenerant.
E E Proſtatæ glanduloſi vrinario meatui vel rectius ceruici ipſius Veſicæ incumbentes.
F F Vrethra, ſeu Canalis vrinarius.
G G Duo muſculi penem erigentes.
H Glans penis.
I Vrethræ finis in apice glandis.
K Præputium.
L L Duo corpora neruoſa penem conſtituentia.

## FIGVRA II.

*EAſdem partes, quas prima, ſed paulò explicatius, oſtendit.*

A A Veſicæ facies poſterior.
B B B Veſicæ diſciſſæ interna facies.
C C Vreterum portio circa inſertionē conſpicua.
D D Veſicæ ſeminales à membranis omnibus in ſiniſtro latere denudatæ.
E Membrana, quæ immediate veſiculas inueſtiebat.
F Vas deferens ſiniſtrum, hoc loco integrum.
G Idem vas hoc loco apertum vt interna eius cauitas appareat.
H H Veſiculę ſeminales dextri lateris non amplius integræ, ſed per longum diſſectæ.
I I Ceruix veſicæ, & vrethræ initium.
K K Proſtatarum glanduloſorum, qui vrethræ impoſiti erant, hoc loco facta eſt inciſio, & labra poſtea inciſionis leuiter diducta, vt vrethra ſubtus appareat.
L L Duo penis neruoſa corpora.
M Glans.
N Præputium.

## FIGVRA III.

*PRoſtatas glanduloſos, & his adnexas veſiculas ſeminales complectitur.*

A Proſtatarum ea pars, quæ vrethræ erat circumpoſita.
B Veſiculæ ſeminales diſciſſæ.
C C Veſiculæ eędem adhuc integræ, ſed omnibus nudatæ tegumentis.

## FIGVRA IV.

*PEnis à tegumentis communibus liberatus, ibique abſciſſus, vbi extra corpus propendere incipit.*

A Dextri neruoſi corporis neruoſa ſubſtantia, transverſim abſciſſa.
B Spongioſa eiuſdem corporis ſubſtantia, internam illius cauitatem replens.
C Vrethræ diſciſſæ portio ſubitus apparens.
D D D Dorſum penis.
E E E Vena per idem dorſum excurrens.
F F Arteria, vtrinq; vna, hoc loco diuiditur, & altera ſui parte, per externam penis longitudinem diſpergitur; altera, interiora, & ſpongioſam ſubſtantiam peruadit.
G G G Nerui partim quoq; extra, partim intus in penem diſtributi.
H Glans penis.
I I Corona glandis.

## FIGVRA V.

*NEruoſum corpus Penis ſecundum longitudinem diſſectum oſtendit, vt interioris arteriæ, & nerui progreſſus innoteſcat.*

A A A Dorſum penis, vel ſuperior eius pars.
B B Corporis neruoſi in longum diſſecti interna pars.
C Arteria extra corpus neruoſum adhuc exiſtens, ſed mox ſubintratura.
D Neruus in penis partes internas mox diſtribuendus.
E Ingreſſus arteriæ in ſpongioſam & internam neruoſi corporis ſubſtantiam.
F Nerui ingreſſus.
G G Arteriæ per ſubſtantiam ſpongioſam diſtributio.

## FIGVRA VI.

*VRethræ ſitum in pene edocet.*

A A A Vrethræ diſſectæ interior ſuperficies.
B Pars vrethræ quæ glandem perforat.
C C Glans.
D D Duo penis neruoſa corpora.

## FIGVRA VII.

*COrpus neruoſum diſſectum exhibet, ex quo ſpongioſa ſubſtantia ablata eſt, vt & ſeptum, & pectiniformes fibræ conſpiciantur.*

A A A A Interna pars neruoſi corporis, à qua omnis ſpongioſa ſubſtantia detracta eſt.
B Neruus hoc ipſum corpus ingrediens.
C C C Arteria nerui comes.
D D D Septum pellucidum, eiq; attenſæ pectini formes fibræ, quæ vtrumq; neruoſum corpus intercedunt.
E E E Rami arteriæ, qui ex hoc corpore neruoſo in alterum tranſmeant per ſeptum.


TAB XVI
FIG. II
FIG. I
FIG. III
FIG. VII
FIG. VI
FIG. V
FIG. IV
Z 3

# TABVLÆ DECIMÆSEPT
## EXPLANATIO.

*VAriis figuris Genitales fœminarum partes repræſentat. Tribus quidem primis præcipue externas, ſive Pudendum: duabus ſequentibus, Ceruicem vltima, Os internum, & Fundum.*

FIGVRA I.

*VEſicam, & vterum, cum pudendo à reliquo corpore detracta oſtendit, in ſuo tamē omnia ſitu adhuc collocata.*

A A A Pubes, & in ea enati pili.
B Clitoris integra in ſuo ſitu.
C C C Labia vulvæ nonnihil diducta, vt ſubiacentes partes detegantur.
D D Alæ, ſeu pterygomata & Nymphæ ſimiliter à ſe divulſæ.
E Foramen cervicis veſicæ, quæ hoc loco in pudendum inſeritur.
F Externum cervicis oſculum.
G Anus, ſiue Podex.
H H Veſicæ facies anterior.
I Fundus Vteri.
K K Partes cutaneæ circa anum.

FIGVRA II.

*COntinet crura cadaveris prope nates abſciſſa, & diſſecta pudendi labia, vt Clitoridis ſtructura innoteſcat.*

A A Os pubis detectum.
B B Labra pudendi ſuperne, diſſecta, vt Clitoridis ſitus monſtretur.
C Pars Clitoridis extrema, penis glandem referens.
D Membrana veluti præputium hanc partem contegens.
E Corpus Clitoridis.
F F Duo corpora nervoſa, quibus veluti cruribus, Clitoris innititur.
G Externum cervicis oſculum.

FIGVRA III.

*PAulò explicatiùs omnes Clitoridis partes, quàm præcedens, exhibet.*

H H Literæ idem hic denotant, quod in præcedenti figura. H, H, verò præter cætera, Venas, Arterias, & Nervos, qui ad Clitoridem propagantur demon-

*VTerut dui tantum videant*

A A Pubes, & i
B Clitoris.
C C Alæ, ſeu N
D Foramen
E Externum
F F Cervicis t
G Regio in oſculur
H H Fundi vte

*CErvi ne*

A A A A Cervix v ſection tur, vt conſpi
B Os vteri i
C C Fundus v
D D Labra puc
E E Alæ, ſeu N

*VTeri ct dum e conſpic*

A A Orificiur
B Craſſities rificiur latatio
C C Linea, ſiu dextra
D D D Fundi vte celluli
E E Ingreſſus
F F F F Sectio pe facta, v
a a Rima, e ad id fa tius cl
bbbbbb Striæ qu dem v

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ DECIMÆOCTAVÆ DILVCIDATIO.

*Partes muliebres generationi inſervientes in ſuo ſitu repræſentat, earundemque à Virilibus differentias declarat.*

AA Hepatis pars gibba.
B Hepatis pars ſima, ſeu cava.
C Pancreas ad thoracem ſublatum.
D Lienis pars gibba.
E Vena vmbilicalis in rimam hepatis inſerta.
F Veſica fellis ſub cavo hepatis ſita.
G Duodenum inteſtinum à Ventriculo, & Ieiuno abſciſſum, ac ſurſum ad thoracem tractum.
H Porus bilarius, à Veſicula fellis ad duodenum deductus.
II Venæ cavæ truncus deſcendens, & eius divaricationes.
KK Arteriæ magnæ, ſiue Aortæ truncus deſcendens.
LL Venæ emulgentes, à Cava ad renes protenſæ, quarum dextra brevior eſt.
MM Renes in quos Vaſa emulgentia implantantur.
N Reni incumbens corpuſculum, quod Ren ſuccenturiatus vocari ſolet.
O Vena exigua ab emulgente ad illud corpuſculum porrecta.
PP Vreteres ex ſima renum parte, ad Veſicam vtrinq; deſcendentes.
Q Veſicæ vrinariæ fundus.
R Vrachi in fundum veſicæ inſertio.
S Inteſtinum rectum ea parte abſciſſum, qua cum Colo iungebatur.
TT Venæ præparantes, quarum dextera, à trunco: ſiniſtra, ab emulgente naſcitur. Hæ in via in duos diuiduntur ramos, quorum qui maior eſt ad teſtes, minor ad vterum fertur, hic tamen incuria quadam non ſunt expreſſi.
V Arteriæ præparantes, ex trunco Aortæ deductæ, quæ ſimiliter vt Venæ quarum ſunt comites diuiduntur, & diſtribuuntur.
X Venæ cavæ, & Arteriæ magnæ divaricatio. vbi arteria venam ſupergreditur.
YY Arteriæ vmbilicales, quæ lateribus veſicæ adhærebant.
Z Vteri fundus.
aa Teſtes muliebres.
b Vaſa deferentia, à teſtibus ad vteri cornua tranſmiſſa.
cc Duo cæca ſeminis vaſa.
dd Duo ſuperiora vteri ligamenta, veſpertilionum alis aſſimilata.
ee Duo inferiora vteri ligamenta rotunda, ab inferiore parte, qua clitoridi inſeruntur, abſciſſa.
ff Cavitas oſſium ilium, quæ in fæminis amplior, quàm in viris eſt.
gg Lumbi, per quos Vreteres & Vaſa ſpermatica deſcendunt.


TAB. XIIX.
Aa.

# TABVLÆ DECIMÆNONÆ DECLARATIO.

*Genitalia fœminarum naturali loco poſita continet; niſi quòd vterus aliquantulum extra foveam oſſium ilium foras tractus, pubi incumbit.*

AA Hepar, in ſuo naturali ſitu poſitum.
B Veſica fellis.
CC Meatus bilarii, ex hepate bilem in veſiculam convehentes.
D Meatus bilarius, per quem veſicula bilem in inteſtina exonerat.
EE Venæ cavæ truncus deſcendens.
FF Arteriæ magnæ truncus deſcendens.
GG Venæ emulgentes.
H Arteria emulgens dextera, poſt venam obſcure apparens.
II Renes.
KK Vreteres.
L Dextra vaſa præparantia, quæ vtraque ex ſuis truncis oriuntur.
M Siniſtra vaſa præparantia, ex quibus Vena ex emulgente, Arteria ex trunco deſcendit.
NN Teſtes, in quos dicta vaſa præparantia inſeruntur.
OO Ligamentum vteri ſuperius, nonnihil corrugatum.
PP Vaſa cæca, quæ Falloppius Tubas vteri nominat.
Q Vteri fundus è loco naturali remotus.
R Rectum inteſtinum abſciſſum.
S Veſicæ fundus extra ſuum locum verſus anteriora ſepoſitus.
TT Duo inferiora vteri ligamenta, quæ alias in clitoridem deſinunt, hic prope finem abſciſſa, deorſum pendent.
VV Arteriæ vmbilicales.
XX Oſſa ilium.
YY Vaſa deferentia, à teſtibus in vterum inſerta.
Z Vrachus.
aa Venæ iliacæ.
bb Arteriæ iliacæ.
cc Venæ, & Arteriæ epigaſtricæ, quæ ab iliacis oriuntur, & per rectos abdominis muſculos aſcendentes, cum mammariis per anaſtomoſes iunguntur, hoc loco amputatæ.
dd Venarum, Arteriarumque frequens anaſtomoſis, in vtero tandem deſinens. Eadem in ſiniſtro quoque latere conſpicua eſt, ſed Author in dextro ſolum demonſtravit.

| | |
|---|---|
| A A | Portio trunci Venæ cauæ deſcendentis. |
| B B | Portio trunci Arteriæ magnæ deſcendentis. |
| C C | Venæ emulgentes, ex quibus dextra breuior eſt. |
| D D | Arteriæ emulgentes. |
| E E E | Renes, quorum naturalis magnitudo hic fere expreſſa. |
| F F | Corpuſcula illa renibus incumbentia, quæ Renes ſuccenturiatos appellant. |
| a | Venula, quæ præter emulgentem, ad dextrum renem ire, in hoc cadauere inuenta fuit, in aliis deeſſe ſolet. |
| G | Vena præparans dextra, ex ipſo trunco venæ cauæ prodiens. |
| H | Arteria præparans ſiniſtra, è trunco emergens. |
| I | Vena præparans ſiniſtra, ex ſui lateris emulgente pronata. |
| b | Venæ huius propago, Aortam ingrediens. |
| K | Arteria præparans dextra, ex anteriore ſuo trunco enata. |
| L L | Duo vreteres à renibus ad veſicam deſcendentes. |
| M M | Rami iliaci venæ cauæ. |
| N N | Rami iliaci Arteriæ magnæ. |
| | mariis per anaſtomoſen junguntur, hoc loco abſciſſæ. |
| Q | Rectum inteſtinum, abſciſſum, & filo conſtrictum. |
| R R | Veſicæ fundus verſus inferiora reflexus. |
| S | Portiuncula Vrachi in veſicæ fundo relicta, vt eius exortus conſpiciatur. |
| T | Vteri fundus, è loco naturali remotus, & reflexus, vt eius cum inteſtino recto connexio cernatur. |
| V V | Teſtes. |
| X X | Duo ſuperiora & membranoſa vteri ligamenta. |
| Y Y | Vaſa deferentia. |
| Z Z | Vaſa cæca, à Falloppio Vteri Tubæ cognominata. |
| c c | Duo inferiora & rotunda vteri ligamenta. |
| d d d d | Anaſtomoſes arteriarum, & Venarum hypogaſtricarum, quæ hic exactè apparent, in ſiniſtro quidem latere in ſuo adhuc loco relictis vaſis: in dextro verò, nonnihil è loco remotis, vtrobiq; tamen eorum in vterum ingreſſus conſpicue cernitur. |


TAB. XX.
F
F
E
E
A
B
D
E
C
C
I
E
E
G
KH
L
L
A
B
N
N
M
M
G
P
P
Q
O
H
H
X
Z
V
T
V
X
Y
R
S
R
c
c
Aa. 3.

# TABVLÆ VIGESIMÆPRIMÆ EXPLICATIO.

## FIGVRA I.

*VTerum extra corpus poſitum, cum annexis teſtibus, Vaſis deferentibus, & Veſica vrinaria exhibet.*

A Vteri fundus.
B B Inferiora, & rotunda vteri ligamenta, hoc loco abſciſſa.
C Regio, in qua vteri internum orificium ſitum ſuum obtinet.
D Teſtis dexter, membrana ſua adhuc inueſtitus.
E E Vaſa deferentia ad vteri cornua à teſtibus porrecta.
F Superius, & membranoſum vteri ligamentum, vaſa deferentia teſtibus alligans.
G Membrana teſtis ſiniſtri ab ipſa ſubſtantia ſeparata.
H Glandulosa teſtis ſiniſtri ſubſtantia eleganter conſpicua.
I I Vteri collum, ſeu Ceruix, vulgo Vagina dicta, quæ à pudendo externo ad os interius vteri protenditur.
K Inteſtinum rectum abſciſſum.
L L Cutis vna cum pinguedine ab oſſe pubis detracta.
M M Ligamentum, ſeu membrana vterum cum Veſica iungens.
N Corpus veſicæ, omni fibrarum genere donatum, & ad inferiora reflexum, vt vterus, quo cum nectitur, videatur.
O Vrachi portio.
P Vreteres in veſicæ poſteriorem ſedem prope ceruicem deſinentes.

## FIGVRA II.

*VTerum, cum ſuis vaſis & teſtibus annexis, demonſtrat.*

A Veſica vrinaria, ad inferiora reuoluta, vt vterus, qui ſubiacet, conſpiciatur.
B B Vreterum in veſicam inſertio.
C C Ceruix vteri, ſiue Vagina, in quam plurima vaſa diſſeminantur.
D Vteri fundus vtrinq; obſcure protuberans.
E E Duo inferiora, & rotunda vteri ligamenta abſciſſa.
F F Vas cæcum ab vtero ortum, hoc loco ligamento ſuperiori & lato adhuc annexum oſtenditur.
G G Idem vas in ſiniſtro latere à ligamento lato ſeparatum.
H H Vaſa deferentia, vtriuſq; lateris à teſtibus ad vteri fundum deſinentia.
I I Superius & membranoſum vteri ligamentum, per quod complura vaſa à præparantibus orta, diſſeminantur.
K Vaſa præparantia dextra, in ſubſtantiam teſtis digeſta, nondum à ligamento membranoſo liberata.
L Vaſa præparantia ſiniſtra, à ligamento membranoſo liberata, vt eorum in teſtem inſertio conſpiciatur.
M M Teſtium corpus, quorum dexter membrana ſua tectus, ſiniſter omnino nudus oſtenditur.
N N N Venæ & arteriæ, quæ multis anaſtomoſibus in ceruicem & fundum Vteri deſinunt, expurgationi menſtruorum, & nutritioni fœtus famulantes.
O O Nerui, per vteri corpus diſſeminati, qui partim à Spinali medulla, partim à ſexta cerebri coniugatione oriuntur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ LIBRI NONI DILVCIDATIO.

*Perſequitur partes medio ventri dicatas.*

## FIGVRA I.

*Cor, & Pulmones, tum Venarum Arteriarumque ex ipſo egreſſum, ac Nervorum recurrentium circa vas reflexionem demonſtrat.*

A Caput aſperæ arteriæ, ſive Larynx, cuius prima cartilago, ſive ſcutiformis, hic prominet.

B B Proceſſus ſuperiores cartilaginis ſcutiformis.

C Fiſſura cartilaginis ſcutiformis.

D D Cricothyroidei antici in ſuo ſitu.

E E Fiſtula aſperæ arteriæ, ex cartilaginibus, & membranis eas colligantibus, exſtructa.

F G Cor in ſuo ſitu, ac forma pyramidali depictum, per cuius ſuperficiem externam levem Vena

a a Coronaria a a diſſeminatur,

b pinguedine copioſa b obſita. Cæterùm hic iiſdem elementis ſedes vtriuſque Ventriculi ſimul indicatur. nam F. dextro: G, autem ſiniſtro inſcriptum eſt.

H H Cordis baſis ex qua, velut ex fonte quodam, quadrigemina vaſorum ſoboles emergit.

I Apex, ſiue mucro Cordis.

K Auriculæ cordis dextræ nonnulla portio expreſſa.

L M Venæ cavæ truncus aſcendens. L autem, illam partem deſignat, quę in Cor hiat, orificio admodum amplo: M verò, quæ ad ſuperiora excurrit.

N Arteriæ magnæ truncus aſcendēs, qui mox in duos ſubclavios ramos

O O mos O O diuiditur, ex quibus poſtea propagantur Carotides

P P arteriæ P P, quæ verſus caput abeunt.

Q Arteriæ magnæ truncus deſcendens, à poſtica pulmonum parte ad anticam retracta, vt ſiniſtri recurrentis nervi T T circa eum reflexio demonſtretur.

R Arteria venoſa in pulmonum ſubſtantiam propagata.

S T Nervi duo recurrentes, vtrinque, à ſexta cerebri coniugatione oriundi. Horum dexter S S, circa dextram ſubclaviam arteriam O tanquam trochleam, reflectitur (†) indeque verſus ſuperiora (vnde & nomen obtinuit)

V recurrit, V.

T T Siniſter contra T T, circa arteriæ magnæ truncum deſcendentem Q reflectitur, (†) & ſimili-

X ter aſcendit X.

Y Ramus à dextro recurrente nervo S S ad Diaphragma tendens.

Z Ramus à ſiniſtro nervo recurrente T T, ad Ventriculi orificium concedens.

c d Pulmonis ſubſtantia, in ſuos lobos diviſa, innumeris venularum propaginibus per externam ſuperficiem ſparſis, repleta. Demonſtrantur autem his literis duæ ipſius partes, & dextra quidem charactere c: ſiniſtra verò, elemento d.

FIGV-

Tab. I.



*equentes vſq; ad duodecimam*
*es, cartilaginum laryngis de-*
*tioni ſunt dicatæ. Ex his S E-*
*A & TERTIA in ſitu ſuo, ſiue*
*em ipſam integram & illæſam,*
*itat: reliquæ, ſeparatim ſingulas*
*it. QVARTA quidem, &*
*TA cartilaginem Thyroidem,*
*tiformem. SEXTA & SEPTI-*
*ricoidem & Arytænoides ſimul*
*. OCTAVA & NONA Cri-*
*ſolam ſeparatam ab Arytænoi-*
*DECIMA & VNDECIMA,*
*noides. Cum ergo ſingulæ duplici*
*exprimantur, prior quidē ſem-*
*teriorem; poſterior autem poſti-*
*ciem oſtendit. vſi autem ſumus*
*unibus in omnibus literis.*

rteriæ caput, ſiue Larynx.
es ſiue ſcutiformis cartilago.
hyroidis.
is thyroidis cartilaginis, ex qui-
C ſuperiores demonſtrat: D D.
iores.
es ſiue Annularis cartilago.
is cartilaginis pars anterior, gib-
micircularis, ac tenuis.
n pars poſterior, lata, plana, ac
or.
ſpera, Spina innominatæ cartila-
Galeno dicta.
ytænoides cartilagines, ſiue Gut-
.
us earum, ſuperiores quidem L,
iores autem M.
tis.
aſperæ arteriæ.
gines fiſtulæ.
embranea fiſtulæ.
oides in ſuo ſitu. Sed R ipſam
: S S autem, cornua eius demon-
it.
xio cornuum oſſis hyoidis S S.
proceſſibus ſuperioribus C C.
ilaginis thyroidis A A.

*C... dum eiuſdem longitudinem inci-*
*ſum, vna cum Valuulis ſigmiformibus,*
*demonſtrat.*

A A A A Labra inciſionis factæ ſecundum ventriculi longitudinem. His literis quidquid interiectum eſt, interiorē ventriculi dextri ſuperficiem exhibet.

B B Baſis cordis.

C Mucro cordis.

D Cauernulæ, quæ in ſuperficie cordis interna occurrunt.

E Protuberantiæ carneæ.

F F F Valuulæ tres ſigmiformes, Venæ arterioſæ orificio præpoſitæ, foris ſpectantes.

FIGVRA XIII.

*VEnæ Cauæ & Arteriæ Venoſæ, in fœtu nondum edito, anaſtomoſin membranula tectam, oſtendit.*

A Cor, à poſteriore ſui ſede, qua vertebras reſpicit, depictum.

B B Venæ Cauæ truncus, qua cordi conterminus eſt.

C Auricula cordis dextra.

D Arteriæ magnæ truncus aſcendens.

E Ab hoc enata ſubclauia arteria.

F Arteriæ magnæ truncus deſcendens.

G Arteria Venoſa.

H Anaſtomoſis, prout in vena caua apparet.

I Membranula anaſtomoſi huic præfixa, & valuulæ inſtar occludens.

FIGVRA XIV.

*ARteria magna, & vena arterioſa in fœtu vnio, per tubulum facta.*

A Cor.

B Pulmo.

C Arteria magna ex corde emergens.

D D Arteriæ magnæ truncus deſcendens.

E Vena arterioſa.

F Venæ arterioſæ ingreſſus in pulmones.

G Tubulus, cuius beneficio hæc vnio fit.

H H H Rami quidam arteriæ magnæ abſciſſi.

# TABVLARVM LIBRI DECIMI DECLARATIO.

*IN his Tabulis ea omnia oſtenduntur, quæ in capite cerni poſſunt, ſed imprimis Cerebrum, cuius duplex demonſtrandi ratio proponitur, quarum altera antiqua eſt, quam Galenus, cæteriq; Græci, ac inter Recentiores, Veſalius, & Fallopius ſecuti ſunt: altera noua, & noſtro primum ſeculo à Conſtantino Varolio, diligentiſſimo Anatomico anno 1570 inuenta, & poſtea aliquammultis epiſtolis propoſita. Vtraq; ſingulari artificio & induſtria exhibetur, cum omnes partes eo ordine in conſpectum proferantur, quo ſe mutuò ſectionis ſerie conſequuntur, adeò, vt his diligenter inſpectis, ſuo quiſq; marte ac ſtudio anatomiam Capitis adminiſtrare valeat, ſingulasq; ſectiones & cultrorum ductus nullo negotio addiſcere.*

## TAB. I. FIG. I.

*DIſſectis decuſſatim cuticula & cute, externa primum capitis partes demonſtrantur.*

A A A Cutis cum cuticula, ac radicibus pilorum, à membrana carnoſa detracta.

B Cutis vera, cui pili adhuc inhærent.

C Cuticula à cute ſeparata.

D D D Membrana carnoſa, per cuius ſubſtantiam plures venulæ excurrunt.

E E E Muſculus ſupercilium attollens, (vulgo Frontis muſculus dictus,) hic extra ſuum locum ſitus, in quem tres nerui inſeruntur. (123)

1 2 3 F F F Pinguedo per cranium expanſa.

G Pericranium perioſtio adhuc incumbens, in ſuo naturali ſitu cernitur.

a Idem pericranium à perioſtio ſeparatum, ac inuerſum.

H Perioſtium ſupra cranium expanſum, inque naturali ſitu conſpicuum.

b Idem perioſtium à cranio diuulſum, ac inuerſum.

I I I Cranium, ſiue Os capitis, dictis omnibus partibus ſubiacens.

K Sutura coronalis, per anteriorem cranij partem tranſverſim excurrens.

L L Sutura ſagittalis, per capiti nem decurrens.

M M M Muſculus temporalis peric tectus.

## FIGVRA II

*ADempta orbiculatim caluariæ parte, quam let, eorum, quæ in cranij c tinentur, videndorum gr partes conſpiciendæ exhibe primis Membrana craſſa, t proximè cranio ſubiacet.*

A A A Veſtigia reſecti cranii, parti integentium.

B B B Membranæ craſſæ dextra venæ hinc inde diſperſæ

C Primus truncus harum ve cuneiforme aſcendens.

D Alter truncus ſub oſſe in di ramulos ſuos expandens

E Propago quædam venarũ il adhuc ſub oſſe latitant. trunci omnes à ſecunde anteriore encephalico, riore ramo Internæ iu tur, & per cuneiformis ſeptimum caluariam in ginem ducunt: ſuntq; ill veſtigia ſuperius, tabula ſecundi, in cranii interi ra F F inſigniuimus.

F F F Denotatur locus, vbi ſinus branæ craſſæ excurrit, in dextram ſiniſtramq; 

g g g Aſpera quædam veſtigia ſi hoc loco è craſſa mẽbr ſuturam ſagittalem a conſtitutionem, egred

H H H Veſtigia fibrarum, quæ ſin ronalem ſuturam tranſ exciderant.

I I Diuiſio cerebelli à cerebr diante membrana craſſ ter veſtigia apparent rum, quæ per ſutura mem cranium egrediu


Tab. I.
fig. I.
fig. II.
Bb3

# TABVLÆ SECVNDÆ EXPLANATIO.

## FIGVRA I.

*DIſſecta decuſſatim membrana craſſa, remotaque ad latera, tenuis ipſi proximè ſubiacens, conſpectui offertur.*

AAA Membranæ craſſæ decuſſatim diſſectę portiones tres à capite dependentes, vbi eius interior ſuperficies cernitur, & venulæ minutiſſimæ per ipſam diſperſæ, notatæ literis b b b.

b b b

BB Veſtigium reſecti cranii.

CCC Sinus tertius membranæ craſſæ, cerebrum in dextrā ſiniſtramque partem dirimens.

DDD Vaſa ex hoc ſinu deducta, & per ſuperficiem tenuis membranæ diſſeminata, vnde poſtea ad cerebri ſubſtantiam digeruntur.

EEEE Membrana tenuis cerebrum vniverſum immediate ambiens, & tegens. In hac notabis primum vaſa, mirifico quodam ordine, iuxta ſeriem anfractuum cerebri excurrentia: deinde & ductum ipſius membranæ, ſecundum illas circumvolutiones.

FFFF Anfractus cerebri ſub membrana tenui nonnihil apparentes.

GGGG Sinus ſpirarum, ſeu circumvolutionum cerebri, nondum ſatis evidentes.

## FIGVRA II.

*REmota vtraque cerebri membrana, tam craſſa, quàm tenui, cerebrum ipſum conſpiciendum exhibetur: tum proceſſus membranæ craſſæ, qui Falx dicitur, nonnihil è ſuo loco naturali elevatus oſtenditur.*

AAA Membrana tenuis à cerebro ſeparata, & inverſa, vt interna ipſius facies, per quam venulæ in omnes cerebri anfractus copioſiſſimè excurrunt, conſpiciatur.

aaaa Propagines exilium venarum ex cerebri anfractibus erumpentium, per tenuem membranam ſparſæ.

b b b Venulæ exiles digeſtæ per tenuem membranam.

BBBBB Portiones membranæ tenuis, quæ inter ſpiras ſerpentes, ſpiras vndique inveſtiunt.

CCCC Anfractus cerebri, ſive Spiræ, inteſtinorum ritū contortæ; atque ex loco naturali remotæ.

DDD Spatium inter dextram, & ſiniſtram cerebri partem, in qua Falx reconditur.

EE Dextra cerebri pars.

FF Siniſtra cerebri pars.

GG Proceſſus membranæ craſſæ ſuperior, Falx dictus, copioſis venulis refertus, & inter dextram ſiniſtramque cerebri partem ſitus, qui ex loco naturali hic elevatus cernitur.

HHH Superior falcis pars, per quam ſinus tertius craſſæ membranæ excurrit.

I Extremitas falcis acuta, quæ oſſi criſtoſo adnectitur.

LLL Sinus tertius craſſæ membranæ cerebri, falciformi proceſſui ſuperſtratus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ TERTIÆ EXPLICATIO.

## FIGVRA I.

*Diducto leviter digitis ad latera Cerebro, vtraque membrana, qua tegebatur, denudato, remota etiam ex loco proprio Falce, corpus calloſum & ductus per ipſum ad tenuem membranam aſcendentes, demonſtrantur.*

AA Membrana craſſa ab hoc Capite, tanquam novo, ad latera revoluta.
B Cutis dependens.
CCC Cerebrum adhuc tenui membrana tectum, ſed diviſum, & ſeparatum à ſe.
DD Cerebri pars dextra.
EE Cerebri pars ſiniſtra.
FFFF Cerebri dextra, & ſiniſtra pars antea iuncta, nunc vtrinque leviter digitis ad latera revoluta, vt tum ipſum corpus calloſum, G, G, tum ductus H, H, per calloſum corpus excurrentes, rectius compareant.
GG Corpus calloſum cerebri.
HH Ductus, vtrinque per calloſi corporis ſubſtantiam diſſeminati, quorum ſoboles ad latera tenuis membranæ dictas partes integentis transmittuntur. hi à quarto ſinu oriuntur.
III Falx, ſive proceſſus ſuperior membranæ craſſę, qui ſpatium inter dextram ſiniſtramque cerebri partem occupabat, è loco ſuo naturali elevatus cernitur, in qua venulæ per ipſius ſubſtantiam diſperſæ, obſerventur.
KKK Sinus tertius membranæ craſſæ in ſuperiore falcis parte poſitus.
LL Aſperitas falcis, per quam annecti ſolet lateribus tenuis membranæ.
MM Revolutio ad latera particulę cuiuſdam falcis, vt duplicationem illam membranæ craſſæ, & ſinum in ea contentum facilè quis animo aſſequatur.
N Extremitas falcis acuta, proceſſui oſſis ſpongioſi cristã galli referẽti adnexa.

## FIGVRA II.

*Ablata alta, & tranſuerſa ſectione magna portione cerebri, intimiores partes, ipſique adeo Ventriculi nunc oſtenduntur.*

AAA Cerebri ſecti per medium pars dextra.
BBB Eiuſdem cerebri pars ſiniſtra.
aaa Puncta rubra, quę apparere ſolent in cerebri adminiſtratione, nihilque ſunt aliud, quam ſanguis, ex venulis per cerebrum digeſtis & diſſectis, exſtillans.
CCC Linea eſt per medietatem corporis calloſi arte ducta, vt veſtigium diuiſionis illius cerebri in dextrã ſiniſtramque partem, exprimat.
DD Dextri cerebri Ventriculi latera, parum digitis revoluta.
EE Siniſtri Ventriculi latera, à ſe nonnihil diducta.
FF Duo trunci exigui venularum illarum, quas in præcedente figura (ſignatas literis H, H,) per calloſum corpus expandi, & in tenuem membranam diſpergi diximus.
GG HH Duo ſuperiores cerebri Ventriculi, dexter & ſiniſter, nondum perfecte aperti, oblique tamen anfractuoſi, ſemicirculares ac tenui membrana obtecti, in ſequentibus Tabulis rectius conſpiciendi.
I Plexus choroides, dextrum cerebri ventriculum percurrentes.
KK Venulæ graciles, à vaſis plexum choroidem conſtituentibus deductæ, in ſiniſtro ventriculo nonnihil evidentiores.
L Plexus choroides ſiniſtrum ventriculum percurrentes.
M Portiuncula falcis, verſus poſteriora retractæ.


fig. I.
TAB. III.
A
B
C
D
F
G
H
N
fig. II.
Cc.

*Altiore adhuc ſectione facta, & ventriculorum labris nonnihil ad latera diductis, corpus calloſum, & ſubtus ſpeculum, plexusq; choroides, videndi exhibentur.*

A A A Cerebri per medium ſecti pars dextera.

B B B Eiuſdem cerebri pars ſiniſtra.

C C C Linea arte ducta per corpus calloſum, vt veſtigiũ appareat diuiſionis cerebri.

D D Calloſum corpus ad ſiniſtram partem nonnihil vi ductum, vt ſpeculum, ventriculum dextrum à ſiniſtro ſeparans, aptius demonſtretur.

E Portio ſpeculi, quæ ſuperius calloſo corpori, inferius fornici adnectitur.

F F Latera vtriuſq; Ventriculi, à propria cerebri ſubſtantia, qua tegebantur, diſſecti.

G G G Fundus, ſiue inferior ventriculorum cerebri pars, in quo venulæ, à vaſis plexum choroidem conſtituentibus, comparent.

H H Plexus Choroides, ex venis & arteriis conflatus.

I I Portio quædam fornicis, quę in ſequenti figura exactius conſpicietur.

K Portio falcis, ad poſteriora reflexa, variis plexibus corrugata.

FIGVRA II.

*Diſſecto calloſo corpore, & verſus poſteriora retracto, plexus choroides integri, ſimulq; ipſorum in cauitatem paruam ingreſſus demonſtrantur: Fornix etiam, & ſub fornicis diuiſione in loco tenebroſo vaſa tranſeuntia, oſtenduntur.*

A A Corpus calloſum verſus poſteriora re-
[illegible] cernantur.

B B Ventriculi cerebri, ſublatis nunc omi bus ipſis incumbentibus partibus, i tegre, quoad fundum conſpicui.

C C C Fornix, non tam Trianguli, quam du rum cornuum formam, aut, (cui i ctius comparaueris,) Y, literam p thagoricam, referens.

D D Plexus Choroides vtriuſq; ventriculi leganter hic conſpicui.

E E Cauitates rotundæ, quas ad inferic tendentes, plexus Choroides ingi diuntur.

F F Rami venularum, quæ per ſuperiore calloſi corporis ſuperficiem expan Tabula tertia, figura prima, ſub lit rarum H H, ſigno monſtratæ ſui hoc loco à corpore calloſo ad ani riora retractæ: calloſo dein corpc ad poſteriora reflexo, cernuntur, earum ex infernis partibus ortus c ſpiciatur. Egreſſæ enim ex hac ca tate ad ſuperiora aſcendunt, & ad p ſteriorem partem tendentes, in cc pore calloſo (vt diximus) ſuos hi inde ramulos ſpargunt, qui duob in locis, interuentu venę, per anaſt moſin, vti literæ aaa perbelle oſte dunt, iunguntur.

G G G Vas à quarto craſſæ membranæ ſi prodiens, ac ſub fornice in teneb coſo hoc loco in tertium ventri lum admodum implexè deſcende quod in ſequentibus multo mel patebit.

H Hæc fiſſura locum ad os criſtoſum, i non Spongoides pertingentem, c cuius excrementa cerebri eò dei entia euacuari Placentinus credel deſignat.

I I I I I I Puncta ſanguinis ex venulis cerebri ſtillantis clariſſime patent.

## FIGVRA I.

*Separato nunc prorſus calloſo corpore, & eius loco eleuata fornice verſus poſteriora, vaſa quæ ſub fornice latebant, tum ventriculi tertij ſitus, ac meatus ab ipſo recta ad peluim tendens, demonſtrantur, plexus quoq; choroides expanſi oſtenduntur.*

A A A A Vtriuſq; Ventriculi, tam dextri, quam ſiniſtri fundus & latera.

B. B. B. Fornicis ſubſtantia verſus poſteriora ſubleuata, ſub qua tamen propter plexum choroidem explicatum, nondum exacte tertius ventriculus conſpicitur.

C D Plexus choroides expanſi, in poſteriore ſui parte lunarem figuram obtinentes, in anteriore apicem, quo ferme ad foramen anterius tertii ventriculi deſinunt.

E Vas in duos ramulos diuiſum, de quo figura ſecunda Tabulæ quartæ, litera G G dictum eſt, ad tertium ventriculum implicate admodum contendere, tum plexibus choroidis ſeſe inſinuans, tum ramulos per ſubſtantiam vtriuſque ſuperioris ventriculi diſpergens.

F Foramen, ſeu meatus profundus tertii ventriculi, ex tenui membrana factus, initio amplo ſenſim in canalem anguſtato, quod hic facile videre licet, reuolutis particulis tegentibus ad latera.

G G Extremitates plexus choroidis.

## FIGVRA II.

*Eleuato nunc etiam plexu choroide ad ſuperiora, Ventriculus tertius oſtenditur. Remota autem membrana, quæ contenta tegebat, vterque ipſius meatus, tam primus, quam poſterior, & corpuſcula quæ circumpoſita ſunt, vt glandula pinealis, nates, teſtes aptiſſime demonſtrantur.*

A A A A Ventriculorũ dextri, & ſiniſtri fundus.

B B Eorundem latera ſiue Parietes.

C C C C Rimæ ſiue Canales leuiter in ſubſtantia eorundem venticulorum exſculpti, vt etiam in aliis figuris apparet, & ad meatum anteriorem tertii ventriculi deducti.

D Sub hoc corpore extuberante Vulua ſita eſt.

E Meatus anterior tertii ventriculi, in quem excrementa cerebri recepta, ad glandulam pituitariam transmittuntur.

F F Rima, ſiue tertius Ventriculus cum duobus ſuis meatibus, quibus ab anteriore & poſteriore parte terminatur.

G Meatus, ſeu foramen poſterius, quod ano ſimile dicitur, & ſub natibus ad quartum ventriculum abit.

H H Eminentiæ duæ ſuperiores eiuſdem cum cerebro ſubſtantiæ, ſola linea diſtinctæ, à forma Nates dictæ.

I I Inferiores extuberantiæ ob proximam glandulam, quæ peni à nonnullis comparata, Teſtes nominatæ.

K Glandula pinealis, ſubſtantia dura conſtans, membrana tenui tecta, & dicti foraminis principio appoſita.

L L Plexus Choroides ad ſuperiora reflexi.

M Falx ad poſteriora reuoluta.

N N His angulis acutis figura lunaris, ſiue ſemicircularis, qua anteriores ventriculi in parte poſteriore vergunt, clariſſimè patet.


TAB. V.
FIG. I.
FIG. II.
CC 3.

*Remota poſteriore cerebri parte, membrana craſſa cerebellum involvens, & Torcular vocatum, comparet, quo per medium diſſecto, & membranis ad latera revolutis, interior quatuor ſinuum facies conſpicienda exhibetur.*

| | |
|---|---|
| A A | Os cranii, in quo meditullium optime comparet. |
| æ æ | Spatium, quod inter cranium & duram matrem eſt, oſtenditur. |
| B B B B | Reliquum ſubſtantiæ cerebri profunda ſectione ſublati. |
| C C | Fundus dextri & ſiniſtri Ventriculi, copioſis venarũ propaginib⁹ cõſperſus. |
| D | Tertius ventriculus, ad latera paululum deductus. |
| E | Foramen anterius tertii ventriculi ad pelvim, ſiue infundibulũ deſcendens. |
| F F | Plexus choroides, ſiue retiformes, leviter extra ſedem ſuam remoti, & expanſi. |
| G G | Principium plexuum retiformium. |
| H H | Finis eorundem plexuum. |
| I I | Portio cerebelli detecta. |
| K K | Proceſſus poſterior craſſæ cerebri mẽbranæ, cerebrũ à cerebello dividens. |
| L L | Membranæ quarti ſinus aperti, ad latera convolutæ. |
| M M | Membranæ primi ſinus aperti, ad latera poſitæ. |
| N N | Membranæ ſecundi ſinus diſſecti, reuolutæ. |
| O O | Primus craſſæ membranæ ſinus. |
| P P | Secundus craſſæ membranæ ſinus. |
| Q Q | Quartus craſſæ membranæ ſinus, in quo innumera propemodum foraminula viſuntur. |
| R R R | Tertius ſinus in ſuperiore falcis regione poſitus, à craſſa membrana, cui adnectebatur ad literam A. reſectus. |
| a a a a | Denotantur orificia vaſorum, quæ ex tertio ſinu in tenuem membranam propagãtur, ſupra Tab. II. figura prima literis DDDDD notata. |
| S | Principium, vel concurſus quatuor dictorum ſinuum, Torcular Herophilo, ex opinione quorundam, dictum. |

| | |
|---|---|
| b b b | Va |
| V | Ci |
| X X X X | M |
| A A A A | Os |
| B | Me |
| C C C | Spa |
| D | Em |
| E E E | Cr |
| F F | Ce |
| aa cc | |
| G G | Cl |
| H H | Te |
| I | Gl |
| K K | Ple |
| L | Fo |
| M | Ca |
| N | Co |
| O O O | Ve |
| P P P P | La |
| Q Q | Ple |
| R R R R | Ce |

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ SEPTIMÆ EXPLICATIO.

## FIGVRA I.

*VTraque cerebri parte, tam dextra, quàm ſiniſtra à ſe diducta, non tantum iuxta latera, ſed etiam quo ad anteriorem partem, Os criſtoſum, ad quod corpus falciforme annecti diximus, exacte apparet. Teſtibus autem, ac natibus per medium diviſis atque à ſe diſtenſis, meatus ille, qui ſub ipſis ex tertio ventriculo in quartum abit, cernitur. Facta etiam profundiore ſectione, vulva à ſe diducta videtur, meatusq; ille, qui in pelvim deſinit, & prope quem exortus nervorum opticorum conſiſtit.*

A A Cerebri portio dextra & ſiniſtra, à ſe diducta, & nonihil extra craniũ levata.

B B Portio dextræ atque anterioris cerebri partis paululum revoluti, vt criſtiforme os D. in conſpectum prodeat.

C C a a Pars cranei, anteriorem illam cerebri portionem B B ſuſtinens.

D Os criſtiforme in cuius verticem apex corporis falciformis deſinit.

E Cerebri magna portio diſſecta, vt calvaria C C cum oſſe criſtoſo D. appareat.

F F F F Veſtigium illius ſectionis, qua tota illa cerebri pars, quæ cerebellum tegebat, ablata fuit.

G b b b Meditullium cranei inter duas laminas (b b b) concluſum.

H H Calvariȩ interna facies, cui cerebellum incumbit.

I I Cerebelli pars poſterior in naturali ſitu locata, & multis venarum ſurculis conſperſa.

K K Cerebelli pars antica, ad ſuperiora elevata.

L Nervorum opticorum exortus.

M Meatus primus tertii ventriculi, qui ad pelvim deſcendit, dilatatus.

N N Vulva ad latera diducta.

O Hic foramen, ſive meatus tertii ventriculi, qui Anus dicebatur, ſitus erat, at nunc diſſectus cernitur.

P P Teſtes ſtudio aperti, vt principium quarti ventriculi detegeretur.

Q Q Nates diviſi, vt ductus, qui ſub ipſis latebat, conſpiceretur.

R Ductus poſterior tertii ventriculi, in quartum tendens, apertus.

S Veſtigia fundi dextri & ſiniſtri ventriculi cerebri.

## FIGVRA II.

*CAput novum, vndiq; à cranio, carne, & craſſa membrana ſeparatum, atque in faciem poſitum, vt naturalis Cerebelli, tam ſitus, quàm connexio cum cerebro, & ſpinali medulla, compareat. Simul etiam ſpinalis medullæ in vertebras proceſſus oſtenditur, qui tamen, cùm tenui quadam membranula ſit tectus, non adeò aperte exprimi potuit.*

A A Caro muſculorum à vertebris divulſa, ac ſeparata.

B Vertebra prima cervicis nondum à ſua carne liberata.

C C C Calvariæ reſectæ veſtigia.

D D D Craſſa membrana, tam à cerebro, quàm à cerebello vndique ſeparata.

E E E Cerebellum, per cuius ſuperficiem innumeræ venulæ diſcurrunt.

F Portio proceſſus vermiformis anterioris.

G G Membranula quædam, velaminis inſtar, ſpinalem medullam & cerebelli portionem, à quo ortum ducit, contegens.

H H Nervi ex ſpina prodeuntes.

I Portio medullæ ſpinalis ſub cerebello egrediens, multis cum nervulis exiguis à ſe propagatis, ſub membrana conſiſtens.

K Corpus primæ colli vertebræ.

L L Foramen vertebrarum colli, per quod ſpinalis medulla ex cranio ad dorſum tranſit.

M M Cerebrum cerebello adhuc annexum, & membrana tenui tectum.

N N Diviſio cerebri ſatis evidens.

TAB. VII.

*fig. I.*




*fig. II.*



FIGVRA I.

*Demonſtrantur ea, quæ ſub membranula illa, in præcedenti proxima figura ſpinæ medullam tegente, latebant, Exempto enim cerebro, & capite in facie collocato, tum ad anteriora cerebello tracto, etiam ſpinalis medulla ex vertebris tracta eſt, quæ hic iam aperte ſua membranula quaſi excoriata videtur ipſa membranula ad latera tracta. Exortus etiam trium parium nervorum, ex eius principio adhuc obſcure apparentes, conſpiciuntur.*

AA Veſtigia reſecti cranii.
B Prima cervicis vertebra, ſua carne adhuc ſtipata.
CC Cerebelli duę portiones laterales, tenui membrana tectæ, per quorum ſubſtantiam venulæ excurrunt.
D Cerebelli media pars vermiformes proceſſus conſtituens.
E Cerebelli portio.
FF Membranula ſpinalis medullæ ad latera tracta.
GG Spinalis medullæ ſubſtantia detecta.
H Quarti ventriculi cerebri pars maxima, in principio ſpinalis medullæ exſculpta, calami, quo ſcribimus mucronem referens.
IKL Quintum, (II) Sextum (KK) & Septimum (LL) neruorum par.
MM Craſſa membrana cerebri inferiorem calvariæ regionem tegens.
NN Aures.

FIGVRA II.

*Cerebello, & Cerebro ad anteriora cum ſpinali medulla revolutis, Vaſa, ex quibus Rete mirabile contexitur, tum Infundibulum, vna cum Glandula pituitaria cernitur.*

AA Veſtigia reſecti cranii.
BB Cerebellum, cum vaſis per ipſius ſubſtantiam perreptantibus, ad anteriora revolutum.
CC Cerebri adhuc integri inferior portio, ſimiliter revoluta.
D Spinalis medulla cerebello adhærens, cum ſuis arteriolis, & venulis, ad anteriora tracta.
E Portio arteriarum Vertebralium, in vtroque fine bifurcata, ex qua arteriolæ illæ oriuntur quæ per ſpinalis medullæ ſubſtantiam excurrunt, ac cum carotidis arteriæ ramo maiore rete mirabile conſtituunt.
FF Portio retis mirabilis, ex dicta arteria conflati, & ruditer delineati.
GGGG Tenuis cerebri membrana extenſa.
H Infundibulum ex tenui membrana, cerebri ſubſtantia vndique ſeparata, conſtitutum.
I Pars inferior, & teres infundibuli.
K Eminentia hæc obſcure glandulæ pituitariæ formam refert, in quam infundibulum deſinit.
LL Nervorum à ſpinali medulla reſectorum portiones, in prima huius tabulæ figura, ſpinali medullæ adhuc adhærentes, obſcure delineatæ.
M Prima cervicis vertebra à ſua carne nondum omnino libera.
NN Aures.

FIGVRA III.

*Dicta cerebri portione, in ſecunda figura expreſſa, tum cerebello cum ſpinali medulla ex cranio exeta, cerebri cũ cerebello, itẽq́ cerebelli cũ ſpinali medulla cõnexio ſeparatim oſtẽditur, in cuius principio iam exacte ac integre quartus Ventriculus exprimitur.*

AA Cerebelli dextra, & ſiniſtra pars, plurimis venulis perfuſa.
B Vermiformis cerebelli proceſſus ad anteriorem partem retractus, cum quartum ventriculum tegere ſoleat.
C Ventriculus quartus in ſpinali medulla D, exſculptus.
DD Spinalis medulla.
EE Cerebri portio cerebello adhærens.

FIGVRA IV.

*Cerebellum hic à ſpinali medulla, & cerebro ſeparatum, ſigillatim ponitur, duæ tamen portiunculæ ſpinalis medullæ cum glandula pineali relinquuntur, vt, quæ ſui parte illi adnectantur, demonſtretur.*

AA Cerebelli ſubſtantia dura, transverſis lineis interſtincta.
B Vermiformis proceſſus.
C Glandula pinealis.
DD Portiones ſpinalis medullæ, quib. cerebello in poſteriore ſui parte, vbi quartus ventriculus ſitũ habet adnectitur.

SEQVEN-

# TAB. VIII. LIB. X. POSTERIOR FACIES.

SEQVENTIVM FIGVRARVM Tabulæ VIII. libri X. explicationes.

FIGVRA V.

*HAc figura ſeparatio cerebelli à ſpinali medulla exprimitur.*

A A Duæ partes cerebelli latiores.
B Proceſſus vermiformis.
C C Veſtigium albicans ſpinalis medullæ à cerebello ſeparatæ. hic enim Cerebellũ ſpinali medullæ cõiungebatur.

FIGVRA VI.

*CErebellum altera ſui parte diſſectum proponitur, vt eius ſubſtantia interna conſpiciatur.*

A A Cerebelli ſubſtantia externa.
B Cerebelli ſubſtantia interna diſſecta, eiuſque ſubſtantia albicans.
C C Vermiformis proceſſus annexus cerebello, hic ſeparatus.

FIGVRA VII.

*SEcto per medium cerebello, ſubſtantia ipſius interior alba, litera A, oſtenditur.*

FIGVRA VIII.

*EOdem Cerebello ſecto, ipſius interna ſubſtantia accuratius depingitur.*

A A Interna cerebelli & albicans ſubſtantia.
B B B Eiuſdem liuida ſubſtantia, albæ ſubſtantiæ productiones in ſe continens.

FIGVRA IX.

*SPinalis medullæ principium ſeparatim locatum, vt ipſius vera figura exprimatur.*

A A Membranula ſpinalem medullam tegens, hic ad latera diducta.
B B Spinalis medullæ, quæ contineri ſolet in cranio, portio.
C C Duæ ipſius portiones, quibus cerebello adhærere ſolet.

FIGVRA X.

*EAdem ſpinalis medulla proponitur, ſed reſectis portionibus illis quibus cerebello adhæret, itemq; membranula. Inuerſa quoq; eſt, vt ductus ille poſterior, qui ex tertio ventriculo in quartum, ſub natibus, teſtibus, & pineali glandula tendit, ex hac parte, diducto quarto ventriculo, conſpiciatur.*

A A A Spinalis medullæ ſubſtantia.
B Quartus ventriculus non exacte expreſſus.
C Ductus tertii ventriculi in quartum.
D Glandula pinealis.
E Rudis natium, & teſtium in ſpinali medulla ſitorum, delineatio.

FIGVRA XI.

*HAc figura, ſi quis recte ſecum perpendat, ad ſecundam figuram ſextæ Tabulæ pertinet. Oſtenditur enim Cerebellum, & Cerebri ſubſtantiæ portio, in qua tertius ventriculus in omnes dimenſiones diductus, cum vtroq; ſuo foramine tam anteriore, quod ad peluim, quam poſteriore, quod ad quartum ventriculum tendit, exprimitur.*

A A Cerebellum.
B B B B Cerebri ſubſtantia.
C Ventriculus cerebri tertius.
D Foramen poſterius ventriculi tertii ad quartum tendens.
E Glandula pinealis.
F F Natium & teſtium locus.
G Meatus anterior ventriculi tertii, ad glandulam pituitariam deſcendens.
H Glandula pituitaria.
I I Principium neruorum opticorum.
K Infundibuli pars.

FIG. XII. & XIII.

*PRior figura Neruorum opticorum portionẽ AA, cum infundibuli parte, B, & glandula pituitaria C: Poſterior, vermiformem cerebelli proceſſum monſtrat.*


Fig IIX
Tab IIX
Fig XI
Fig X
Fig XI
Fig V
Fig VII
Fig VI
Fig XII
fig. XIII

# TABVLÆ NONÆ DECLARATIO.

## FIGVRA I.

*Cerebri, eiuſque partium delineatione ex communi Anatomicorum ſententia propoſita, fabricam eiuſdem, inuerſa, vt vocant, ſectione, & nova, exprimere Placentinus ſequentibus Tabulis voluit. Cerebrum ergo in hac figura ab omnibus vndique oſſibus liberatũ, cæterũ craſſa adhuc membrana contectum, inverſum proponitur.*

AAAA Dura membrana, venulis conſperſa quamplurimis, vndique cerebrum & cerebellum inveſtiens.

B Spinalis medulla craſſa membrana contecta.

CC Cerebellum craſſa membrana tectum ac circumſcriptum, aptiſſime hic comparens.

D Glandula pituitaria, craſſa membrana adhuc inveſtita.

EE Ramus maior arteriæ carotidis.

FF Duo oculi.

G GG Muſculi oculorum, in ſuo ſitu iacentes.

HH Muſculis his interpoſita pinguedo.

II Hic parum exciſa craſſa membrana, Cerebrum, KK, & nervi olfactorii (I,I,) apparent.

KK Portio quædam cerebri conſpicua.

## FIGVRA II.

*Idem Cerebrum in eodem ſitu relictum exhibetur: membrana autem craſſa decuſſatim ſecta, & ad latera revoluta, quale tum ipſum appareat tenui adhuc meninge inueſtitum, tum quæ eius partes cernantur, proponitur.*

AAAA Craſſa cerebri membrana decuſſatim ſecta, & ad latera diducta.

BBBB Cerebri ſubſtantia, tenui adhuc meninge tecta.

CC Diviſio cerebri in ſiniſtram & dextram partem admodum conſpicua.

DD Cerebellum tenui membrana adhuc tectum.

EEE Spinalis medulla, tenui membrana adhuc inueſtita. Quo loco diligẽter aduertendũ eſt, quanto artificio, & quàm præclara induſtria ſculptor punctulis quibuſdam tenuem membranam expreſſerit, vt transparere ſubiacentia corpora, magna quadam inutentium animi iucunditate videantur.

FFF Venulæ per cerebellum eiuſque membranam digeſtæ.

G G Ramus maior interioris arterię Carotidis, Rete mirabile efficiens.

HH a Interior huius rami G, ſurculus, de quo tab. ſequenti plura. Enaſcitur autem circa a, a.

I Glandula pituitaria.

KK Ortus nervorum oculos moventium, ſive ſecundi paris nervorum cerebri.

L b Ex his dexter circa L, in muſculos oculi inſeritur: ſiniſter circa b. abſciſſus eſt.

MM Principium nervorum opticorum, ſive primi paris nervorum cerebri.

NN Quintum par nervorum cerebri.

OO Sextum par nervorum Cerebri.

P Portio infundibuli, ſive pelvis.

QQ Organa olfactus, ſive Octavum par nervorum cerebri.

RR Nervi optici, ſive primum par nervorum cerebri, à conterminis muſculis liberum.

S Muſculus palpebram attollens.

T Trochlea, ſive cartilago trochlearis, muſculi ſuperioris oculum circumvolventis.

V Muſculus ille cũ trochlea T. conſpicuus.

XXXX Alii quatuor muſculi oculum moventes, ac tendinibus ſuis, vt & prior V, in oculi corneam tunicam deſinentes.

Y Y Oculi circularem figuram obtinentes, quorum dexter à muſculis ſeparatus eſt.

ZZ c d e e Vertebrales arteriæ, quarum cõiunctio circa c, progreſſus vſque ad d, vbi in duos ramos iterum diuiduntur, e, e. Sed harum demonſtratio perfectior in ſequenti Tabula, vbi literis R, R, inſignitæ ſunt, dabitur.

f f Proceſſus cerebri mammillares dicti.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

# TABVLÆ DECIMÆ EXPLANATIO.

*Cerebro in eodem ſitu relicto, eadem ſane quæ præcedens figura repræſentat, expreſſius tamen nonnulla etiam ſingularia addit. Exactius quidem oſtendit Spinalem medullam, detectam, & liberatam à ſua membranula cum omnibus quæ ſub ea continebantur, infundibulo, inquam, glandula pituitaria, arteriis, & nervis. Noua autem demonſtrat, tum exciſa portiuncula cerebri in dextra parte, tum eadem ad ſuperiora reuoluta in ſiniſtra, vt eſt Rete mirabile, & eius cum plexu choroide connexus.*

AAAA Cerebri ſubſtantia tenui membrana tecta.

BB Cerebellum.

C Portiuncula Cerebri, quæ Rete mirabile L L contegebat, in dextro latere ad ſuperiora reuoluta.

aa Veſtigium portionis Cerebri, in dextra parte exciſæ.

DD Spinalis medulla detecta iam & libera à ſua membranula, in qua arteriolæ per ipſius ſuperficiem excurrẽtes aduertendæ.

EE Nervorum opticorum, ſeu primi nervorum cerebri paris, portiones.

FF Octavum par nervorum cerebri, ſive Organa olfactus.

GG Nervorum oculos moventium, ſeu ſecundi paris, portiones.

HH Nervorum quinti paris portiones.

II Nervorum ſexti paris portiones.

KK Ramus maior interioris Carotidis arteriæ, qui ſub dicta Cerebri portiuncula C latebat, vtrinque conſpicuus. Ab hoc duo alii naſcuntur, primus,
b interior b, qui cum ſuo coniuge alterius
bc lateris b, vnitur prope c, poſt-
dd eaque in plures arteriolas d d per tenuem cerebri membranam diſperſas, abſumitur. Secundus exte-
e rior, e, reflexus, in cerebri priores ventriculos abit, diuiſus prius in
ff multos ſurculos ff, qui cum ſurculis arteriæ Cervicalis h h vniuntur, i i.

LL Rete mirabile dictum, ab hoc arteriarum carotidum ramo conſtitutum.

M Anterior tertii ventriculi pars vulvam referens, ad quam foramen ad pelvim ex tertio ventriculo tendens, ſitum eſt.

N Pelvis in glandulam deſinens.

O Glandula pituitaria.

PP Portio plexus choroidis, in quam ramulus vnus Retis mirabilis deſinit, & ipſi connectitur.

QQ Tubercula quædam (vt ita dicam) Cerebri, quæ pleriſque Anatomicis Proceſſus mammillares dicuntur.

RR Cervicales arteriæ ab aliis, à Spigelio Vertebrales dictæ, quod per vertebrarum colli transverſorum proceſſuum foramina aſcendant, hoc loco à ſuo principio abſciſſæ. Hæ vbi ad cranium fere peruenerunt, per primum occipitis magnum foramen vna ingrediuntur, moxque ſub ſpinalis medullæ, quod in ipſo eſt, principio, DD,
S vniuntur S, ſicque ſub media cerebri baſi verſus anteriora recta excurrunt: at vbi iam ſellam oſſis cuneiformis, glandulæ pituitariæ dicatam, at-
T tigerunt, circa T, in duos ramos diui-
gg duntur, dextrum & ſiniſtrum, g g, qui
hh in ſurculos infinitos h h dirempti, cum arteriæ carotidis interioris ſur-
iii culis ff. vniti i i i, plexum choroidem PP conſtituunt.

Tab. X.



# TABVLÆ VNDECIMÆ EXPLANATIO.

## FIGVRA I.

*Capite in facie collocato, poſteriorem ipſius partem exprimit, vt videlicet venarum iugularium concurſum, ac earundem in ſinus craſſæ membranæ deſinentes terminos, demonſtret. Eo nomine omnes quatuor ſinus apertos, ſanguinisque in ipſis concretum grumum repræſentat. Adhac vt venarum iugularium in caluariam ingreſſum oſtendat, & vertebræ partem, quam ſuperior vena iugularis ramus ſuperequitat, & eiuſdem in ſiniſtra parte per caluariæ oſſis foramen introitum, inferioris quin etiam venæ ad proceſſum ſtyloidem ſitum commonſtrat.*

A A — Veſtigia cranii Cerebrum cingentis.
B — Proceſſus ſtyloides in ſiniſtra parte expreſſus.
C C C — Cerebrum craſſa membrana adhuc tectum.
D D — Cerebellū craſſa mēbrana adhuc tectū.
E — Spinalis medullæ portiuncula exigua.
F — Portio caluariæ in ſiniſtra ſaltem parte relicta, vt Venæ iugularis & arteriæ carotidis in cranium per ipſam ingreſſus conſpiciatur.
G G — Portio Vertebrę eadem de cauſa relictę.
H H H — Portiones Venæ iugularis & arteriæ carotidis in dextra, ſiniſtraq; parte.
K — Coniunctio vtriuſq; vaſis, venæ inquam & arteriæ, in ſiniſtra parte ſaltem aſſignata; at hic in dextra, demptis oſſibus admodum diligenter expreſſa.
L — Facta iam ad literam K horum vaſorum coniunctione, facto etiam aliquo circa cerebellum progreſſu, hic in ſinus craſſæ membranæ Vaſa illa deſinunt.
M — Sinus primus, ſiue Dexter craſſæ membranæ.
N — Grumus ſanguinis in dicto ſinu relictus.
O — Secundus, ſiue ſiniſter ſinus c membranæ.
P — Tertius, ſiue Superior ſinus craſſę m branæ in falce conſtitutus.
Q — Quartus, ſiue Inferior craſſæ me næ ſinus.
R R R R — Area in medio harum literarum Torcular Anatomicis dicitur.
S S — Arteriarum Carotidum ſurſum a dentium portiones.
T T — Palatum cum dentibus.
V — Columella.
X X — Cauitas ad columellam ſita.
Y Y — Foramina in narium amplitudin palato deſinentia.

## FIGVRA II.

*Capite vndiq; ab oſſibus libera rebelloq; à poſteriore, & na ſua ſede ad anteriora retracto, a re verò parte eleuata, dictorum ſ in tenuem membranam propagi monſtrantur, ſiniſtraq; cerebr reſecta, ventriculus ſiniſter, e anterioribus, ſpectandus offertu*

A A a a — Cerebellum ad anteriora detra cuius partes laterales & globoſ ris A A inſigniuntur: at media, miformes proceſſus, aa.
B B — Pars cerebri tenui membrana te
C — Pars cerebri glabra, veſtigium r ſuæ portionis obtinens.
D D — Ventriculus ſiniſter, in quo plex roides continetur.
E E E — Tria corpuſcula, Nates, Teſtes, & dula pinealis.
F F F F F — Membrana craſſa Cerebri, vario ſecundum propagines ſinuum inciſa, & ad latera, vt ſinus euid res ſint, reuoluta.
G — Vaſa per cerebrum excurrentia.

# TABVLÆ DVODECIMÆ DILVCIDATIO.

*Viſus auditusq́ organa, ſiue Oculum, Aurem q́ internam conſpiciendam proponit.*

FIGVRA I.

*Membranarum, tum Humorum oculi orthographiam, quemadmodum Optici loquuntur, ſiue, vt clarius nos dicamus, delineationem lineare, quæ ſectis ipſis per longum ſe offert, exhibet.*

A A Neruus opticus ad oculum contendens, in quo triplex ipſius ſubſtantia, quantum fieri potuit, accuratiſſime parte inferna expreſſa eſt. a a enim duram membranam foris cingentem oſtendit: b, b, tenuem: c, c, ſubſtantiam medullarem à cerebri ſubſtantia pronatam.

B B Dura oculi tunica, ex dura nerui optici membrana a, a, circa d, d, enata.

C Cornea tunica; quæ pars eſt anterior Duræ membranæ B, B.

D D Vuea tunica, ex tenui nerui optici membrana b, b, iuxta e, e, producta.

E Foramen vueæ tunicæ, quod anteriore ſede eſt, pupillam conſtituens.

F Retiformis tunica, ex medullari nerui optici ſubſtantia exorta, quemadmodum id prope ſcernere eſt.

f

G Adnata oculi tunica, oculum orbitæ alligans.

H I K Sedes trium oculi humorum. H, Aquei eſt: I, Cryſtallini: K, Vitrei.

FIGVRA II.

*Dura tunica facies exterior cum portione nerui optici exhibetur.*

Explicatio literarum eadem eſt cum literis figuræ præcedentis, accuratius tamen hic, quomodo craſſa optici nerui membrana in Durā oculi tunicā degeneret: ſimul quoq; duram percurrentia Vāſa demonſtrantur.

FIGVRA III.

*Dura tunica per tranſuerſum ſecta poſteriorem partem continet, vt interna ipſius ſuperficies, cū portione nerui optici, à quo oritur, conſpiciatur.*

A Duræ tunicæ facies exterior.

B Eiuſdem facies interior.

C Nerui optici portio.

D Locus vbi in duram tunicam exteriore ſua membrana abit.

FIGVRA IV.

*Vuea tunica, cum portione nerui optici, facies exterior.*

A A Neruus opticus, cuius tenuis membrana hic, dempta duriore, conſpicua eſt, vt quo pacto in vueam tunicam degeneret, videatur.

Medullaris nerui optici ſubſtantia.

C Foramen, quod pupillam conſtituit.

FIGVRA V.

*Vuea tunica interior ſuperficies.*

A Nerui optici tenuis mem

B B Vueæ tunicæ interna faci

C Pupilla.

FIGVR

*Cryſtallinum humorem prabet.*

FIGVR

*Cryſtallinum, vitreumq quo pacto ille ab hoc c*

FIGVRA

*Membranam tympano, tenſam, in ſuo ſitu, auditorio, cum vicinis oſſi oſtendit.*

A Tympani membrana.

B Meatus auditorius, iſqu brana cerneretur, effi

C Sedes oſſis petroſi, in c cauerna latet.

D Pars appendicis ſtyloidi

E Proceſſus mammillari

F F Inferior cranii ſedes.

G G Superior cranii ſedes.

FIGVR

*Ablata membrana tym ſiue prima cauerna, bus oſſiculis auditui dica*

A Os temporum.

B Proceſſus eius os iugale

C Circulus oſſeus, cui tyn gatur.

D E F Oſſicula tria auditus, monſtratio libro ſeci propoſita.

G Prima cauerna, ſiue Ty

FIGVR

*Effracto petroſo oſſe, fo in reliquas duas pe*

A Foramen ad ſecundam rinthum, tendens.

B Foramen ad tertiam c leam, abiens.

C Proceſſus mammillar

D Interior effracti proce uernoſa facies.

E Cauitas ſat ampla, in ſum penetrans.

F Proceſſus oſſium ten ſtituens.

FIGV

*Duas cauernas, ſecu rupto petroſo oſſe*

A Labyrinthus, in quo c oſtendi potuerunt.

B Cochlea, cuius tort



fig.V.
fig.VI.
fig.VII.
fig.VIII.
fig.IX.
fig.X.
fig.XI.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

273. **SPIGELIUS** (van der Spieghel), Adrian. **De humani corporis fabrica** libri decem. Opus posthumum. 8 leaves, 390 pp., 11 leaves. *With fine allegorical title.* 4to. Frankfurt, M. Merian, 1632.

Bound up with:

**Casserio**, Giulio. **Tabulae anatomicae LXXIIX.** Omnes novae nec ante hac visae. Daniel Bucretius XX quae deerant supplevit. 221 pp. *With the same engraved title as in the first work and* **107 excellent anatomical copper-plates.** 4to. Frankfurt, 1632.

Two books bound together. Old vellum. Frs. 350.—

**Of great rarity.** Choulant-Frank pp. 228.

« Casserius' plates mark a new epoch in the history of anatomic representation, owing to the correctness of their anatomic drawing, their tasteful arrangement, and the beauty of their technical execution. Their importance grows since they cover the whole field of anatomy and have become models for anatomic illustrations in copper, just as the Vesalian representations had been for anatomic woodcuts» (Choulant-Frank). This quarto edition of both works is of particular rarity. We have found only one copy of this edition described in a prae-war catalogue. Besides this edition contains not 98 full-page copper engravings as mentioned on the title, but 107. «When Casserius died in 1616, Spieghel (born in Brussels in 1578) became his successor in the chair of anatomy at Padua. Spieghel died in 1625, and in his will he asked a German physician, Daniel Rindfleisch (Bucretius), to publish his posthumous work De humani corporis fabrica, a manuscript without any illustrations. Bucretius asked the heirs of Casserius for the plates which Casserius had drawn and engraved for his Theatrum anatomicum intending to add these plates to Spigelius work. To these plates (77) Bucretius added twenty others, drawn and engraved by the same artists who made these of Casserius' » (Choulant-Frank).

Some leaves brownstained, blank upper margin of the first title cut off not touching anywhere the title, but a good and complete copy of this rare work with the engravings in best condition. — *See reproduction p.* 83.

HARVARD UNIVERSITY

*Library of the Medical School*

VERITAS

THE WARREN LIBRARY

Dr. John Warren
1753–1815

Dr. John Collins Warren
1778–1856

Dr. Jonathan Mason Warren
1811–1867

Dr. John Collins Warren
1842–1927

Dr. John Warren
1874–1928

COUNTWAY LIBRARY OF MEDICINE
QM
21
S43
1632
RARE BOOKS DEPARTMENT

